RAPHAELIS FABRETTI

GASPARIS F. VRBINATIS

INSCRIPTIONVM ANTIQVARVM QVAE IN AEDIBVS PATERNIS ASSERVANTVR EXPLICATIO *ET* ADDITAMENTVM



ROMÆ.

Ex Officina Dominici Antonii Herculis. MDCXCIX.

SVPERIORVM LICENTIA.

GASPARI FABRETTO IOSEPHI FRATRIS FILIO,

Militum Vniverſæ Vrbinatis Provinciæ Structori

RAPHAEL PATRVVS

εὐπράττειν.

QVOD ex Hiſpania redeunti mihi, Lecticarii illi Inalpini narrabant, ſępe ſępius è ſummo Cinifii Montis jugo (in illo Alpium tranſitu, quem Longobardos primùm aperuiſſe, rectè meo judicio putat Holſtenius in ſuis ad Cluverium Notis) nivis flocculos ex arboribus decidentes, in ſeſeque convolutos, præcipiti progreſſu tandem in immanes moles excreſcere: Id propemodum in me ſum expertus; ut nempe, ex quo præſtantiſſimus ille ſenex Ioannes Lucius Traguriensis, à quo prima Matheſeos elementa hauſiſti, amœniorum commercio literarum, & jucundiſſimâ conſuetudine mihi cariſſimus, tum ſuo exemplo (inſcriptiones enim Dalmaticas collegit) tum hortatu, cupiditatem hujus ſtudii excitavit; adeò mihi conſilium arriſit, ut quod otii ſupererat, in conquirendis, & exſcribendis literatis idgenus marmoribus occupari gauderem. Opportunè autem tunc temporis in Agro Suburbano, atque adeò in ipſa Vrbe, plurimæ effoſſiones, atque ruderationes fiebant: Vndè Foſſores modico quantulocumque lucello illecti, inſcriptiones, laterumque ſigna frequentes deportabant. Hiſce adquiſitionibus gaudenti, crevit animus de Muſeo noſtro inſtituendo, deque eo, ſimulque de Patria noſtra ornanda, dum ab Eminentiſſimo Domino Cardinali Gaſpare de Carpineo Vrbis Vicario ad extractionem, & cuſtodiam Sacrarum Lipſanarum præpoſitus fui, munuſque illud per triennium exercui, omnibus enim Inſcriptionibus, tam Sacris, quàm Paganicis in Cœmeteriis inventis, eo benignè concedente, potitus ſum.

Parùm jam erat marmora cumulare aſportatu difficilia, & diſpendiis non minùs quàm ſua mole gravia, quæ longum ſex dierum iter conficerent; niſi ſuppellex quoque ſcriptorum Epigrammatum accederet, quibus, plenior & inſtructior Muſei conſtitutio,

ſtitutio, illiuſque acceſſoria deſcriptio evaderet. Quapropter recordatus, id olim in mentem veniſſe magno illi noſtrorum temporum Mæcenati Franciſco Cardinali Barberino, cui non parùm dum vixit auxit ſcientia ſummam dignitatem (ut de Themiſtio præclariſſimo Philoſopho dixit Conſtantius Auguſtus) atque ad id perficiendum, ex omnibus Orbis Romani partibus Inſcriptiones conquiſiviſſe, magnoque ſumptu comparatas, in celeberrima ſua Bibliotheca aſſervatas haberi; quia tardâ licèt, verùm ſtudioſis omnibus acerbâ velut & immaturâ morte præventus, jam cœptum opus implere nequiverat, Eminentiſſimum Cardinalem Carolum ejus fratris filium adire ſum auſus, atque ab eo petere, ne tantus labor ad nihilum recideret, ut deperiturarum facilè chartarum mihi, & per me ſtudioſis omnibus copia fieret: Et non quidem ſupra ſpem de ingenita Principis Viri humanitate; ſed longè ultra expectationem, totam & integram monumentorum ejuſmodi immenſam farraginem utendam accepi, ex quâ (ſuperant quippe in numero Gruterianum Theſaurum) eas ſeligere placuit, quæ vel ad noſtram explicationem, vel ad eruditionem aliquam conferre cognovi.

Accidit interim, ut Laurentius Corſinus Sanctiſſimi Domini Noſtri Theſaurarius, Suburbani ad ipſam Portam Aureliam, luculentâ quamvis Villâ inſtructi poſſeſſor, aliam, in ipſo Vrbis proſpectu, & quà altiùs clivus aſſurgit exædificare conſtituerit; cæmentaque ad fabricam quærens, eam murorum, veterumque Sepulchrorum congeriem detexerit, ut plurium Domuncularum aggregatum, parvamque veluti Vrbem repererit, elegantiſſimis Aediculis inſtructam; lapide teſtante *Clivum Rutarium Viâ Aureliâ in Agro Fontejano* denominatam, ut videbis Capite I. num. L. quod marmor, veluti primitias liberalitatis Viri, propriis non minùs quàm avitis laudibus Illuſtriſſimi, aſportare juſſus, alia plura ſecum traxit, ut in diſcurſu Operis videbis, pluraque adhuc exſcribenda ſuggeſſit monumentorum ibi in tanta Vrbis vicinia diſperſorum copia.

Et poſtquam eorum qui materiam contulerunt mentio eſt iniecta, omittere gratitudo non ſinit Excellentiſſimos Dominos Duces, Signinæ Vrbis Cæſarinum ex Sfortiadum gente, & Iovii Alexandrum ex Matthæja, qui me non paucis lapidibus ſunt munerati, atque Baſſani Principem Iuſtinianum, qui abdita quæque ſuorum ad Flaminiam Hortorum recluſa mihi eſſe permiſit, nemini quamvis hucuſque viſa, & binas terrenas aulas acervatim implentia.

Poſt primarios iſtos Viros de noſtro Opere benemeritos, juvat eos quoque recolere, qui operas ſuas aſſiduo ſtudio, & benevolentia dederunt: Inter quos diligentiſſimos in primis, utileſque hoc temporum ordine expertus ſum, Ioſephum de Iuliis Bibliothecæ Vaticanæ in Græca lingua Scriptorem, heu nimis citò auxilio noſtro, rebuſque humanis ereptum; nec non Philippum de Bonarrotis, domeſtico Michaëlis Angeli præconio, propriâque virtute conſpicuum, qui ſe Socium, & laboris periculique præ cæteris conſortem profeſſus fuit: Non enim periculo vacavit Vineas omnes Suburbanas perſcrutari, ubi Inſcriptiones aſſervari ſciebamus, vel opinabamur, ob Ruſticorum aſperitatem, ægrè ferentium marmora per nos exſcribi, & impedimenta minis adhibitis (fruſtra quamvis) opponentium, Aeſopici Canis imitatione, peſſimi inquam illius animantis, qui nec fœno veſcebatur, nec alios veſci ſinebat.

Sint quoque ſuæ laudes generoſis Viris Philippo Abbati à Turre Forojulienſi, & Canonico Franciſco Blanchino Veronenſi, cæteriſque de quibus meminit Liber;

quoſque

quosque ejusdem Author quoad vita suppetet, jucundâ, grataque memoriâ complectetur animo: Isti enim fuerunt mihi, ut Pighius, Velserius, & Smetius Grutero. Hosce lapidum nostrorum exceptores ideò recenseo, quò major jis fides constet, utpote non ab indoctis amanuensibus, sed omni politiori disciplina excultis Viris prodeuntibus: quamvis & ignaros, indoctosque prorsus, ad id tutò, & fideliter adhibuerim, arte quadam facili, & expeditâ, nec quæ sciatur inutili. Lapidibus quippè leviter in superficie emundatis, itaut pulvis, & situs in concavitate literarum remaneat, chartam bene humentem applico, & linteolo in globum circumvoluto, sive aridâ spongiâ superpositâ ita comprimo, ut in vacuo elementorum spatio descendat, & sordibus ibi remansis tingatur, undè & literarum color aliquis; & profunditas impressa remaneat; sicque exsiccata, colore non minùs, quàm duritie, literas affabrè sculptas ostendat.

In Epigrammatibus recensendis, eam distinctionem adhibui, ut nostra, lineis undequaque præcluserim, eorumque seriem latinis numeris notaverim, cæteris vulgari arithmo signatis.

Ne verò Advenæ talium rerum curiosi, sciscitando de plurimis, ut fieri solet, te infantem experiantur, visum est perpetuâ oratione te velut instruens affari; ne, ut ait ille, *magnas inter opes inops* videaris. Fac igitur, ut monitorum meorum sis memor, jisque te profecisse, adventores, quibus Liber præ manibus non versatur, agnoscant. Vale.

Imprimatur,

Si videbitur Reverendiss. Patri Sac. Palatii Apost. Magistro.

G. Cardinalis Vicarius.

Imprimatur,

Fr. Gregorius Sellari Mag. Reverendiss. P. Fr. Paulini Bernardinii Sac. Apost. Palatii Magistri Socius Ord. Prædicatorum.

INDEX CAPITVM
HVIVS OPERIS.

CAPVT PRIMVM


DE

TITVLIS · ET · COLVMBARIIS

CVM mihi propositum unicè sit, non tam in omnibus placere eruditis, quàm
F rudioribus prodesse; æqui propterea boniq́ue consulant doctiores, si nimiâ aliquando rerum exponendarum exilitate, & in ipsa Operis
G ris fronte, eosdem obtundam.


Initium igitur nobis erit à Titulis, à quibus, uti simplicioribus, explicationem nostrarum Inscriptionum exordimur. Ti-
H tulos, hoc loco, non inanes illos & adulantes intelligo, quales, in monumento Pallantis deridet, ac stomachatur Plinius Cæcilius Epist. VI. Lib. VIII.; sed contra-
I ctas illas nominum tabellas, quæ ante ollas cinerarias præfigi solebant: è quarum sterili quamvis materiâ, prænominum rationem, & consequentem Colum-
K bariorum, sub quorum fornice ollæ quiescebant, notitiam evolvemus.

Tituli hi nostri, *breve* (ut ait Proper-tius) *in exiguo marmore nomen conclu-*
L dentes, plebeiorum, quin etiam servilium capitum nominibus insigniti, bini, ut plurimùm, per singulos loculos parieti affixi, suis quisque ollis * supponebantur, ut hìc




vides, & passim in veteribus sepulchretis observare est. Ex innumeris, qui mihi præ manibus fuerunt, paucas hasce tabellas seligere, atque Museo inserere visum fuit; neglectas quamvis, & prætermissas à cæteris Collectoribus, non diffitear.

I



II



III

C · ABELLANI · FELICIS	*Caii*
A	IV OSSA

IV OSSA
P·ANNI·Ↄ·L
ACASTI

Publii Caiae Liberti

V OSSA
P·ANNI·APOLLONI

VI OSSA
P. ANNI·TERENIS

VII OSSA
P·ANNI·P·L·ZETHI

VIII AVRELIA·SABINA
ANNORVM
XXII

A *Ita efformata.*

IX CORNELIA AVGE

Literis rubricatis.

X SEX·ENNIVS
SEX·L·CHREST

Sextus.

XI FABIA·SEX·F·METHE
PIA·ANN·VIX·XV

Sexti filia.

XII GAA
VILICVS

Nomen hoc servile GAA in cognomen alterius forsan liberti transiisse in hac inscriptione reperio;

1 A·MEMMIVS MEMMIA
GAA APHIA

è schedis Barberinis.

& in anulo signatorio, cujus mihi copiam fecit V.Cl. D. Didacus à Vidania Regii Sacelli Neapolitani Præfectus,

2 L·AELI·GAA

respuat licèt Reinesius, & ad inscript.III. Class. X. vers. 16. ex GAA GRA*nium*, vel GALA*tam* efformet.

De orthographia hujus nominis VILICVS, dixi in mea Differt. II. de Aq. & Aquæd. num. 184. Dausquejum *argutè magis fortasse quàm verè*, contendere, scribendum esse per unicum L; at modò pluribus exemplis penè convictus, A
puto, eam esse veriorem scribendi rationem: Vltra enim eas inscriptiones quas
Dausquejus affert, & quas ex Grutero B
citavimus pag. LXXIX. 4, & CVII. 9, & CCCXXXIX 5, alias binas in Grutero observavimus pag. LXII. 10, & MLXXV. 5. Adde & duplicem illam Sab- C
bi & Spori VILICORVM Aquæ Claudiæ eâdem Differt. num. 113, quam infrà cap. IV. dabimus, utpote nostro jam
Museo quæsitam; itemque aliam, quæ D
cap. VI. n. VIII. pariter ex nostris accedet, cum mentione ·· HETIS·CAES·N·SERVI·VILICI, & sequentes.

E

3 D·M
SECIAE·APRAE
ET
SEX·CAFPIAE F
HERAMETI
APVLVS·*VILIC
XX·LIB
AMICIS G
FIDELISSIMIS

sub Monte Falco.

4 L·PRECILIVS·L·F
IVVENALIS·ET H
PYLADES·IMP·CAES
NERVAE. TRAIANI·OPTIMI
AVG·GERMANICI·DACICI
SER·COSMIANVS·VILICVS I
D ❦ D

Hortis Pamphiliis ad Pontem Sublicium.

5 GLAPHYRVS·ROSCIAE
VILICVS K
CINNAMIDI·CONSERVAE

6 SEX·PAPIVS·LIBER
VILICVS·FEC L
PAPIAE·EVRIPHILE
VIX·ANN·LII

Ex schedis Barberinis utraque.

7 SIL-

A 7 SILVANO · SAC
SPERATVS
IMP · CAESARIS
HADRIANI · AVG
B SER · VILICVS

8 ATTICVS
EPAPHRODITI · AVG · L
C A CVBICVLO · VILICVS
CLAVDIAE · PRIMAE
CONTVBERNALI
BENEMERITAE · DE SE
Ex eisdem.

D

9 VOTO · SVSCEPTO
BONAE · DEAE
ASTRAPTON · CAESARIS · VILIC
E AEDICVLAM · ARAM · SAEPTVM CLVSVM
VETVSTATE · DIRVTA · RESTITVIT
In Viridario PP. Teatinorum D. Silvestri.

10 PECVLIARE · VILICO

F 11 L · PVBLIC · ASCLEPIO VILICO
In tubis plumbeis apud Sponium.

12 D · M · S
G SEX · CERVIO
CERVIAES · PSY
CHES · L · IVCVN
DO · PHOTA
H CERVIAES . PSY
CHES · VILICVS
NVTRICIO · SVO
Sulmone ex schedis Vaticanis.

I 13 D · M
CLAVDIAE
THALLVSAE · AVG
K LIB · ET . THALLIAE
F · EIVS . HYACIN
sic THVS · VILICVS · * MA
PHITHEATRI · CON
L IVGI · SVAE · ET · FILIAE
EIVS · ET · SIBI · ET · SV
IS
Via Lat. Vinea Ciorria.

Redeo ad titulos.

XIII HIPPARCHVS
HIC · SIT . EST

XIV IVLIA · NOMAS
VIXIT · AN · XVI

XV IVLIA · D · L · MA
HIC · SITA · EST *Decimi liberta.*

XVI MARVLLVS
L · LIBR

Libertum potiùs, quàm *Librarium* legere placet, haud insolito literarum compendio, ut in istis,

14 D · M
BAEBIAE · POLLI
CONIVGI · ET · LIBRE
BENEMERENTI
Q · ALBIVS · ZOES
COIVX · ET · PATRONVS
Apud S. Isidorum.

15 TVCCIA · Ɔ · L · ANTHIS
TVCCIA · LYCHNIS
MATRI · ET · LIBRT
FECIT
Ex veteri meo MS.

16 · · VENVLEIVS
FEREPIVS
VIX · AN · XXVII
VENVLEIA
AVG · L · LIBRT
CARISSIMO
IN · FRON · P · III
IN · AGRO · P · V
Vin. Morella inter Salariam & Nomentanam.

* Nam si *Librarium* dicere vellemus, nomen Marulli, quod gentile est, licèt derivatiuo careat, ut apud Gruterum pag. DCCLV. 8, & DCCCLXXX. 3, sive etiam cum derivativo, nempe in IVS desinens, ut in sequentibus Inscriptionibus habetur,

A 2 L · IV-

17 L·IVLIVS·C·F·TRO·CLEMENS·NEGOTI A
ATOR·T·F·IVSSIT. SIBI· ET·C·IVLIO·C·F·TRO
MAXIMO·PATRI·ET·NONIAE·LACRI.F
MARVLIAE·MATRI·ET·L·IVLIO·L·F·TRO
MAXIMO·FILIO·ET·IVLIAE·L·F·MARV B
LIAE·F·ET·IVLIAE·L·F·MARV
LIAE·F·ET·IVLIAE·L·F·CLEMENTILLAE·F

Ex schedis V.Cl. Io:Lucii Traguriensis.

18 D · M
MARVLLIAE
FELICVLAE
PATRONAE
LIBERTI·ET
LIBERTAE
B · M
FEC

Villa Carpinea Via Aurelia.

Nomen, inquam, *Marulli*, servo isti librario non convenit, sed benè liberto, cui commune cum domino nomen, quin & prænomen erat, ut est notum.

XVII | NYMPHIVS
VIX·AN·XIIX

XVIII | NARCISSI
TI·CAESARIS.ET *Tiberii.*
sic AVGVSTAE·SERVS

XIX | P·PERELIVS
NICIA

XX | PLAETORIA
T·L·NIGELLA *Titi lib.*

XXI | RVPILIA.Q·L *Quinti lib.*
ARBVSCVLA

XXII



Ad instar nostri hujus tituli, icunculam bipalmarē mulieris inspexi in Villa Valliorum sub Burghesia ad Pincium, C
cum hac epigraphe pectori insculptâ.

19 QVISQVIS
HOC·SVSTVLERIT
AVT·IVSSERIT D
VLTIMVS·SVO
RVM·MORIATVR

Nescio unde Sponius qui eam affert in Miscellaneis Sect.I. Art.IV. *Termini statuam in agrorum limitibus collocandam* E
putaverit: nam præterquamquod nulla ibi Termini effigies, qualem in truncum desinentem dat Oiselius Tab. XLI; mihi F
sepulchralis imprecatio hic subolet, quarum similes plures dat Gruterus, & inter nostras quoque deprehendes.

G

XXIII | A·TERENTIVS
Ɔ·L·EROS *Aulus.*

XXIV | VALERIA·Ɔ·L H
HELPIS

XXV | VATERNIA·REGILLA I
AVIA·PROCVLI

XXVI | M·VERSICLANIVS
LVCRIO
VIVIT  K

XXVII. | VOLVMNIA·L·L
ET·Ɔ·L·CALLISTE L

Luciorum nempe duorum (quia binæ sunt notæ) & *Cajæ liberta*, legendum.

A Per notas numerales multiplicata trium *Cajarum* nomina, seu prænomina dicere velimus, docet hoc marmor.

20 Q·ERIVS·III·Ɔ·L·FAVS
B ERIA·Q·Ɔ·L·DORIS
Ex schedis Cl. V. Francisci Cameli.

Et ita pariter quattuor *Decimos*, novâ scribendi ratione, hoc aliud; nisi unicum
C *Decimum* & tres *Cajas* legere mavis, quod non improbo.

21 D · M
D·AEMILI·D·ƆƆƆ
D LIB·ADLECTI
ROMANVS·CONLIB
Villa Pamphilia ad Viam Aureliam.

XXVIII
E | VOLVSIA
Ɔ·L·CHIA |

XXIX
| L·VTTIEDIVS
F L·L
ALEXANDER |

Offenditur hoc gentilitio nomine VT-
G TIEDIVS Ianus Gruterus ad inscrip. 4. pag. CL; sed sinè caussa, ut ad ipsum lapidem, qui Forosempronii ad Episcopium prostat, coràm recognovimus; &
H modò ex hac nostra, aliaque è Schedis Barberinis adstruimus.

22 L·VTTIEDIVS
L·L·BERYLLVS

I XXX
| ΖΗΘΟΣ
ΕΤΩΝ·Γ
ΗΜΕΡΩΝ
Δ |
Zetus ann. III dierum IV.
K

XXXI
| ΦΩΛΙΑ
ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ |
L

in dedicationibus statuarum, atque in elogiis, hæc verba ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ boni ominis gratiâ præmitti solent: at hìc stant loco cognominis istius Pholiæ: ita enim usurpata invenio, tum in Grutero pag. DI. 5, tum in hisce inscriptionibus.

23 ··VS·HEDYCHRVS.FE···
SIBI·ET·SERTORIAE·AGATH·
··CHE·MATRI·OPTIMAE·ET·B··
··MERITAE·ET·CAECILIAE·CHA.
··TVDINI·SORORI·DIGNISSIMAE
·BERTIS·LIBERTABVSQVE·POST
Fragmentum trans Eccl. S. Stephani Hungarorum.

24 ANTVLEIA · CAMPAN
SIBI·ET·ANTVLLEIAE
AGAPOMENE·ET
ANTVLLEIAE·AGATETYCHE
ET · AMOEN·Q.FIL
ANTVLEIAE · AMANI
Brixiæ ex schedis Barberinis.

quemadmodum CALETYCHEN vocatam videmus in duabus hisce mulieribus, græcâ illâ facilitate adduplicandi verba, de qua Livius lib. XXVII. c. 11.

25 VISELLIA·C·L
CALETICHE
MATER
Hortis Iustinianeis.

26 L·CORNELI·L·L·GISIAE
MAG·VICI·VIRIDIARI
MONVMENTVM
CORNELIA·L·L·CALETICHE
PATRONIS·SVIS·FECIT
DIGNIS·ET·MERITIS
PRO EORVM·PIETATI
ET · SIBI · ET · SVIS
Ex schedis Barberinis.

Ad singulas ollas simplices relati Tituli pertinent: sępe verò binis ejusdem loculi ollis duplices Tituli respondent unico lapide contenti; è quorum genere sequentes apud me existunt.

XXXII
| L·ANTISTI·L·L
PHILODAMI | L·ANTISTI·L·L
SECVNDIONIS |
Patris

Eadem

Eadem nomina ita disponuntur in hoc ibidem, s. Vineâ Corsinâ eruto lapide,

XXXIII

L·ANTISTI·L·L	L·ANTIST
PHILODAMI	I·L·L
. PAR	SECVN
	DIONIS

nescio tamen ad idem, an verò ad duo A
diversa loculamenta referendo, quia in ruderibus utrumque jacentem reperi.

XXXIV B

P·ARRVNTIVS	P·NAEVIVS
CINNAMVS	EROS
SACERDOS	

XXXV *Manius.* C

FONTEIA	M·FONTEIVS
STAPHIS	NICANDER
	MEDICVS

XXXVI D

C·IVLIVS·CYCNI·L·MAHES
IVLIA CYCNI L·THEODOSIA

XXXVII

L·LOLLIVS·L·L·HERACLIDA
LOLLIA·L·L·AMMIA HILIA

XXXVIII E

L·LVCRETIVS	SALLVSTIA·Ɔ·L
L·HELENVS	ANAPAVMA

XXXIX F

OPTATVS	AVCTVS
AI·CAPITONIS	AI·CAPITONIS
SIBI·ET FRATRI	VIX·ANN·XV

Servos fuisse ambos ejusdem Aimilii Capitonis, plenè in Notis probabo; ne longâ digressione nimis intercisè Titulorum hujusmodi duplicium series procedat.

Servilia hæc capita haud tamen à sepulchro Dominorum acerbantur, ut tot servorum, & speciatim * vernarum tituli à suis dominis cum elogio positi testantur; societate generis hoc sibi poscente, & insitâ Romanis humanitate erga servos, quos non nisi ex caussa, & tunc etiam leniter, coërcere fas erat, ut in l. 1. §. dispiciamus D. de his qui sui vel al. jur. sunt; quosque ad institutionem herilium puerorum admittebant: ut sileam de vetustiori Romanorum more, per quem pluries volvente anno æquo veluti jure servi cum dominis agebant; *nimirum ipsi quoque* (ut hujus humanitatis caussam explicat Plutarchus in Vita Coriolani) *in partem laborum rusticorum venientes, & cum servis communi victu utentes.* Perpetuo autem honore servum cum ingenuo æquatum vides à matre pueri, eâdemque vernæ dominâ, in hoc marmore; G

H

27

D.	M
NICONI·FILIO	EVTYCHETI
DVLCISSIMO	VERNAE
QVI·V·MENS·XI	QVI·VIX·AN·I
DIEBVS·VIII	MENS·V·DIEB·X

PVBLICIA · GLYPTE · FECIT I

In Aedibus Vicecancellarii.

fratrique à domino, in sequenti.

28 K

D·M	D·M
P·AELIVS	MERCVRIVS
SEVERVS	SERVVS
VIX·ANN·XXX	VIX·AN·XV
P·AELIVS	P·AELIVS
TERTIVS	TERTIVS
FRATRI·SVO	SERVO·SVO
B·M·F	B·M·F

L

Villa Cæsarina, olim Bosii.

XL. OCTA-

A XL

OVIA · OPTATA
OLLAS · II · FILIS · SVIS
CRESCENTI · ET
ADMETO

B XLI

PRIMIGENIVS · * O	*ctaviæ*
ARCHES · VERNA · DELICIVM	*Longini*
METILIA · M · L · DO	*ris*

C

Eâ parte hujus epigrammatis, quæ intrà lineam consistit, mihi oblatâ, illud primò tanquam nullo sensu, & imperfectum,
D parvifeci; deinde inter Schedas Vaticanas repertum supplevi. Nuper verò inter scribendum idem *Octaviæ Arches* nomen in hoc fragmento offendi, & Museo
E consignandum misi.

XLII

———AVIA · ARCHE
AMICO · OPTIMO · B · M

F Iuliæ item *Arches* memoriam extare vidi in hoc alio lapide Vineæ cujusdam prope Mausoleum Helenæ.

29 D · M
G ACVTIA · TYCHE
IVLIA · ARCHE
VIX · A · XXIIX
ET · IN · EO MON
H ITV ACT AMB · IN
LAT MORT MORT
INFERRE CORON
SACRIF. SACRIF · FAC
I EI · A · Q · ER · PP · R · L
FIL · PIENTISSIMAE
IN F P VII IN A P VI

& in eo monumento itu actu ambitu inlatos mortuos mortuasve inferre coronare sacrificare sacrificium facere ei aut qui erunt proximis rectè liceat.

in fronte pedes VII. in agro pedes VI.

cujus notas oppidò abstrusas, ex variis
K Gruteri & Scaligeri laboribus, ita ut in margine interpretor.

XLIII

C · SAVFEIVS · C · L	HILARAE
PAMPHILVS	LIBERTAE
SIBI · ET	SVAE

L

Pamphilus iste Caii Saufeii libertus, libertam suam Hilaram habuit, quod tritum, & sępe in lapidibus obvjum. Rarius sanè est, fratrem fratris libertum dici, ut in hac inscriptione nostra:

XLIV

L · STATIVS · POSPHORVS
L · STATI · HESPERI · FRATER · ET
LIBERTVS · EIVS · FECIT · SIBI · ET
SVIS · LIBERTIS · LIBERTABVSQ ·
POSTERISQVE · EORVM

* seu * matrem filiæ libertam, ut suprà n. 14. observare licet: Aut tandem, servo libertum adfuisse, ut in hac alia:

30 ANTONIE · IANVARIE
ASTER · C · N · SER · CVM · AN
TONIA · HERMAIDE
CONIVGE · LIB · BENEME
RENTI · FECERVNT

Apud Mar. Milesium ex schedis Barberinis.

quod, quî fieri potuerit, infrà, cùm de Servis Vicariis, sermo erit, aperiam. In fratre, matre, aut cęteris propinquitate conjunctis, tunc factum arbitror, cùm in liberti aut libertæ gratiam, domino manumittenti fratrem, matrem, aliosvè olim conservos, eis dono dare tanquam auctarium libertatis placuit, quò isti consanguineos suos arctiori beneficii nexu sibi devincire possent.

* De * filiis iisdemque libertis, ut inter Gruteri inscriptiones pag. DCCCLXXIII. 13, DCCCCXXXV. 8. & 13, CMXLV. 3, DCCCCXLVII. 5, CML. 7, & MCLI. 7; atque in nostræ quoque collectionis sequentibus,

31 L · PASSIENVS · SATVRNINVS
D · M
PASSIENIAE · GEMEL
LAE · COIVGI · ET · LIB
SVAE · CARISSIMAE
OBSEQVENTISSI
MAE · ET · L · PASSIE
NIO · DORIPHORO
FILIO · ET · PASSIENIO
FILIO · ET · LIBERTO
SANCTISSIMIS

Hortis Matthæis.

32 TI·

32 TI · CLAVDIO
THALLO
TI · CLAVDIVS
EVARISTVS
PATRONVS
FILIO·PIISSIMO
V · A · XIX
Hortis Iustin.

facilis est explicatio, Vernas, scilicet, domi ex herô atque ancilla genitos, libertate à patre adeptâ, eius libertos simul ac filios appellari. A

XLV

P·VEBEIVS	FERENTILIA
TERTIVS	MOSCHIS

B

XLVI

CN·* VENVLEIVS	VENVLEIA
CN·CN·L·DAMA	CN·ET Ɔ·L·FAVSTA

C

Collibertam fortè huius Cnei Venulei, hoc est duorum Cneorum libertam dat nobis Reinesius in simili tabella duplicis tituli Class. XI. num. 79. D

33 C·IVLIVS·EPAPHRA
POMAR·DE·CIRCO
MAXIMO·ANTE
PVLVINAR·SIBI·ET

VENVLEIAE
CN·CN·L
HELENAE
CONIVGI·SVAE E

Additque expositionem, ut tantum virum decuit, eruditissimam: At non sic Sponius, qui & marmor malè distinxit Sect.VI. pag.230, & Circum Maximum loco pepulit, hæc adnotans, *Pomarius de Circo Maximo videtur dictus Hortolanus, qui viridaria Circo Maximo, qui extra Vrbem erat coniuncta colebat.* Et quidem hominem ingenuum, ac trium nominum, hortum fodere, cuilibet præter Sponium inconveniens videbitur. F

Huic opponamus alium Pomarium, qui libertum habuit, cui rursus alia liberta obsequia debebat.

34 P·ATEIVS·P·L·REGILLVS·FECIT G
SIBI ET
P · ATEIO · P · F · SALVIO · PATRONO
POMARIO ···· HERCVLI · DECIMAM · FECI ·· H
VIXIT · ANN · CII · ET
PRIMAE · L · SVAE · CARISSIMAE · ET
ATEIAE · OLLAE · PATRONI · FILIAE
In Pago D. Prisci apud Capuam ex sched. Barber. I

XLVII

ZETHVS · T · VINI	ANTISTIA
ATRIENS · V · A · XX	NICOPOLIS
OSSA SVB HOC TVMVLO PIA	
SVNT SED ACERBA PARENTI	
AMPHIO MI FRATER HOC	
TITVLVM POSVIT	
PARCITE FATA MEIS	
VALEANT FRATRESQVE	
SORORES · SIT · TAMEN	
IN·VESTRO PECTORE CVRA MEI	

K L

Zethum

A Zethum & Amphionem fratres ab his diversos, ejusdem pariter status, affert Gruterus pag. DLXXX. 8, aliosque pag. DCCXLIIII. 7. Totidem habentur in Schedis Barberinis.

B 35 DIS · MAN
AMPHIO · DOMITIAE · DOMITIAN
SER · ZETHO · FRATRI · B · M · V · A · XL
ET · LARCIAE · THALLAE · LARCIA · RESTI
C TVTA · PARENTES · FIL · KAR · FECER · QVI
V · A · I · D · XXVII · H · V · ET SIBI ET SVIS · POST
EORVM · IN · FR · P · IIII · IN · AGR · P · IIII

36 AMPHIO·SIBI·ET·ZETHO
D FRATRI·SVO· ALEXANDRO
ET · ONESIMAE · SVEIS

adeò in ludibrium abierant præclarissima hæc, & aliorum Heroum nomina, ut
E in sequentibus.

37 CN · DOMITIVS
CN L · CASTOR
DOMITIA
F CN · L · SECVNDA
Ex schedis Barberinis.

38 D . M
T · FLAVIO
G AVG · LIB
ZETHO
T · FLAVIVS
TROPHIM
H LIB ❦ FEC
Apud Ludovicum Geminianum.

39 C·LVCRETIO·C·F·SAB·TELLIANO
LVCRET·ACHILLEVS·TRO
I PHIMVS·POLLVX·CASTOR·LIB
PATRON · POSVERVNT
Apud Menetrerium ex schedis Barberinis.

IIL D · M · S
K POLLVX· CASTOR
VI · A · ЖI · VIX · AN ※ III
M·II·D·XVI· M·V·D·V
MATER·FILIB·FEC·

L τὸ HOC TITVLVM, vel fabrile mendum, vel servile solœcon erit.

Atriensium conditionem, quam *extremam inter servos mediastinos* traducit Reinesius ad Inscript. 39. Classis XI, commodiorem, & tolerabiliorem quàm cęterorum servorum fuisse, haud asserere dubito, cùm Cicero in Paradox. 45. lautiores è servis *Atrienses & Topiarios* agnoscat; idemque colligit Servius ad lib. IX. Aeneid. vers. 646. ex Plauto in Asin. *in qua inducit Sauriam servum Atriensem in tota familia plurimùm posse*. Nec malè, indè istorum prærogativam coniicit Caspar Sagittarius de Pict. Ian. cap. XXVII. §. XVI, quòd cura cerarum & imaginum (pręcipui scilicet familiarum ornamenti) eisdem commissa fuerit. Quibus adde codices, & monumenta rerum in Magistratibus gestarum ibi asservari sueta, ut tradit Plinius lib. XXXV. cap. II: unde dignitatem hujus custodiæ, quæ Antinoum, lectissimum illud Hadriani delicium, decuit, ritè arguit Pignorius de Serv. pag. 221, ubi pluribus rem prosequitur.

IL CN·VOLVNTILIVS PETRONIAE
SPERATVS ZOSIMENI
SIBI · ET CONIVGI·OLL·II

Post Titulos explicatos, jam locus erit de Columbariis, sub quibus affixi remanebant, disquirere.


Columbariorum nomen, à similitudine latibuli columbarum in quo nidificant, variis variarum artium operibus antiquitas tribuit: nam in Architectura, ea cava, ac tignorum cubilia, quæ Græci

ὀπαῖς, nostri columbaria appellant ex Vitruvio lib. IV. cap. II; itemque in re machinaria, foramina illa secundùm axem excavata, per quæ aqua in organis haustoriis redditur, eodem nomine potiuntur juxta eundem Vitruvium lib. X. cap. IX: & pariter Isidorus lib. XIX. cap. XX. columbaria vocat loca illa concava in summis navium lateribus, per quæ eminent remi.

Haud secus igitur ex eadem similitudine, loculi ad ollas cinerarias asservandas Columbaria dicta sunt. Et ne ulterius quis de hoc ambigat, Reinesii forsan authoritate deceptus, qui in hoc præsertim literaturæ genere egregiè quamvis eruditus, metaphorici tamen hujus nominis usum ignorans, ad inscriptionem hanc Clas. VII. num. 21,

40 TI·CLAVDIO·PRIMIGENIO
COLVMBARIA·N·IIII
* EMANCIPAVIT
L T·FLAVIVS·CORINTHVS

longo verborum ambitu, columbarii in A
quo columbæ alerentur locationem per
Corinthum Primigenio factam intelligit:
ne, inquam, in dubium res trita, multis-
que inscriptionibus ut videbimus illu- B
strata, ampliùs revocetur, placuit ob
oculos ponere ipsa enumerata decem columbaria,
C



D

E

atque in eis ollas XXXX, prout sub scalis monumenti Palangariorum in Agro Fonteiano Viâ Aureliâ, de quo in Præfatione te admonui, appositâ hac epigra- F
* phe, apparuerunt;

Q·CAECILIVS·Q·L·	CAECILIAE·Q·Q·L·ATTICE	ALIO·NOMINE
PRIMVS·EMIT·IN	CONIVGI·SVAE·ET	NEMINEM·SEQVENVR
MONIMENTO·PALANGARIOR	Q·CAECILIO·SVCCESSO·L·SVO	ET·ITA·VT·AREA·QVAE
IN·AGRO·FONTEIANO·QVOD·EST	ET·Q·CAECILIO·FRVCTO·L·SVO	EI·CEDIT·MONIMENTO
VIA·AVRELIA·IN·CLIVO·RVTARIO	ET LIBERTIS·LIBERTABVS	COMM·VPI·LICEAT·ET
PARTE·SINISTERIORE·COL	SVIS·POSTERISQVE·EORVM	SACRIFIICVM·FACERE
VMBARIA·N·X·OLLARVM	HAEC·COLVBARIA·ET·OLLAE	
N·XXXX·SIBI·ET·		

uno ex ipsis columbariis majori modulo ad ceterorum intellectum delineato:



Locupletiora, & quadruplicia hæc columbaria, nusquam alibi me videre memini, nisi tantùm in Conditorio quodam ad Viam Appiam lęuorsum, ubi assurgere incipit post Almonem fluviolum in Vinea D. Banchi celebris Doctoris Physici, quod ob incredibilem lucubramentorum hujusmodi copiam, tres capacissimas aulas ab imo ad summum

* implentium, * libertis Domus Iuliæ ab Augusto statutum, aliqui, nec temerè meo judicio, credunt.

I

Frequentiùs sanè, ut diximus, duplices ollæ in unoquoque columbario recipiebantur, ut ex hoc meo marmore, aliisque subsequentibus patet. K

LI C·AVILLIO LESCHO.
TI·CLAVDIVS·BVCCIO
COLVMBARIA·IIII·OLL·VIII L
* SE·VIVO·* A SOLO·AD
FASTIGIVM·MANCIPIO
DEDIT

41 L·

A 41 L·ABVCCIVS·HERMES·IN·HOC
ORDINE·AB·IMO·AD·SVMMVM
COLVMBARIA·IX·OLLAE·XIIX
SIBI · POSTERISQVE · SVIS
B *In Suburbano Maxxantium Via Asinaria.*

42 L · ABVCCI · CASTI · ABVCCIAE · AVRAE
L · ABVCCI · MAXIMI · ABVCCIAE · HEDONE
COL · VIII · OLLAE · XVI · LINEA · PERPETVA
Ibidem.

C 43 L·ABVCCI·MYRONIS
HOC·ORDINE·OLL·IIII
COLVMBARIO·I·ET·II
Ibidem.

D 44 L·ABVCCIVS·SOCRATES·SIBI
ET·ABVCCIAE·GNOMENI·L
POSTERISQVE · SVIS
E COLVMBARIA·CONTINVA·VII
AB·IMO·OLL·XIV
Ibidem.

Ex hoc eodem Abucciorũ monumento inſcriptionem hanc aſſequutus Reine-
F ſius Cl. XVI. n. LX.

45 L·ABVCCIVS·HERA·OLLAS
SINGVLARES·PERPETVAS
V·SIBI·ET·SVIS

G *perpetuas* intellexit, quaſi, *quòd eas loco moveri nefas eſſet, ſolebant enim transferri niſi expreſſe caveretur*. Atqui apertè ipſum falli certiſſimum eſt: Quoniam,
H præterquamquod ollæ iſtæ transferri minimè poterant, utpote infixæ, atque ſtructuræ *ipſius monumenti coæuæ, ut ex aſpectus judicio patet; Ex ipſa latina pro-
I prietate, *perpetuum*, contextum & non interruptum quid ſignificat, & ſic *agmen perpetuum*, *hiſtoriam perpetuam*, *ſaltus perpetuis montibus inter ſe junctos*, Cice-
K ro & Livius vocarunt. Atque ita prorſus, in hac propria, quam diximus, verbi notione accipiendam eſſe indicimus mox allatam inſcriptionem num. 44, & alias
L ſubſequentes, per quas colligitur, idem eſſe, *perpetuas* ollas vocare, àc *continuas*, ſeu *continentes*, & *in ordine* ac ſerie diſpoſitas.

46 L·ABVCCIVS·ONESIMVS
VIX·ANN·XXX·SIBI·ET
ABVCCIAE·CAVDINAE
CONIVGI·LINEA
PERPETVA·OLL·XVI

47 L·ABVCCIVS·BATHYLLVS
LINEA·PERPETVA·AD
SVMMVM·OLL·XVI.

48 L·HIRRI·HEBENI
OLLAS·CONTINVAS
INFRA·SEXS
MARCIA·Ɔ·L·VRBANA

49 P·NVMITORIVS
C·F·FELIX
OLLAS
CONTINVAS·II

50 T·NVMITORIVS
C·F·FELIX
OLLAS
CONTINVAS·IIII

51 SEX·SERVILIVS RESSIA·T·L
VEIENTO CLEOPATRA
OLLAS·CONTIN·SEXS

52 T·NVMICIVS·THERMVS
OLLAS·CONTINENTES·$\overline{VI}$
In Monumento Palangariorum omnes.

53 L·ABVCCIVS·DIOCLES·SIBI
ET·SVIS·POSTERIS
IN·HOC·ORDINE·OLL·VII

54 ANOPTES
NVMICI·OLLAS. IIII
CONTINENTES
Ex Museo Salatino.


55 P · NVMICIVS · P · L · BERVLLVS A
DEC·HABET·OLLAS·CONTINENTES · VI · PRIMVS
SIBI · ET · SVIS
AFRAIA · Ɔ . L · ITALIA

56 M · AEMILIVS · M · L · ANTEROS · DECVRIO · B
PRIMVS · OLLAS · HABET · CONTINENTES ·
VI ∘ M · AEMILIVS : M · L · AESCINVS
AEMILIA · M . L · SIMENE
M · AEMILIVS : M · M · L . GIHLLO *sic* C

Penes D.Marcum Antonium Sabbatinum utraque.

Singulares tandem ollas, tunc Columbaria continebant, cùm (ut verbis Reinesii in suprà recensita ex eodem inscriptione 44. utar) *unaquæque earùm peculiari loculamento , in eodem tamen pariete, reposita erat* . Exemplum habes in figura paginæ primæ; nam ubi fornix curvatur, ut ibi vides, nec æqualis cum cęteris amplitudinis loculos admittit ; arctiores , & unius tantùm ollæ , unicique tituli capaces fiunt , ut literæ A A in proposito D ibi schermate ostendunt.Idemque evenit, ubi distributis congruentibus spatiis columbariorum duplicium in pariete, muri portio superest , quæ non nisi unicam E ollam recipit , ut sequenti exemplo Cellæ sepulchralis ad Viam Pręnestinam III. lapide,è regione Templi *di Torre Schiava* comprobari potest:quo etiã exemplo * ad inæqualitatem ordinum in uno eodemque monumẽto explicandã infrà in Notis utemur.

F G H I K L



Contra ea , quæ paullò antè de loculis ad binas plerumque,imò & aliquando quaternas ollas recipiendas construi solitis , ex longa observatione asseruimus, opinatur Reinesius ad hãc inscriptionem 145. Class. XIV , quam nos ex Schedis Barberinis penès Clau-

A nès Claudium Menetrerium extitisse reperimus,

57 M·VERGILIVS·EVPHEMVS
B FECIT·SIBI·ET VERGILIAE
TRIPHENAE·CONIVGI·SVAE
LIBERTIS·LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE·EORVM
C CVM·PARIETE·QVI HABET
OLLAS·N̄·XXIIII

perinde intelligendam esse, *ut pro quavis olla peculiare loculamentum, riscum,*
D *& aediculam exhiberent.* Singulares equidem loculos totâ pariete distributos observavi in Sepulchro Gentis Liciniç Crassorum (ut coniecturâ ducor) inter Ec-
E clesias S. Eusebii & S. Bibianae, de quo iterum ad Inscriptionem M·LICINI·PHILOMVSI cap.V. mentio habebitur: Nam ultra Columbaria duplicia arcuata,
F quae faciem portae obversam occupabant; in alio pariete ad laevam introeuntibus, singularia, eaque angusta omnia, & quadratae structurae conspiciebantur; quae ex
G simplicitate, servis ac familiae, uti alia fornicata ingenuis ac libertis, aedificata putamus.

Ex varietate horum Columbariorum
H fit, ut non semper numero eorundem numerus ollarum in duplicata proportione se habeat: In hac enim inscriptione si eam rectè percipere velimus;

58 MYRONIS
OLL·IIII·COLVM·III
Apud Mazzantes.

recurrendum est ad figuram pag. 1. in qua Columbaria duo minora AA, eorumque ollae singulares, cum majori B intermedio, & binas ollas admittente cum numeris ollarum in inscriptione expressis consentiunt.

Quae Columbaria hactenus vocavimus, *ollaria* quoque vocata fuisse colligimus ex Grutero;

59 M·PLAETORIVS·HERCVLANIVS
SACERDOS·M·D·M·I
FECIT·OLLAR·N·XXXIIII
CVM·SARCOPHAGO·MARM
pag. CCCIIX. 8

60 Q·CANVSIVS
PRAENESTINVS
MACERIAM·ET·OL
LARIA·LIBERTIS
LIBERTABVSQVE
SVIS·FECIT
pag. CMXXXV. 9

quibus etiam nostra haec, ternaeque aliae quae subsequuntur, adiungi possunt.

LII

DIS·MANIBVS
I A·FABIO·STEPHANO
FABIA·AGATHANGELIS
PATRONO·SVO·BENE
MERENTI·FECIT·LIBER
K TIS·LIBERTABVSQVAE — *sic, & deinceps.*
SVIS·POSTERISQVAE
EORVM·QVOT·ETS IN — *quod est.*
TRANTIBVS·PARTE·SENEX
L TRA·OLLARIA·PILARIA
CONTRA·ALIS·ALIO·N̄·IIII
ET·PARIENS·MEDIVS·P·V·S·L — *ped. V. semis longus.*

61 D·M

61 D · M A
TI · CLAVDI . APRILIS · MODIA · MAXIMILLA
VXOR · CONIVGI · OPTIMO · DE · SE · B · M · MACERIAS
A FVNDAMENTIS · CVM AEDICVLIS · ET · OLLARIS
SVA · INPENSA · CIRCVMCLVSIT · SIBIQVE · ET · CLAVDIIS B
MAXIMO · ET · APRILI · FILIS · LIB · LIBERTABVSQVE
POSTERISQ · SVIS · ET · EORVM · FECIT
Ex Claudio Menetrerio, qui dicit extare Pisauri.

62 L · ANTRONIVS · L · L · STEPHANVS C
FVLLON · ET · ANTRONIA
L · LIBERTA · TYCHENE · FEC
OLLAR · XVI
è schedis Barberinis. D

63 D · M
MAGNIA · TYCHE · FECIT · SIBI
ET · KARIS · SVIS · T · MAGNIO · ANI
CETO · ET · T · MAGNIO · EVTYCHO · ET E
Q · TILLIO · FIGVLIANO · BENEMERENTI
BVS
ET · LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · POS
TERISQVE · EORVM · H · M · D · M · A F
ITEM·TI·CLAVDIO·HONORATO·ET·CLADIAE
MARCELLAE
AMICIS·FIDELISSIMIS·VASA·OBRENDARIA·DVA·ITEL *sic*
OLLARIA · TRIA · INTROEVNTIBVS · PARTE · DEXTERI G
ORE · FECIT · ET · DONAVIT
Apud Nobb. de Casalibus.

Generali etiam nomine ipsamet Columbaria AEDIFICIA dicta videntur in duabus inscriptionibus istis Gruterianis. H

64 AEDIFICIA · PROPRIA · COMPARATA · FACTA
DICATAQVE · SVNT · MONVMENTO
T · POMPONI · MAXIMINI
CAES · N · LIBERTO · ET I
OLLIS · QVAE · CONSECRATAE · IN · AEDIFICIIS
AD · MANVM · LAEVAM · INSVNT
LOCVM · DEDIT · DONAVITQ
pag. DCXVII. 2. K

65 HAEC AEDIFICIA PROPRIA
COMPARATA FACTA
DICATAQ SVNT MONVMENTI
SIVE SEPVLCHRVM EST · ET I
OLLARVM QVAE IN HIS AEDIFICIIS
INSVNT · ET · CONSACRATAE · SVNT
RELIGIONISQ EARVM CAVSA · A

C · COMI-

A C · COMINIO · SYMPHORO
ET · LIBERTIS · LIBERTABVSQ
POSTERIS · EORVM
pag. DCCCLXVII. 5

B Synonima igitur esse vidimus, *columbaria*, *ollaria*, & *ædificia*. Quænam autẽ sint *vasa* illa *obrendaria*, occasione allatæ inscriptionis num. 63, operæ pretium est
C quærere: quod etiam explicandæ huic inscriptioni, quam ex Grutero pag. DCCCLXXXIV. 16. transcripsit Gutherius de Iur. Man. lib. II. cap. XXIV, aditum
D faciet.

66 D · M
L · POMPONIVS · CLADVS
ET · CLAVDIA · PARHESIA
E FECERVNT
SIBI · ET · SVIS · POSTERISQVE
EORVM · ET
M · QVINTINO · CLAVDIANO
F OLLARVM · N̄ · XII · AB · IMO
IN · SVMMO · CVM
OBRENDARIO

Gutherius *offerendarium* legi debere
G contendit, *ut sit aræ species, ad quam oblationes, sive offerenda, aut liba ferrentur*: Sed præmissa nostra epigraphe, tali correctione minimè opus esse docet; & idcirco probabilius erit etymon Nicolai Rigaltii in Not. ad Auct. Rei Agrar. pag. 296, qui *obrendarium*, quasi *obruendarium*, concisâ syllabâ, dictum putat: quemadmodum in hoc fragmento *obritum*, hoc est *sepulturæ traditum*, expressum videmus.

67 F · FESTA
NOVENDIAL
ER · EIVS · SEX
S · MENS · NATVS VIII
IC · OBRITVS · EST
In Hor. Ronconii ad S. Isidorum.

fuerunt itaque *vasa obrendaria* nostræ Inscriptionis num. 63, ea ipsa quæ *fictilia sarcophaga* vocat Inscriptio apud Gruterum pag. DCVII. 1 ad corpora integra obruenda: itemque in antecedenti 66. *obrendarium*, locus in pavimento ad obruenda ibi cadavera relictus; imò fortasse ea areæ monumenti pars, quam propriè & strictè *pavimentum* vocatam in sequenti conspicimus.

H
68 CLADIA · PREPVSA · EMIT · DE · L · CALPVR
NIO · SPERATO · ET · NONIA · FORTVNATA
SIBI · ET · SVCCESSO · IMP · VESPASIANI
I CAESARIS · SER · OCTAVIANO · CONIVGI
SVO · · · · · · · · · · · · ·
EIVS · POSTERISQVE · SVIS · PARIETEM · HVNC
IN · QVO · SVNT · OLL · LXV . ET · A PARIETE
K PAVIMENTVM · LAT · P · I · CINERAR · ET
AEDIC · LAT · P · IS *uno & semis*
Ex schedis Barberinis.

seu ut eidem Rigaltio placet, massa lapi-
L dea *superstructa, qua ollæ, cupæ, & vascula cineraria condebantur*; à quo parum discedit nostra opinio; nisi quod ille de cineribus & reliquiis corporis, nos de integro humatò cadavere accipimus.

* *Cinerarium* porrò & * *ædicula* quid sint, monstrat hæc Sepulchri ad Viam Salariam Villâ DD. de Paulutiis AMICIS ET GENIO dicatâ, descriptio:

In eo

In eo enim ultra ollaria seu columbaria in descensu, & circa aream retractionis scalarum distributa, in tribus reliquis lateribus inter se æqualibus, æquali pariter A

B



C

D

E

F

proportione, ædicula A, & cinerarium majus B, cum aliis minoribus CC ad urnas lapideas asservandas, statuta sunt. Hasce lapideas urnas *Ossuaria* vocari, ipsum nomen eisdem inscriptum manifestè declarat: itaut monumenti pars sit, ne quidem infixa, sed amovibilis, ut in l. 2. D. de sep. viol.


G



H

I

69



Hortis Matthaiis.

70 C·NVNNIVS·PRIMITIBVS
D·M·OSSVARIV SIBI

Apud Christinam Augustam in operculo.

Cinerarium medianum, ab ollis & columbariis distinctum, hìc vides. K

71 CALPVRNIA·RESTITVTA
EMIT·DE·SYNEROTE·COLV
MBARIA·N·IIII·OLLAS·N·VIII
ET·CINERARIVM·ME L
DIANVM·ET·PHOEBO·CONIVGI·SVO
ET·SIBI·POSTERISQVE·SVIS.

è schedis Barberinis.

Quia

A Quia namque corpora, alia cremaban-
tur, & in ollis urnisque tam fictilibus,
quàm marmoreis recondebantur,aliaque
in arcis lapideis, quas communiter Sar-
B cophagos vocare moris est, integra de-
ponebantur; alia demum in fictilibus
capsis * terrâ obruebantur: ideò varia
eorundem conditoria, in funeribus præ-
C cipuè diligens, quin etiam splendida &
profusa præparavit antiquitas; ut nempe
ollæ minores in suis columbariis,urnulæ,
ollæque majores, in ædiculis & cinera-
D riis, arcæ lapideæ sive sarcophagi in su-
pernis (ut ait Cassiodorus in Epist. ad
Danielem Marmorarium) ordinarentur;
sarcophagi tandem fictiles in pavimento
E defoderentur. Et ne breve admodum
videatur spatium pedis unius latitudinis
pavimenti ad obruendum assignati in
præallata inscriptione num. 68. CLAV-
F DIAE PRAEPVSAE; observetur quæ-
so, latitudinis mensuram accipiendã esse
A PARIETE, cui si addatur latitudo
alterius pedis sub ipso adiacenti cinera-
G rio, satis loci ad aream recipiendam attri-
butum constat.

Vno eodemque tempore usum tum
cremandi, tum humandi viguisse affir-
H mamus, rejectâ distinctione Al. ab Ale-
xandro Dier.Gen. lib.III. cap.II, ubi ait,
Romanos olim ab ortu Vrbis, defuncta
corpora humi condere, neque cremare
I *consuevisse, &c. postea cùm longinquis*
bellis defunctos erui cognovissent, ut igni
cremarentur DECRETO SANXE-
RVNT; nusquam enim tale decretum legere licuit: quin & communis arcarum lapidearum usus, in quibus per omnes ætates tum Reipublicæ, tum Cæsarum, cadavera integra recondita videmus, legem istam abrogat; adversùs quam faciunt quoque hæ apud Gruterum inscriptiones, de condito terrâ integro corpore loquentes:

72 D · M
L · IVLI · EPIGONI
VIXIT·ANNIS·XXVI·M·V·D·XII
CORPVS·INTEGRVM·CONDITVM
L · IVLIVS · GAMVS
PATER · FILIO · PIISSIMO
pag. DCLXXXVIII. 10

73 L · IVLIVS · GAMVS
DIS · MANIBVS
L · IVLI · MARCELLI
NEPOTIS SVI
VIXIT · ANN · V
DIEBVS . XXXXI
CORPVS · INTEGRVM
CONDITVM
SARCOPHAGO
pag. DCLXXXIX. 8

idemque ex hoc fragmento colligitur.

74 OSSA · FAB
SVB · FVND
TRIBVNALIS
TERRA·TECTA
Vinea D. Dominici Ciampini Via Lat. ad XI. lap.

Expresiùs tandem id patet in hac, non scripto, sed scalpro efficta integri corporis depositione (ut prisco Christianorum verbo utar).

K 75



CRITONIA · Q · L · PHILENIA
POPA · DE · INSVLA
Q · CRITONI · Ɔ · L · DASSI
L SCALPTORIS · VILARI
SIBI · SVISQVE · POSTER
EOR ·
Villa Sciarra ad Viam Aureliam.



C Cer-

Certius ergo eſt, non lege aliquâ, ſed more, ne eo quidem conſtanti, introductum, ut corpora quæ primò frequentiùs humabantur, (ſemper enim utrumque ritum à Romæ conditæ temporibus hìc obtinuiſſe cum Kirchmanno de Fun. Rom. lib. I. cap. II. ſentio) frequentiùs poſtea cremari cœpta ſint; ita enim de hoc Plinius Hiſt. lib. III. cap. II. *Ipſum cremare apud Romanos non fuit veteris inſtituti; terrâ condebantur: at poſtquam longinquis bellis obrutos erui cognovere, tunc inſtitutum. Et tamen multæ familiæ priſcos ſervavere ritus, ſicut in Cornelia, nemo ante Syllam Dictatorem traditur crematus*; à quo Alexander ſua malè excerpſit: *inſtitutum* enim ibi *cœptum*, non *decretum* ſignificat, ut Plinius ſibi conſtet, qui *multas familias priſcos terrâ condiendi ritus ſervaſſe* tradit: & alibi etiam, lib. VII. cap. XVI. *hominem priùs quàm genito dente cremari*, moris eſſe negat; qui propterea A B

minor igne rogi

Iuvenali Sat. XV. dicitur. Ideoque. noſt i Iuris Conſulti perpetuò inter corpus, oſſavè diſtingvunt, ut habetur in l. locum 2, l. oſſa 8, l. liberum 9, l. ne corpora 38, & l. monumentum 42. D. de relig. & ſumpt. fun. quò utrumque ſepulturæ genus eorum tempore promiſcuum comprehendant: diſtinguitque hoc inſcriptionis fragmentum. C D


E

76 IN · LAT · P · II · L · P · IIII
HVIC · LOCO · ITVS · AMBITVS · DEBETVR
ET · SI · CORPVS · INFERRE · VOLIT · SIVE OSSA
LICEAT F

In Vinea ad Bivium è regione Portæ Latinæ muro inſerta.

Duraſſe id uſque ad Theodoſii Magni ſeculum doctè obſervat Gothofredus ad l. omnia 6. de ſepulc viol. lib. IX. tit. XVII. Cod. Theodoſ., donec rurſus contrario more, νεκροκαυσία relictâ, pro combuſtione humatio communiter uſurpata fuit, ita Macrobio Saturnal. lib. VII. cap. VII., qui ſub Theodoſio juniore floruit, teſtante, *licèt urendi corpora defunctorum uſus noſtro ſeculo nullus ſit.* G

Iam tandem, ne quid ad hujus argumenti enucleationem deſit, accipe communiorem ollariorum, ſeu columbariorum proſpectum, ichnographiam, atque H



I


K

L

inter

A

B



C inter se distantiam; ipsarumque ollarum formam, & magnitudinem.

Ne autem clavorum sive ex ferro, sive ex ære, adhuc titulis nostris inhærentium
D extremitas ollas ipsas attingeret ac perfringeret, satìs provisum erat, eas in intimo columbario collocando, itaut crassities muri inter ollæ ventrem, & exterio-
E rem parietis faciem ferè pedalis foret: Id quod in suis columbariis non animadvertit Ligorius, ex quo schema illud initio Sectionis IX. suffuratus est Sponius, nullâ vèl minimâ immutatione; nisi quòd, sub ædicula media istam epigraphen Ligorii consultò omisit,

77 SEX·LARTIDIVS
ERASMVS
V·A·XI·M·VI

ut Abucciorum columbaria, numerosiora illa & simpliciora loculamenta, adhuc in Vinea Mazzantium residua, & horum paucitati & splendori non correspondentia, obtruderet.

F

G

N O T AE

H Haud ægrè feras, rogo, Gaspar amantissimè, quòd de aliquibus te edoceri procurem, de quibus fortasse non ignarus existis: quia superflua congerere malo,
I dum tibi, & tironibus in hoc studio necessaria non omittam.

* *pag.* 1. L. *supponebantur*] Titulos columbariis suppositos cui cernere non li-
K cuit, is hac inscriptione sæpe laudati Abucciorum monumenti contentus sit.

78 L·ABVCCIVS·HERMES
SIBI·ET
L TYCHE·L·SVAE
AB·TITVLO·SVRSVM·OLL·XIIX

Ab eo, quem perhibuimus, ollas per suppositos titulos designandi modo, diversum alium excogitavit Reinesius, numero (ut sibi videtur) redundanti LXVIII. ollarum offensus in hac à se allata inscriptione 88. Clas. XI,

79 P·CRITORIVS·P·F·HEROS
LENVNCVLARIVS
* DE·SVO·FEC·OLL·LXVIII

& eâ licentiâ, qua (ut de eo lepidè ait Eminentissimus Norisius in eruditissima Epist. Consul. pag. 93.) *vetustas inscriptiones perinde àc amanuensium scripta pro arbitrio mutare solet*, notam numeralem LXVIII dividit, & L·XVIII, *loco decimo octavo* exponendam indicit; *nec enim*, ut subdit, *convenit unum hominem ollas LXVIII. habuisse*. Infir-

mitatem hujus rationis detegunt allata supra marmora num. 59., & num. 68; in quorum altero M. Plaetorius Herculanius ollaria XXXIV, hoc est ipsum met numerum, Reinesio nimium in sua inscriptione visum LXVIII ollarum, cum sarcophago insuper marmoreo sibi constituit; in altero, Claudia illa, servuli contubernalis, parietem integrum ollarum LXV (quin & forsan duplicato numero ollariorum LXV) mancipio accepit.

Nec levi conjecturâ ducor, ad ollas Critonianas duplicandas, unde Reinesio difficultas succresceret; quoniam impropriè admodum *facere ollas* quis dicitur, nisi de Figulo sit sermo; atque in Indice Scaligeriano ad Gruterum sub titulo Rer. Memorab. *olla data*, *donata*, *empta*, *concessa*, sæpesæpius legitur, sed nusquam *olla facta*: At benè *ollaria facta* supra vidimus in nuper allegata inscriptione num. 59. aliisque quinque subsequentibus, ex quibus propterea, uti superiorem, sic & hanc aliam ita interpretamur, ut *ollaria facta* dici debeant.

80 SEX·AVTRONIVS·SEX·FIL
PALATINA·NIGER
LITICEN·LEGION
III·PARTH
FECIT·OLL·XXX
In Vita Colotii.

Minimè igitur admittenda est illa *Loci* præscriptio; sed relinquendus Reinesius morositati suæ, & genio omnia immutandi; quæ certè aliquam excusationem habent in præclara & profunda viri eruditione.

Displicet quoque Reinesio τὸ HEROS, & sollemni Marmorariis literæ H abusu pro EROS irrepsisse queritur. Si tamen HEROS hìc retineri non debet, DECIVS·D·L·HEROS de quo Gruterus pag. CMXXXIIX. 2, (sub hoc cognomine transmissus ab eodem Reinesio A
in Notis ad Epigr. 183. Clas. XIV.) in EROTEM; & HEROIS de qua idem Gruterus pag. DCCXVI. 14, & DCCCLII. 2, nostræque hæ Claudiæ Heroides, B

81 D·M·CLAVDIAE
HEROIDI
TROPHIME·LIB·B·M·F C
Urnula elegantissima apud Nobb. de Tassis.

82 SILVANO·ET·MERCVRIO
SACRVM
TI·CLAVDIVS·EPICTETVS D
ET CLAVDIA·HEROIS
EX·VOTO·L·M
AR·ET·PAVIMENT·S·P·RESTT
In Vita Colotii.

in *Erotides* transient. Quid enim vetat, E
aliquem cognomento *Heroëm* dici posse, ut alii bini apud Sponium in Miscellaneis M·AVRELIVS·L·L·HEROS F
pag. 183., & C·POMPONIVS·Ɔ·L·HEROS pag. 289., istique ex meis Manu-scriptis?

83 SALVSTIAE·Ɔ·L G
FIRMIANAE·PIAE
VIX·ANN·XLIIX
C·SALVSTIVS·HEROS
OL·D·D H

84 DIS·MANIB
ACCIAE·PAVLINAE
FEMINAE·PIISSIMAE
A·ACCIVS·A·L·HEROS I
CONIVGI·FIDELISS
PIISSIMAE
FEC·SIBI·ET·SVIS·LIB
Ex schedis Barberinis utraque. K

& demum illi Q·LITORIVS·Q·L·HEROS, ac TI·CLAVDIVS·TI·AVG·LIB·HEROS, Classi. V. num. 50. & 63. admissi ab eodem Reinesio, & tolerati? L
Ille idem (quod miremur tanti viri inconstantiam, & omnia immutandi rabidam orexim) in P·DECIMIO EROTE epi-

A TE epigrammatis Gruteriani p.CCCC.7 non acquiescit, sed HERAM nullâ adducta ratione desiderat ad Inscr. 99. Cl. I. *pag* 1. K 2. *col.* D·M·S *&c.*] Omnem
B sui memoriam famæque novissimæ curam abiecerunt ji, qui priores illos duos titulos sibi constituerunt, Diis tantùm Manibus nuncupatis; philosophicam hujus Ausoniani Epigrammatis contemptionem fortè animo versantes.

85 NON NOMEN NON QVO GENITVS NON VNDE QVID EGI
MVTVS IN AETERNVM SVM CINIS OSSA NIHIL
C NON SVM NEC FVERAM GENITVS TAMEN EX NIHILO SVM
MITTE NEC EXPROBRES SINGVLA TALIS ERIS.

Cum eodem nominis despectu extant inter meas Manu-scriptas, inscriptiones
D sequentes:

86 CONTVBER NALI·FECIT
VIXIT (XIX) ANNIS

Vinea Saccoccia Via Labicana.

E

87 DIS
MANES *sic*
F SACRVM

Cippulus Villa Burghesia.

88 DIS
MANIBVS
G SACRVM

In basi ingenti Vill. Iustiniana.

89 INFELIX · ANNOSA
VIRO · NATAEQ·
H SVPERSTES

Capua ad D. Ioannis Monialium.

90 D . M
AMICA · AMICO
I CARISSIMO
B · M · F

Ex schedis Barberinis.

91 NE · TANGITO
K O · MORTALIS
REVERERE
MANES · DEOS

Vrnula apud Altaempsios.

L 92 HIC · SEBIVO · OMNI
BVS · SVIS · BENE
FECIT

Pyrgis in Sarcophago.

93 O · TV · QVI · MVLTAS
HOSPES · LVSTRA
VERIS · VRBES ·
DIC · QVO · VIDISTI
STEMMATA · PLV
RA · LOCO

Ex sch. Barb. dicitur extare apud Macaranos.

94 DE · NIL · IN · NIL · QVI
BIDIT · BONI · NIL
BIXIT · AN · II · M · III
DI · XXI · OR · III · FE
CIT · INNOCENTI
MATER · ET PAT
ATR · DIXE · TV
BIS · BIBES

Ex eisdem schedis.

95 D M
GEMEL GEMEL
LI·II LAE·II
S A C

Super Cæm. B. Castuli.

ultra hasce nostri Musei.

LIII PATER
FILIAE
BENEMERENTI
FECIT

LIV SPES · IN · HILARO
QVI · MIHI · BENE · FECIT
Lyra figura.

Parùm

Parùm distant ab hoc neglectu postumæ famæ inscriptiones istæ per notas, aut nominum compendia.

96 DIS · MA ·
MV · S · F · C ·
PL · L · SVO ·
B · ET · VA ·
SVCE · CO
N · EI

Vinea Sciarra ad V. Aur.

97 D · M
NEC · D · P · P

Vrnula ad Vin. Nerliam.

98 D · M
ET
CINERIBVS · T · P
A · G ·

Vrnula Hortis Matthaeiis.

A notis prænominum C · ABELLANI FELICIS eâdem pag. 1. P · ANNI Ↄ · L ACASTI, & sequentium, principium tractationis de prænominibus duco. Et præmitto, tres species propriorum nominum communiter Romanos habuisse: Prænomen, sic dictum quia nomini præponatur, quod hìc *Cajus*, *Publius* &c: Nomen, quia notat genus, ut Abellanius, Annius; Abellanii quippe, omnes in eo genere vocabantur: Cognomen, quia Nomini coniungitur, ut Acastus, Zethus, quæ è pristinis eorum in servitute nominibus in cognomina transierunt. In nonnullis splendidioribus familiis quartum compellationis genus per agnomen, quasi accedens nomen, (repugnantibus quamvis Grammaticis, qui agnomen cum cognomine confundunt) additum fuit; ut *Africani* P. Cornelio Scipioni, *Cretici*, & *Numidici*, utrique Q. Cæcilio Metello, ex devictis, subactisque Provinciis.

Quarto etiam loco, filii in alienam familiam adoptati, nomen gentilitium ex lege quadam adoptionis in agnomen versum retinebant; ut præ cæteris exemplis, ex duobus illis L. Aemilii Paulli filiis, altero in gentem Corneliam, altero in Fabiam traductis, ille, P. Cornelius Scipio Aemilianus; iste Q. Fabius Maximus Aemilianus, priscum nomen in agnomen detortum adservantes, dicti fuerunt.

A B

Prænomina diligentissimè collegit Carolus Sigonius in egregio libello de Nomin. Roman., quæ nos ex eodem, cum ratione scribendi, quam ipse addidit, ita exponimus. C D

Agrippa	Agrip.	Opiter	Op.	
Appius	Ap.	Postumus		
Aulus	A.	Proculus		
Cæso, seu		Publius	P.	E
Kæso	K.	Quintus	Q.	
Cajus	C.	Servjus	Ser.	
Cneus	Cn.	Sextus	Sex.	
Decimus	D.	Spurius	Sp.	F
Faustus		Tiberius	Ti.	
Hostus		Titus	T.	
Lucius	L.	Tullus	Tul.	
Mamercus	Mam.	Vibus		G
Manius	M'.	Volerus	Voler.	
Marcus	M.	Vopiscus		
Numerius	N.			

Adiungit Sigonius ultra hęc verè Romana, alia XII. à peregrinitate desumpta, quę hæc sunt. H

Ancus	Petro	
Aruns	Pompo	I
Lar	Sertor	
Lucumo	Tallus	
Metius	Turnus	
Numa	Volusus	K

Eradit Faustum è numero prænominum, Sigonio acerbissimè correpto, Robortellus in Annot. lib. I. cap. XXIV.: at ille retinet ex lapide Interamnate apud Gruterum pag. CXIII. 2, & ex Asconio in Orat. pro Scauro. Vnde Robortelli cavillis spretis, longè meliorem eo Sigonium L

A nium sectari liceat: Eò maximè quia non nisi prænominis loco stare videmus in hisce duabus inscriptionibus, in quibus nomen utriusque liberti reticetur.

B 99 FAVSTVS·LI
VIAE·AVG·LIB
PHYLAX

100 FAVSTVS·AVG·L
C IANVARIVS·INSV
LARIVS

Ex schedis Barberinis utraque.

Agnominis quoque vocem, Robor-
D tellus ibidem tollendam increpat, quasi à nullo ex veteribus Authoribus unquã prolata fuerit, temereque invecta. Verùm, pace Robortelli, (præterquam-
E quamquod Tullius lib. II. de Inu. nomen cognomen & agnomen tanquam diversa designat, ibi, *Nomen autem cùm dicimus, cognomen quoque & agnomen in-*
F *telligatur oportet*) quotiescumque hoc secundum cognomen, sive trium nominum additamentum illud vocandum sit, occurret, agnominis verbo à recentiori-
G bus passim recepto, sive temerè, sive considerate, tanquam ad pleniorem distinctionem pertinente, indicabo.

In gratiam eruditissimi supra ætatem
H Christophori Adami Ruperti, in grave reip. literariæ damnum immaturo obitu rebus humanis exempti, admittam prænomina MAGNI, TAVRI, & PAVL-
I LI, ex fragmentis lapidum ad Fratres Arvales pertinentium pag. CXVI. 5, & CXVII. apud Gruterum, iuxta ipsius Ruperti suppletionem *propter Panvinium*,
K ut ipse ait Ep. XLIV. inter Epistolas Reinesii: quam nos Panvinii correptionem, æquè Scaligero accommodare possumus, qui in suo Indice omnia hæc *Paulli* præ-
L nomina inter nomina familiarum disponit in PAVL·AEBVTIO·PARTHENIO pag. CLXXXIX. 4, PAVLLO· AEMILIO·PAVLLI·F·PAL·REGILLO pag. CCCXLVIII. 9, & PAVLO·AVFIDIO pag. CCCLXIX. 1: PAVLLVM verò AELIVM QVINTVM, ita expressè in inscrip. 6. pag. MCIX. contentum, in *Publium* sub hac nota P. contrahit, marmorque potiùs corrumpit, quàm conceptum in aliis errorem deponat.

Adiungi potest *Tertii* prænomen ex Grutero:

101 D · M
TERTII·SAMMII·VOL
KARI·Q·NEM· ET·DECVR
ET·SAMMIAE·ATICE
VXOR·ET·
L·HORTENTII·KARI·FIL
T·F·I

pag. CDLXV. 9

102 TER·IVNIVS
TER·F·FAB
VERVS·LVCA
MIL·COH·IV·PR
7·MARCELLI
MIL·ANN·VIII
VIX·ANN·XXXI
FEC·EVTERPE
CONIVGI·B·M

pag. MCIX. 1

103 TER·VALERIVS TER·L·FE
LIX·FECIT·PARAVIT·SIBI
ET·SORORI·CASSIAE·TER
L·FAVSTAE·SVPERSTAT.HS·∞

pag. MCLVII. 14

Et ex nostris,

104 APOLLINI
INVICTO
ET·LVNAE
AETERNAE
TER·POLLIVS·TER
LIB·POLLIANVS
IIII·VIR·LVST·LXX·P·R·C *post Romam conditam.*
STAT·AEN
COLLEG·PABVLARIOR
D·D

Ex schedis Barberinis, sed suspecta.

105 D·M

105 D · M
MARIAE
MAXIMILLAE
CONIVGI
KARISSIMAE
TERT · DECIVS
SECVNDINVS
MARITVS · OB
INTEGR · FIDEM · EIVS
CVIVS · OPE · ET
OBSEQVIO · ANNIS
XVIII · VSVS · SVM

Ex MS. Cl. Viri Lucæ Holstenii.

atque etiam ex amicissimo olim mihi viro Theodoro Ryckio in nuperrimis Animadu. ad Tacit. H. 1. cap. 79. 7, ubi *Iulianum* illum *Titium*, Tertium Titium Iulianum, de quo concisè alibi Tacitus sub nomine Tertii Iuliani loquitur, fuisse coniicit.

Item *Quarti* ex eodē Grutero, quamvis id non agnoverit Scaliger, qui in ultimo Indice Viror. & Mulier. prænomen Cominii inter nomina centuriavit, & Manilii nomen simul ac prænomen omisit;

106 QVARTVS · COMINIVS
C · F · SIBI · ET
TERTIAE · PETRONIAE
M · F · VXORI · ET
L · COMINIO · C · F
FRATRIBVS · ET
TERTIAE · COMINIAE
SORORI · ET
AMPLIATO · ET · FELICI · LIB

pag. DCCLXXV. 1

107 M · CATIVS · M · F · TERTIVS
M · TVLLIVS · M · L · ATTIVS
M · COMINIVS · C · L · FELIX
C · CLODIVS · C · L · PARATVS

QVARTVS · MANILIVS
VSTRINAE · COMMVNE
IN · FRON · · · · ·

pag. MXLII. 3

quod ex hisce nostris confirmamus. A

108 QVART · ANNIVS · QVAR · F · POLL
SATVRNINVS
VERONA
MIL · LEG · V · AVG · PRAEF · VIGIL B
PROCVRATOR · VIGESIM · HERED
ET · QVARTINIA · BABAERIA
VXOR · FECERVNT · H · T · I · S
H · M · D · M · ABES
IN FR · PED · XVIII · IN AGR · P · XXV S C

Ex schedis Vaticanis.

109 DIS · MAN
QVARTIVS · IVNIVS · QVAR · F · FAL D
HISPERINVS
7 · COH · VI · VIGIL · ET
QVARTIA · TERENTIA · SECVNDA
FECERVNT · SIBI · ET · SVIS
LIBERTIS E
IN FR · P · XII · IN · A · P · XV

Ex schedis Barberinis.

Iuxta eandem numeralem seriem, F *Septimi* per modum prænominis usum deprehendi in hac apud Sponium inscriptione pag. 34., & sequenti apud Gruterum pag. DXXVII. 1 G

110 GENIO
FONT ·
... SIM. COMITI · VNIVERSIS · FELIX
L · CASSIO LONGINO M · VENICIO COS H
MAG · FONT · D · D
M · ANNIVS DAPHNVS
M · TATIVS STEPHANVS
M · MVCIVS PRIMVS I
M · ARISTIVS CELER
SEP · ANICIVS DAMA
Q · FABIVS TERES
MINIST · FONT K
QVARTIO PLOTI
EPAGATHVS MARSICI
STEPHANVS LIBONI
PRIMIGENIVS POMPONI L
ANTHVS CLEMENTI
EROS BE · · ·
D · D · K · AVG ·

111 D · M

A 111 D · M
AVRELIO . CLAVDIO
VETERANO
Q · MIL · K · PR · QVI · VIX
B ANNIS LXXX
H · V · HIC
SEPTIM · VALERIVS · EQ · R
ET · AVREL · PRAESENTINVS
C EVOCAT
H · H · E · B · M · F

in qua posteriori, Septimo inter prænomina non admisso (ut hìc quoque fecit
D Scaliger) duplex absurdum consequitur; nimirum, Equitem Romanum prænomine suo destitui, & *Valerium*, gentis nomen, in cognomen degenerare: præ-
E sertim cùm agnoverit hoc prænomen T. Probus, sive quis alius sit author libelli de Nomin. Impos., qui ab Equicolis, eorumque Rege Septimo Medio (sive ut Carrio lib. I. Emend. I. legit *Modio*) derivatum ad Romanos dicit.

Favet huic opinioni sigillum hoc Figlinæ veteris lateri impressum,

112 SEPT ANNI
APRODISI
Ad D. Martinæ.

per quod *Septimi* prænomen Annio Aphrodisio asseri videtur.

Prænomina *Secundi*, *Octavi*, & *Noni*, de quorum inventione exultat Reinesius inscr. 54. Clas. V, 76. & 78. Clas. VIII, & 51. Clas. XII, ipse, cum suis Ligorio & Langermanno, in quorum officina nummi plumbei istiusmodi cudi solent, sibi habeat; nam nos talibus sponsoribus rem novam producere non audemus. Et sic quoque, prænomen *Sergiæ* in femina, quod Reinesius agnovit, & probavit in hac inscriptione,

F 113 SERGIA · FLAVIA · LVSINIANA
MIHI · ET
Q · FLAVIO · LVSINIANO · DVL
CISSIMO · NEPOTI · EX · FILIA
G QVAE MEI AMANTISSIMA FVIT · INTEGRA
MONVMENTVM · CONSTITVI

confidenter reiicimus, cùm *Sergia*, *gens patritia fuerit*, *vel unius Virgilii testi-*
H *monio*,

Sergestusque, domus tenet à quo
Sergia nomen.

ut ajt Vrsinus ad nummum hujus Fami-
I liæ, & ex pluribus apud Gruterum inscriptionibus palàm fit: itaut tria potiùs nomina tolerari debeant in hac muliere, recepto more, de quo plura exempla
K congerit in sua ænigmatica Aelia Lælia Crispide Ill. Comes Carolus Cæsar Malvasia à pag. 151. per totum illud cap. IX, quàm novum hoc prænomen, nullâ ne-
L cessitate cogente, ex nomine effingere. De *Octavi* autem prænomine, quod dicit *hactenus à nemine observatum*, Carrionem appello loco suprà laudato, & Sigonium ad Livjum lib. I, ubi primum Octavii Mamilii Tusculani nomen, in *Octavum*, ut prænominis vicem gerat, contra omnium Codicum fidem immutat; quamvis (ut observat ibi num. 59. Io. Frider. Gronovjus, indoctæ prolis dissimilis pater) alia sit ratio Romanorum nominum, alia reliquæ Italiæ.

Addere etiam liceat prænomen *Olus* Grutero cognitum in hac inscriptione,

114 D | FVRI · ABE | M
OLO · FVRIO · PACATO
MVSSIA · VICTORINA
CONIVGI · D · S · B · M · F
QVE · CVM · FO VIXIT
ANN · XXIIII
pag. DCCLXXXVI. 3

à Scaligero tamen & hìc dormitante inter nomina digestum. De quo novo prænomine (si nouvs tamen est & non ex *Aulo* in *Olum* communi idiotismo resecatum, ut Reinesius tradidit ad inscr. 33. Clas. XI.) extat etiam sequens inter nostras mentio. A

115 D · M B

OLVS · PVPLICIVS · POLYTI
MVS · TVTOR · TITI · FLAVI · A
GATHANGELI · PVPILLI · SVI · MATRI
SEXCTAE · FORTVNATAE · DEFV C
NCTAE · LOCVM · EMIT · MAS*sam*
CALCAVIT · COPAM · EDIFICAVIT · M*aceri*
IS · EIVS · OMNIBVS · CONSVMMAT · ✳ CC ...
FAC D

Hortis Iustinianeis.

116 D · M
OLVS · CAESENIVS
FORTVNATVS · SIBI · LI
BERTABVSQVE · POSTERIS
QVE EORVM

In pavimento D. Pauli.

117 D · M
M · STATIO · PATRI
CIO · V · ANN · XXII · D
XXX · OLVS · ATINVS
PHILODESPOTVS
FILIASTRO · BENEME
RENTI

è schedis Barberinis.

Quod pariter abbreviatum & simplici litera O signatum intelligimus in hac alia Gruteri inscriptione pag. DCCVIII. 10

118 D · M
O · TERTVLL · FILIO · O
TERTVLLVS · ET · AV
REL · AMANTISS · PA
RENT · PO

Cossus quoque, Corneliæ Gentis peculiare prænomen accedat: recensetur enim in Fastis Consularibus apud Gruterum pag. CVII. 1. 2

COSSO · CORNELIO · LENTVLO
L · PISONE · AVGVRE · CoS

prout & alius ejusdem prænominis pag. VIII. 5, & pag. CXVIII. fragm. 4, collegâ Nerone Cæsare IV, qui alterius ibi Cossi filius dicitur; & à Panvinio in Fastis (nullo authore, ut puto, sed ut cum E prædicto L. Pisonis Auguris collegâ qui LIX. retrò annis consulatum inierat, probabiliter coniungat) Cossi quoque nepos vocatur. F

Itemque *Nero*, qui in unico licèt Druso, prænomen evasit, itaut ex duobus Livjæ Augustæ filiis, *Tiberio pro cognomine*, *Druso vero pro prænomine id* G *datum fuerit*, ut Occo observavit, & ex nummis sub hac epigraphe NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP ostendit. Favet H quoque inscriptio illa apud Gruterum pag. LXI. 1 posita NERONE · CLAVDIO · DRVSO T · QVINCTIO · CRISPINO · CoS: nec dubitari sinit Svetonius in Claud. cap. 1, vetus prænomen I & novi substitutionem ita disertis verbis enarrans, *patrem Claudii Cæsaris Drusum, olim Decimũ, mox Neronem prænomine &c.* K

Adeò plura, eademque optima, in hæc studia contulit Sigonius, ut extra omnem censuram, ejus effata recipi me- L reantur. Vnde ex ipsius ad Livjum notis lib. I. cap. 20. *Numæ* prænomen, genti Marciæ & Pompiliæ commune, nostræ huic

A huic nomenclaturæ supra adiunximus: Quamvis pro cognomine alterius ex eadem Gente Pompilia in hac inscriptione stare videam.

B 119 C·POMPILIVS PORCIA·Q
C·F·MAI·NVMA VXOR
Villa Corsina.

C *Statii* prænomen, non uno monimento adstruere possumus: & primò ex inscriptionibus, ut in hac arce præsidia mearũ probationum præcipuè constituta sunt.

D 120 ST^A ARRVNTIVS
FLORVS·H·S·EST *hic situs*
L·NOVIVS·DECEMBER
POSVIT
Museo Sabbatino.

E 121 ST·VENESAVOS·ST·L
PHILEMO·VENESAVA·S·T·L
GALLA
Narnia ex schedis Barberinis.

F 122 STATIVS
FERENTILIVS·STATI·L
FIRMVS
Ex schedis Barberinis.

G 123 ST·MRCIVS OPTAT *in orbem*
VALEAT
QVI·FECIT *lineis rectis*
In signo Figlinæ.

H 124 STATI MRCI
DEMETRI
In labro fictilis sarcophagi Villa Corsina.

I 125 ST·EVANTHI
VS·O·V·F
Reinesius Cl. XVII. num.47.

Is tamen Author coactè, ut solet, ex *Statio*, Sextium efformavit; rectè quidem cæteroqui OVF. quasi Oufentinam Tribum, postremis tribus literis collectis, contineri autumat.

K

Idem prænomen habetur in hoc marmore Taurinensi, Thesauri Gruteriani pag. CMXXX. 4

126 T·AEBVTIVS
SECVNDVS
SIBI·ET
ST·AEBVTIO
OPTATO·PATRON
ST·AEBVTIO·SEC
F·C

annuente Sigonio, qui inter nomina quæ à cognominibus orta sunt, *Statilios* ab hoc *Statii* prænomine processisse ait. Marmor refertur etiam ab Vrsato in Epist. V. Marm. Erud.; sed ipse non advertit, in lapide fracto, qualem Pingonius qui eum exscripsit, & Grutero transmisit, à se visum testatur, supplendam esse primam prænominis notam, itaut *St. Aebutius* ibi quoque legi debeat, quò nomini simul ac prænomini *Statii Aebutii Optati* patroni nomen ac prænomen liberti respondeat: ut fieri debuisse non uno loco ipsemet Vrsatus ostendit, hoc est Ep. V. pag. 83, Ep. VII. pag. 120, & Ep. VIII. pag. 162.

In Scriptoribus etiam melioris notæ hoc idem prænomen reperitur, ut in Ciceronis Oratione pro A. Cluentio Statius Albius, in Tacito Statii Anneus, & Domitius Annal. lib. XV. cap. 64. & 71, & in Livio lib. IX. cap. 44, Statius Gellius, & lib. 10. cap. 20. Statius Minatius Samnitium Imperatores, qui forsan huic apud Romanos prænomini fecerunt initium.

Vicem pariter prænominis obtinuisse notam HER. cupreæ vetustissimæ lamellæ, hac prorsus formâ,

L LV. C·PLACENTIOS·HER·F·
MARTE·SACROM

aversâ parte. A

LVI C·PLACENTIVS·HER·F
MARTE DONV·DEDET B

in Tiburtino agro repertæ, mihique à Nob. Viro March. Fabritio de Maximis Castri Arsularum domino oblatæ, utì libens assentior, ita quoad hujus prænominis originem, utì suprà de *Statiis* ad Samnites, te ad Nolanos & Marrucinos ablegabo, cùm Livjus *Herium* Petrium Senatorem Nolanũ memoret lib. XXIII. cap. 43. & Florus in Epit. lib. LXXIII. *Herium* Asinium Marruccinorum Prætorem: ex quo, Asinios Romanos proceres, repetito in pronepote hoc Herii prænomine, derivat Rickius exposito Gentis stemmate in Animad. ad Tacit. ann. lib. VI. cap. 23.

Prænominis tandem loco, novæ in Gruterianis marmoribus gentis Latroniæ in sequenti inscriptione Ravennate τὸ SAL· appositum putaverim,

127 FIRMIA·L *stemma* L·PRIMA
mulieris
Protome viri ac mulieris, & infantis medii
L·FIRMIO FIRMIA·L·L
L·L PRINCIPI APOLLONIA
LEZBIAE·FILIAE·SIBI·ET·SVIS·DE
PECVN·S·V·F
aliorum duorum virorum cum hac nota V in pectore
M·LATRONIO SAL·LATRONIO
SAL·F SAL·F
SECVNDO SATVRNINO
item puerili
SPERATO
VERNAE
sphynges encarpum sustinentes
Apud Nobb. de Rasponis.

ut in eodem Grutero pag. MCLIV. 4. SAL. prænomen patris Auli Blesidii fuisse liquet, & *Salvino Latronio Salvini* filio legendum; sic enim explicatè tanquam prænomen Gentis Semproniæ habet Gruterus pag. DLIX. 8. OSSA SALVINI SEMPRONI·CERONI. C

Pro prænomine Gentis *Pedusiæ* usurpatũ legi in hac nostri Musei inscriptione, minùs tamen conspicua, tanquam muro obversa in eodem lapide VALERIAE D NICES, qui inter Christiana monumenta Cap. VIII. suo ordine collocabitur.

LVII Q·AELIVS QVARTIN E
MARVLLO·ET·AELIAN
L·PETRONIVS SEVERV
SAL·PEDVSIVS DEXTER
L·LVSIVS NEPOS F
D·VALERIVS POLITIC
Q·PLASO IVCVND
BV L·MAGILIVS PROBAT
L·DOMITIVS FELIXS G
MATERNO·ET·BRAD
C·OPPIVS VERV
L·ATILIVS SOCRA
L·IVLIVS EGNAT H
C·CECCIVS TERTI
L·EGNATIVS CRESC
FV L. CAMPATIVS LIBER

Vtcumque à prænominibus expeditus, ad aliqua circa eadem observanda progredior. I

Cnei & Caii prænomina per C literam notari, G tamen sono efferri, ultra K Diomedem Grammaticum à Sigonio allatum, testatur quoque Servius ad lib. I. Georgic. vers. 194, *& amurca per C scribitur, & per G pronunciatur, ut C* L *Gajus, Cn. Gneus.* Hoc tamen præscriptum non semper servatum invenio; & præcipuè in lapide illo optimæ notæ apud

A apud Gruterum pag. CCCCXXXIX. 5, quem non Tarracone (ubi ex Panvinio Author reposuit) sed prope nouvm Nomentum ad Aedem S. Georgii, prostrare reperi, & in hoc, (quia ibi CN.) aliisque emendatum produco.

129 GN · MVNATIVS · M · F · PAL
B AVRELIVS · BASSVS
PROC · AVG
PRAEF · FABR · PRAEF · COH · III
SAGITTARIORVM·PRAEF·COH·ITERVM·II
C ASTVRVM · CENSITOR · CIVIVM
ROMANORVM· COLONIAE · VICTRI
CENSIS· QVAE· EST· IN·BRITTANNIA
CAMALODVNI · CVRATOR
D VIAE·NOMENTANAE·PATR·EIVSDEM
MVNICIPI · FLAMEN · PERPETVVS
DVVMVIRALI· POTESTATE
AEDILIS · DICTATOR · IIII

E Exempla in Grutero facile est quærere, nostra hæc sunt.

LVIII
OP · DOL · EX · FIGLINA · CAES · N · *orbe exteriori*
G · CALP · MNEST *orbe interiori*

In sigillo figlinæ.

F

130 STALLIVS·GAIVS·HAS·SEDES·HAVRANVS·TVETVR
EX · EPICVREIO · GAVDIVIGENTE · CHORO

Neap. apud Iannarium Pintum.

G 131 NEPOTIS GN DOM TROPH

Alio sigillo pariter in orbem.

132 V · F
GNEVS · PECCATIVS
H BALBVS · VI · VIR
SIBI · ET · Q · PEC
VIX · AN · LXI

Florentiæ apud Nobb. de Bassettis.

I 133 I · O · M
G · IVL · MARCVS
EVOK · AVG · N
V · S · L · M

K *Ad Circum Maximum effossus Cippus.*

134 VI DIVS · L · F · F
SIBI·ET·L·OVIDIO
G·OVIDIO·G·F·C
L VS·DEDICATVS
LIMITEM · ME
FOSSAM · ME

Fragm. ex schedis Lilii Vaticanis.

135 GN · CANNIVS · SASA
SIBI · ET · IVCVDO

In meo veteri MS.

136 D · M
GLYCERO · V · A
IIII · GAIVS · IVLI
VS · EVTYCHVS
ET · IVLIA · EVCH
E · FILIO DVLCISSI
MO · FECERVNT

Ex schedis Barberinis.

Gajum item Ostorium invenies inter nostra infrà cap V. suo ordine.

A ratione quam ex Sigonio exposuimus, hæc prænomina per compendia literarum scribendi, vel aliqua integra relinquendi, pluries recessum observo. Nam *Postumum*, juxta Sigonii præscriptum, integrum servat hęc inscriptio Florentina.

137 PO-

137 POSTVMO
TVSSANIO . CN · F
ANI . PROCVLO
Apud Nobb. de Guicciardinis.

dimidiatum verò dat Gruterus pag. CLXXXIIX. 1. *Appius* modò duplici PP

138 CLODIAE·VIR·VEST
APP · CLODII · F · PIISS
C · CLODIVS · C · F
In Vase Alabastrite apud D. Isidorum Huart.

139 APP · MADIO · EV
DEMONI · SENIO
RI · APP · MADIVS
EVDAEMON · FIL
ET · MADIA · ZOE
COIVGI · B · M · ❦
FECERVNT ❦
In fronte sarcophagi sub Theatro Marcelli.

modò integer, ut apud Gruterum pag. XXXIV. 1, & pag. LI. 1.

Sic *Publius* non jam per unicum elementum P, sed literâ additâ PV. in hoc marmore Trebulano:

140 C · CRITONIVS
PV · PV · L
ARCHELAVS
INFRON · P · XIII
INAGR · P · XVI
In pariete porticus Ecclesiæ S. Victoriæ.

imò & integer in Reatino, ubi alia prænomina describuntur,

141 PATRI·REATINO·SACRVM
OB · HONOREM · AVGVSTI
VI VIRI · AVGVST
TITVS·BETVLNIVS·FELIX
AVLVS·LICINIVS·SVCCESSVS
TITVS·POMPONIVS·MODERATVS
PVBLIVS·VETTIVS·MODERATVS
LVCIVS·FLAVIVS·HERMEROS
C · SABINVS · ACHORISTVS
L · D *est in Grutero mutila p. XCVI. 8*
D · D
Ex schedis D. Cameli.

Sic denique extensa prænomina *Manii Sexti* & *Numerii* habent sequentes.

142 D · M A
MANI
SEPTICI
PATRIS
præ foribus Ecclesiæ Ardeatinæ. B
D · M

143 SEXTVS · QVINTILI
VS · IVCVNDVS · SEXTO
QVINTILIO C
ABASCANTO · PATRI
In Museo Ciampino.

144 SEXTO
TVTILIO D
ACVTO · SEXTVS
TVTILIVS · OPTATVS
L · PATRONO · SVO
POSVIT E
INFRONTE·PEDES·XII
INAGRO·PEDES·XII
Villa Carpinea.

145 D · M F
NVMERIO · MARIO
THEONTE · FILIO
CARISSIMO · FECIT
P·AETIVS·TEONTAS·PATER G
VIXIT · ANNIS · XVIIII
MENS · VIII · DIEBVS · V
è schedis Barberinis.

De prænomine *Cajæ* in IV. inscriptione, P. Anni Acasti patronæ, dicendum restat. Et quidem non inficior, feminas aliquando, juxta Sigonii opinionem, prænomine usas; ut præter observata ab ipsomet, faciunt non pauca exempla per Scaligerum in Indice Gruteriano congesta ad cap. XIX. *De jis quæ ad Grammaticam pertinent*, sub verbo *Prænomen mulieris*, & hæc quæ inter plurima inscriptionum millia à me visa reperi. (margin letters H, I, K)

146 DIS M
C · GAMICE L
C · DIODOTO
CONIVCI
POSTQ · SVIS
Vinea PP. Prædicatorum ad Portam Salariam.

146 L·VI-

A 147 L·VIBIO·L·F·AN
ASPRO
SEXT·FAVSTINAE
CONIVGI
B BENEMER·FEC
Hort. Iustinian.

148 L·SEPTIMIAE·PATA
BINIANE·BALBIL
C LE·TYRHAE·
NEPOTILLE·ODAE
NATHIANAE·CQ·
AVR·PVBLIENA
D ELPIDIA·NVTRIX
PATRONAE·DVLCIS
SIME·ET·AMANTISSI
MAE·FELICITER
E *In angulo Domus ad D. Callisti.*

149 D · M
EX·PERMI
SSV·GALERI
F AE·CLEOPATR
AES·FECIT
P·AELIVS·FRONT
P·LVCIANE
CONIVGI
ET AELIAE·FRON
TINAE·FILIAE
RARISSI
Ad Thermas Titi.

150 L·BAEBIAE
SALLVSTIAE
CRESCEN
TILLAE·C·F
VETERIS
SANCTITATIS
MATRONAE·ET
LECTISSIMAE
PVDENTISSI
MAEQVE·CONIVGI
CREPEREI
ROGATI·C·V
Apud Christinam Augustam.

LIX
Q RAGONIAE CYRIACETI CONIVGI DVLCISSIME
ET INCOMPARABILI VNI VIRIAE CASTE BONE
G QVE VIXIT ANNIS·XXI·MES VIIII DIAEBVS·II·
Q·IVLIVS DONATIANVS·OPTIO·7 COH III
CVM QVAM BENE VIXI·AMN·VIII MESIB VIIII
DIEB XXIIII QVAM NVPSI ANNOR·XII
H MESVM·XI·DIERVM·XIIII CON IVGI
BENEMERENTI HIC DORMIT

LX
BENE·ME·REN·TI·
I VIR·GI·NI·AE·
L·REM·MI·AE·SER·
VANDAE
L·CALPVR·NIVS·RVFI
K NVS QVAE VIXIT AN·XXI·M·VI·D·XIII

in quarum aliquibus, nota, quæ prænomen putatur, nomen ipsum contractum significare potuit, ut alibi ostendere co-
L nabor: in aliis, diviso nomine, prima ejus litera abscissa prænomini forsan tribuitur; ut fecisse videmus in hoc epigrammate Humphridum Prideaux in Marm. Oxonien. pag. 83,

151 SERVAE·O
SAGARI
C·INGONIA
EVCARPEA
MARITO·OPTIMO

qui ex CINGONIA (notæ Gentis ex Tacito

Tacito Annal. lib. XIV. cap. 45, & Hist. lib. I. cap. 6. & 38, atque etiam ex nostra inscript. L. Cingonii Aproniani Cap. III.) *Cajam Ingoniam* effecit.

Non, inquam, mihi generatim prænomina mulierum impugnare, animo infixum est: attamen, ubi nullo expresso nomine, ut hìc, (quod sæpe contingit) *Cajæ* per inversam illam notam Ↄ fiat mentio; tunc, nî fallor, *Caja* non per modum proprii prænominis, sed appellativè, quasi mater familias, ac domina vocatur, juxta eam significationem, qua nuptiali ritu nova nupta viri domum ingrediens, ei dicit, *ubi tu Cajus ego Caja*, ideſt, ut explicat Plutarchus in Problem. Rer. Roman. XXX. *ubi tu arbiter ac dominus ibi ego arbitra æquè, ac domina*. Hoc idem, irridendo sanè Ser. Sulpicium sibi adversantem, cæterosque Iuris Consultos, aliquantùm detorquet Cicero in Orat. pro L. Murena, ubi hæc ait, *In omni denique jure civili æquitatem reliquerunt; ut quia in alicujus libris exempli causâ id nomen invenerant, putarunt omnes mulieres quæ coemptionem facerent Cajas vocari*: cùm verior potiorque interpretatio esse debuerit, ingenuas quasque matres familias eo pacto, ex jam dicta Plutarchi ratione, vocari etiam inter juris interpretum formulas in maritali contractu, usu invaluisse. Ad hoc asserendum eò maximè moveor, quia frequentissimè liberti mulierum, qui ex lege assumptionis prænominis nominisque patroni, ut suprà tetigimus pag. 27. F, atque alibi repetemus, (ubi etiam regulam quandam asciscendi prænomina in libertis feminarum, nemini hactenus observatam indicabimus) *Caii* vocandi fuerant, si prænomen patronæ *Caja* fuisset; Publii, Auli, & quovis alio diverso prænomine potiuntur. Tum etiam quia, non semel expresso nomine & cognomine mulieris, nullâque de prænomine commemoratione ubi opus erat habitâ, rursus in repetenda mulieris nuncupatione, brevitatis tantùm gratiâ Ↄ *Cajæ* assumitur appellatio, ut in istis vides, A B

152 L·MAELIVS·L·L·PRIMVS·VIXIT
ANNOS·XLIX·HVIVS·FILIA
MAELIA·L·ET·VALERIAE·L
SPECLA·VIX·A·XIX·PIA·CASTA C
SOROR·ET·MATER·ACERBITATE
ACCEPTA·FECERVNT·VALERIA
OLIA·Ↄ·L·ACME·Ↄ·L·PRIMA
Nomenti in muro Domus.

153 L·AVFVSTIVS·L·L·ZETHVS D
VIVOS·F·SIBI·ET·SVIS
STATIAE·NOTAE·VXORI
STATIAE·Ↄ·L·CVPITAE
SECVNDAE. L·ET·FELICI·VERNAE E
In Pago D. Prisci Agri Capuani ex sch. Barber.

quibus consimiles plures conquirere poteris.

Scaligero non assentior, ubi vult V F notam nomini mulierum passim præmissam, prænominis vim obtinere: cùm certissimum sit, VIVIT significare, ut tali notâ insignitæ ab jis quæ fato functæ G sunt, & per nigrum theta unde initium sumit vox θάνατος, signatæ reperiuntur, quorumve anni jam enumerati sunt, distingui valeant. Exempla abundè suppetunt; sed hæc sufficiant, H

154 V·P·RVTILIVS·P·L· . . .
V·C·CALPVRNIVS·C· . . I
Θ·RACILIA·ARDO· . . .
P·RVTILIVS·P·L·FELIX·VIXIT·AN·XX
V· · · P·L·STRATO · · ·
V·RVTILIA·P·L · · · ·
· · · · · · · · · · · K
Θ·C·FVLVIVS·C·L·P · · ·
propè Mauf. D. Helenæ ad os putei.

155 CARISIA·Q·L·SIMA
Q·CARISIVS·Q·L·SVLLA L
V·Q·CARISIVS·Ↄ·L·QVADRATVS
V·CARISIA·Ↄ·L·ERMOGENIA
Vinea Ammiatia.

156 P·ACI-

A 156 P·ACILIO · P·P· L·POLYDORO
ACILIAE·P· Ͻ·L·RESTITVTAE
FECERVNT
V·ACILIA·P·L·GLYCERA·PATRONO·ET·SIBI
B V·ACILIVS·P· Ͻ·L·ABASCANTVS·FILIAE·ET·SIBI
ACILIAE·P·Ͻ.L·EVCHE·P·ACILIO·P·L·VICTORI
ACILIAE · P· Ͻ·L · THALLVSAE
SVIS · POSTERISQVE · EARVM
è schedis Barberinis.

C
157 Θ·L·LVSIANO · BASSO
Θ· L· LVSIANO· HYMETO
V·L·LVSIANA·FIL·CALLISTI
D *Florentiæ apud Nobb. de Bonarrotis.*

158 V·BAEBIA· Ͻ·L· ASIA
V·C·BAEBIVS· Ͻ·L· REGILLVS
E Θ·Q·PLOTIVS·Q·L·NICEPOR
V·Q·PLOTIVS Q·L·ANTEROS
V ·Q·PLOTIVS · Q·L ·FELIX
Villa Cæsarina.

F 159 V·RVTILIA· Ͻ·L·LAIS
ARBITRATV·A·RVTILI
RVFI ET TV
In Prædio Buceriæ.

G 160 Θ·EGNATIA·SEX·L·AVGE
V·SEX·EGNATIVS·SEX·L·NEICO
V·EGNATIA·SEX·L·APOLLONIA
Θ·P·CAECILIVS·P·L·FAVSTVS
H *è schedis Barberinis.*

161 ALCE ALCIMO FILIO
VIX·A·VIII
I V THYMELO COIVCI
V PIERINI MATRI
V IANVARIAI SORORI
In Ecclesia S. Martini de Pentima in Pelignis.

K in quibus nota V etiam viris suvm prænomen expressum habentibus præmittitur.

Evidentius hoc fit, tunc præsertim, L quando eadem nota minimè æqualis est literis nominum, vel prænominum; ut in hac nostri Musei inscriptione apparet.

LXI
T·STATILIVS · METRA
V · STATILIA · VITALIS
V·STATILIA · CHRESTE

ubi T. prænomen Statilii nil ab ipsius nomine vel cognomine differt; cùm contrà, V (prænomen quod dicunt esse Chrestenis & Vitalis) minor sit cæteris in eadem linea subsequentibus elementis. Vel tandem, quando loco minùs proprio, hoc est supra ipsum nomen, affixa legitur.

162 V
L·ARISTIVS·L·L·LVCRIO
V
ARISTIA·L·L·DAFNE
V
M·INSTEIVS·M·L·L·EVTYCHVS
V
INSTEIA·M·L·ARESCVSA
L·ARISTIVS·L·L·TYRANNVS·V·A·XXIIII
Vinea Nobb. de Naris Via Salaria.

163 V
L·MARCIVS·L·Ͻ·L·DIOGENES
Θ
MARCIA·L· Ͻ·L·PELAGIS
Vinea PP. Prædicatorum Via Salaria.

164 ASINIA·C·L·ANTIO· · ·
V PRAEDITI·L
C·ASINIVS·C·L·PRAEDITVS
Museo Ciampino.

165 P·CORNELIVS· P·F· ESQ·NIG
TERTIARVM·HIC·SITVS·EST
QVOIVS·PIETAS·LAESIT·NEMINEM·
V
CORNELIA · DOLABELLAE· L · SPATALE
Fragmento in Horto Ronconii ad S. Isidorum.

E 166 V

166 V
T·CALLIENVS
T·L·FAVSTVS
FANNIA·M·L·PRIMA
SIBI ET SVIS
IN FR P XV P I A XII

Cippo è lapide Tiburtino Villa Corsina.

LXII
V
L·VOCONI·VERI
COGNATI · LIVIORVM
DECVR

idemque quando infra vel post nomina. A

167 C·FIRMIVS·C·L
FLACCVS
SAGARIVS
SIBI·ET
LYCHORIDI·L
FAVSTAE·L·V
FIDO·L·V
NYMPHAE·L·V
ACTAE·L·V
H·M·H·N·S

Grut. pag. DCL. 5

B
C

168 C·CORNELIVS	FVLLONIA	CORNELIA
C·L·HERMIA·SA	L·L·OFFICIOSA	C·L·PRISCA
V	V	Θ

D

Seu tandem quando extra epigraphen, ut in utraque protome M. & Sal. Latroniorum suprà expositę inscriptionis 127: aut lineâ distinguente, ante & post nomen in margine, ut in ista E

169)C · VETTIENVS · PHILADELPHVS(
V) VETTIENA · LIB (V
) A · FABIVS · PHILARGYRVS (F
TIBICEN

Non erat igitur cur Scaliger, qui in Indice Notarū abbreviatarum, in hominibus V. viuvm interpretatur, in feminis prænomen aucuparetur.

Reinesius itidem multiplici eruditione sua in omnibus nimius, prænomen *Vibiæ* in nota V sequentis inscriptionis amplectitur Clas. XVI. num. 65. G

170 C·POBLICIVS·C·L·AM · · · ·
V·RVSTIA·C·L · · · · · ·
C·CLAVDIVS·FAVSTVS·VI VIR H
TEMPORE SVPREMO · FAVSTE
EST·TIBI·CVRA·VIDENDI
SI·PERLEGISTI·VENIAS·LICET I
ET REQVIESCAS
ANNVIS AN REFVGIS FRVSTRA
HAEC DOMVS HAEC REQVIES
OMNIBVS VNA MANET K
HVC VENIENDVM INQVAM

eò frigidiùs, quò si Rustia est nomen gentile istius Vibiæ, (*Vibæ* saltem ut prænomen evadat dicendæ) quid monstri esse dicemus, libertam Caii Vibam prædicari, prænomine patroni sui non assumpto? vel hujus, in ipsis viris rarissimè in marmoribus visi prænominis VIBI, tot exempla in mulieribus superesse?

Quòd inter prænomina mulierum suprà à me recensita, illius *Sex. Cæpiæ*, de quo num. 3, nullam rationem habuerim, ut & hujus *A. Mamiliæ*, L

171 A·

A 171 A · MAMILIA
CHARITONIS
CALPVRNIAE
Ɔ · L · HILARAE
B A · MAMILIAE
CERDONIS · ET
LIBERTIS · LIBERTAB
IN · FR · P · XII · IN · AG
C P · XVI

è schedis Barberinis.

mirari non debes, quia cùm ea marmora non viderim, cum aliis miscere nolui,
D quæ oculatâ manu, ut cum Plauto loquar, exscripsi.

* *pag.* 2. F. *VILICVS · XX · LIB ·*] Bis in Grutero, unâ, eâdemque pag.
E DXCI. 2. & 4. reperitur mentio hujus *vicesimæ libertatum*, itemque FAMILIAE · XX · LIB · pag. DCCCXC. 14, quam tamen non advertit Scaliger, qui de
F ea tam in Indice Historico, quàm Notarum, silentium egit.

Vetustissimum hoc fuisse inter Populi Romani vectigalia, & usque ab Anno
G Vrbis CCCXCVIII. C. Marcio & Cn. Manlio Cos. impositum, his verbis tradit Livjus lib. VII. c. 16, *Ab altero Cos.* [Cn. Manlio] *nihil memorabile gestum;*
H *nisi quòd legem, novo exemplo, ad Sutrium in castris tributim de vicesima eorum qui manumitterentur tulit:* fuitque, puto, hujus tributi proventus, is quem
I idem Livjus lib. XXXVII. c. 10. vocat *aurum vicesimarium*, *quod in sanctiori ærario ad ultimos casus servabatur;* atque de eo loqui Ciceronem in Ep. 17. ad At-
K tic. lib. II. dum ait, *quod vectigal superest domesticum præter vicesimam?* voluit Sigonius de Ant. Iur. Ciu. Rom. lib. I. cap. XVI. pag. 65; quod verissimum credo,
L quia nulla alia vicesima ante Augusti tempora memoratur, qui Anno Vrbis DCCLVIIII. vicesimam pariter hereditatium in subsidium Aerarii Militaris introduxit: ita enim Dio lib. LV. ex Lipsii versione, seu potiùs paraphrasi in Admir. sive de Magnit. Rom. lib. II. cap. IV. *Postquam multæ pecuniariæ rationes propositæ & spretæ fuissent ad Aerarium Militare, placuit tandem, seditque, ut vicesima esset hereditatum & legatorum, quæ cuique obvenissent testamento: exceptis tamen, aut sanguine valde junctis, aut admodum pauperibus, quos hoc onere liberarunt.*

Et proinde ei, qui integro legato aliquem honorare cupiebat, opus erat heredem onerare ut indemnem legatarium servaret, vectigalque in se reciperet; aliàs ab hoc, pro rei legatæ portione Vicesima directò exigebatur, ut colligitur ex hoc Venusinæ inscriptionis fragmento.

172 M I N A T I A E
C · F · M LAE
H E
CAPVT · E NTO
COLONIS · COLONI ENVSIN
HS · CCL · M · N · INTEGRA · SINE · DEDVCT
VIGESIM · EA · CONDIC · VT. HERED · MEI
SVMM

In Æde D. Mariæ de Peligano.

Habuit nostra hæc Vicesima Libertatum suam familiam, Vilicos scilicet, ut videmus, Arcarios, ut in sequenti hortorum Perettorum inscriptione;

173 D · M
TIRONI · A · VET
TI · LATINI · AR
CARIO · XX · LIB
ERVCIA · PRE
PVSA · DOMI
NO · ET · CONI
VGI · BENE
MERENTI

& forsan in hac Gruteri pag. DXCI. 4; emendato ARI in ARK ut *Arcario* resultet, prout hujus vocis orthographiæ

174 D · M
VICTORI
ARI · XX · LIB
P · H · C
QVINTILIA
PROCVLA
CONIVGI

conformes videmus apud eundem inſcriptiones pag. CIII. 10, pag. CDLXIII. 2, pag. DCLXXII. 1, pag. MXCI. 7. Habuit & Publicanos, ut apud eundem pag. DXCI. 2: atque ex Plinii Panegyr. num. 337. notat Lipſius: Habuit etiam & Tabularios, ut in hac noſtra. A

175 TERRAE · MATRI
GRATVS · AVG · LIB
TABVL · F · LIB B
ET · PEC · D · D

Reperta ad S. Cæſarium Via Lab. ex ſch. Barb.

Et inſuper Corpus quoddam publicorum Servorum adminiſtrationi ejuſdem addi- C ctum, ut hæc alia oſtendit, quam è Schedis Cl. Viri Franciſci Peniæ Sac. R. Auditoris proferimus. D

176 LAVDIO · DRVSI · F · CAESARI · AVG
ERMANICO · PONT · MAXIMO · TRIBVN
POTEST · III · CoS · III · IMP · V · PATRI · PATR
PVBLICI · XX · LIBERTATIS · ET · XXV · VENALI E

Viceſima quinta iſta Venalium Mancipiorum in calce allati fragmenti, & in hoc tubo plumbeo è Vinea Santis Randenini Viâ Tiburtinâ eruto,

177 SOCIORVM · PVBLICI
XXV · VENALIVM

eſt ea ipſa, quam Auguſtus ad ſtipendia Vigilum inſtituit, ut Dio ſubdit, *Cùm etiam pecuniâ opus eſſet, & maximè ad Vigilum Cohortes jam inſtitutas, Auguſtus vectigal Quinquageſimæ in venditione mancipiorum induxit*: quem locum poſtquam Lipſius ad emendandum, ut ſibi videbatur, Tacitum importunè uſurpaverat, qui diſertè, conſentientibus omnibus manu-ſcriptis codicibus hoc vectigal *viceſimæ quintæ* vocat Ann. lib. XIII. cap. 31; rurſus (ut advertit ibi Rickius) ſententiam tacitè retractans in Admir. lib. II. cap. IV, vectigal *quinquageſimæ* Dionis, τὸ τέλος πεντηκοστῆς, levisſimâ im- F mutatione, in *viceſimę quintę* πεντεικοστῆς reformat, & Dionem cum Tacito, noſtriſque inſcriptionibus concordem facit.

De viceſima hereditatium, de qua- G modò in tranſcurſu locuti ſumus, plures extant inſcriptiones in Grutero, quas ſub nomine Procuratoris, Promagiſtri, & Tabularii viceſimæ indicavit Scaliger: H Nuperas noſtras libenter conferimus, quò præſertim priorem iſtam, quam ex Fazello Reineſius arripuit Cl. XIII. num. 43, ex Gualthero longè diligentiori éxſcri- I ptore, quin & inſpectore, correctam demus.

178 SECVNDO · XX · HER
VAT · SVMMAR · VR
BANAE · MATRI
CLIMENE · COI
PRIMIGENIVS · XX

SECVNDO · XX · HER K
VIL · SVMMAR · VR
BANAE · MATRI
CLYMENE · COG
PRIMIGENIVS · XX · HER

Thermæ ex Gudt. pag. 44. L

Ex τῷ malè feriato VAT, iterum per Reineſium liberiori, ut ſolet, licentiâ in RAT converſo, Mancipium iſtud in *Rationalem Summarum*, ſeu (quod idem eſſe probat Gothofredus ad l. 11. Cod. Theodoſ. de diſtr. pign. To. IV. pag. 89) in *Ra-*

A in *Rationalem Summę Rei* confingit: officium eâ dignitate conſpicuum, ut per *Virum Perfectiſſimum* olim exercitum fuerit juxta inſcr. 6. pag. CCLXXXII
B apud Gruterum, ab eodem Gothofredo allatam, & explicatam. Planè igitur relinquamus hunc *Secundum* ſuo VILICI SVMMARVM ex viceſima hereditatium redigendarum ſervili miniſterio; quemadmodum *Actorem Summarum* ſeruvm pariter oſtendit nobis Suetonius in Domitian. cap. 11, & *Diſpenſatorem Summarum* Gruterus pag. MLXXII. 3, cum PRIMIGENIO publico hujus Viceſimæ conſervo.

C 179
CN · STELENIO · CN · F · OCRIC · AVCTO
IIII VIRO · VIARVM · FLAMIN · AVGVST
PRAEF · FABR · OCRIC. ET. IIII · VIRO
COLL · CENTON · ET · DENDROPHOR
D QVINQVENN · PATRONO · MVNIC · OCR
LEG · LEG · XV · APOLLINAR · ITER
PROCVRAT · XX · HEREDITAT · PROC
FISC · GALLIAE · LVGDVN · PRAEF
E PRAET · CANDIDATO · IMP · CAES
M · AVRELI · ALEXANDRI · SEVERI · PII
AVG · OB · MERITA . EIVS · L · D · D · D

180 D · M
F L · PALLIVS · L · F · SVLPICIA
NVS · NAT · BESSVS · THRAC
PROCVRATOR · HORREOR
GALBIANORVM · AVENT
G PROCVRATOR · PATRIMO
PROCVRATOR · XX · HERED
PROCVR · LVDI · GALLICI
VIXIT · ANN · LXIIX
H M · VIIII · FECIT · SIBI
ET · SVIS · LIBERTIS
LIBERTABVS · POSTERI
SQVE · EORVM · H · M · D · M · A

I 181 DIS · MANIBVS
M · MAIO · M · F · HORAT
FABIANO
VIX · ANNIS · VIIII
K DIEBVS · XLVI
MAIA · PROCLA
MATER · FILIO
DVLCISSIMO
L ET · ANDRAGATHO
CONIVGI · CARISSIMO
CAES · SER · ARCAR · XX
HER

182 TI · IVLIO · TI · F · STEL
PAETINO
BASSIANO · PROC
AVG · XX · HER · PRAEF
CLAS · MIS · TRIB · LEG · I
ITALICAE · PAR · COLON
T · FLAVIVS · T · F · OVFEN
OPTATVS · II · VIR · F · COER
è ſchedis Barberinis omnes.

183 T · FLAVIO
APOLLONIO
A LIBELLIS · F · F *fiſci frumentarii*
SECVNDVS
CAESARIS
NOSTRI · SER
CRESCENTIANVS
DISP · XX
HEREDIT
In pariete Domus ad D. Calliſti.

Alium Procuratorem ejuſdem Viceſimæ habes ſuprà, Inſcriptione num. 108.

Hanc aliam, novi tituli *Pręſignatoris Hereditatium*, tanquam ad hanc viceſimā pertinentem, publici juris reddamus;

184 D · M

184 D · M
PRIMO · AVG · SER
PRAESIGNATOR ·
HEREDITAT
FILIO · PIISSIMO
B · M
In Museo Ciampino.

credimus siquidem, inter alios servos administrationi hujus vectigalis deputatos, aliquos sub hoc titulo, ad fraudes detegendas, ac denunciationes indiciaque Magistratibus subministranda, constitui oportuisse.

* *pag.* 3 K. *VILICVS MAPHITHEATRI*] idest, per vitiosam Quadratarii transpositionem, *Amphitheatri*: Unde colligi potest, hoc Vilici officium non semper rusticum fuisse, sed aliquando urbana quoque munera comprehendisse, ut voluit Salmasius ad Lampridium. Non tamen adeò nobile fuit hoc ministerium, ut *post Decurionatũ, & inter præcipuas dignitates* recenseri mereatur, ut sibi finxit Alexander Niger in sua Investigatione ad plumbeam fistulam (quam suprà num. 10. ex Sponio desumpsimus) inter Marmora Felsinea pag. 87. insertã: deceptus sanè eâ inscriptione, quam adducit pag. 96. ubi vers. VI. & VII. legit PATRONO VILI VICORVM, & *Vilicos* intelligit, quos Gruterus pag. CDLXXXI. 9. *VII. VICOS* rectè habet, pluries ex aliis inscriptionibus cognitos. Noster enim Asclepius (servilis nominis, ut alius in Grutero pag. MLXX. 1.) L. Publicii domini nomen comitatur, utpote ejus forsan administer in officina plumbaria, seu plumbo aquæductuvm custodiendo præpositus; qualem fuisse hunc EVTYCHVM mihi persuadeo,

185 EVTYCHVS · VILIC
A PLVMBO
EVAGOGVS · A · F
FECERVNT · SIBI · ET · SVIS

quem cum DIOGNETO nostram orthographiam firmare video apud eundem Nigrum, nimium alioqui (ne pejus dicam) in vilissimis mancipiis honorandis. A B

186 GENIO GAESARVM
DIOGNETVS · VILICVS

ACVTVM addo ex Ill. Authore Co. Malvasia; C

187 ACVTO VILIC
In Tubo Plumbeo.

& *Vilicos* (absit verbo invidia) in sua vilitate, bonâ Nigri veniâ, relinquendos edico. D

* *pag.* 6. F. *OPTATVS · AI · CAPITONIS*] Hunc, & Auctum fratres, servos fuisse Aimilii Capitonis intelligas; nam etsi hoc nomen SERVVS, vel nota SER quandoque exprimi soleat, ut vidimus suprà in Pylade num. 7, in Sperato num. 9, in Astere n. 30. & in Amphione n. 35; frequentiùs profectò omittitur. Et quidem universè in Tesseris Gladiatoriis, tum jis quæ Gruterus congessit pag. CCCXXXIV, tum ex hisce aliis postea repertis. E F G

188 4 PHLOMVSVS · PERELI
3 SPECTAVIT
3 *fuscina tridens.* H
4 *palma jacens.*
Ex osse apud Io. Rhodium Danum.

189 FAVSTVS
ANTONI I
SP · K · APR
M · LEP · L · ARR · COS
Ex Tomasino de Tesseris.

190 DEMETRIVS K
FADENI
P · K · IVN
L · LENT · M · MES · COS
Apud Ill. D. Didacum à Vidania. L

191 MARTIALIS
MANLII
SP · K · IAN
TI · CATIO · P · CAELER

192 MYR-

A 192 MYRTILVS
ATTIAE
SP·III·N·IVN
L·SVLL·L·SVLP

B 193 CELER
CLODI
SP·ID·IVL
L·ASPR·A·PLAVT

C 194 FELIX
MVNDICI
SP·K·APR
D C·SENTIO

195 PHILODMVS·DOSSE
A·D·X·K·NOV
SPECT
E M·TEREN·C·CAS

196 APOLLONIVS
PETICI
SP·K·APR
F L·AFR·Q·MET

197 RVFIO
PETILLI
G SP·ID·NOV
C·IVL·M·AEM

198 ELEVTHERVS
TAMVDI
H SP·PR·ID·QVI
L·PIS·A·GAB

199 PAMPHILVS
I SERVILI·M·S
SP·K·FEB
C·CAES·M·LEP
Ex schedis Peniæ omnes.

K 200 FRVCTVS
SEXTI
SP·K·FEB
M·SIL·L·NORB·CoS
Ex Museo Bellorio.

L Nonnullos ex istis Gladiatoribus percenset Reinesius Clas. V. num. 24, 25, 28, 29, 60, & 61; sed non sibi constat, quia modò servos, modò libertos eos facit. Gladiatoriam operam dedisse Equites Romanos, imò & Senatores ipsos scimus, per pluraque hujus diritatis exempla vagatur Lipsius Saturn. Serm. lib. II. cap. III: & de ingenuis extant Tessera, atque inscriptiones sequentes.

201 L·STLACCIVS
BASSVS.
SP·ID·IVN
M·LICIN·CN·LENT
Ex schedis Peniæ.

202 FAMILIA·GLADIA .....
SALVI·CAPITONIS·A ...
HIC·SITA
EQ
MANDATVS RAB·III·7·II
TR·
SECVNDVS·DOMI II·7·II
C·MASONIVS VII·7·IIII
HILEROS·DOM XII·7·XI
OPTATVS·SALVI T
C·ALFIDIVS T
M
C·LEP·PIVS T
IVLIVS T
Venusiæ in muro Ecclesiæ SS. Trinitatis.

203 OCEANVS M L I
DORVS·PIS·VI·Ɔ·IIII
VEL
MYCTER·OFIL·II
OPL
PHAEDER·AVIL·T
THR
DONATVS·NER·XII·Ɔ·VIII
HILARIO·ARR·VII·Ɔ·V
AQVILA·PIS·XII·Ɔ·VI
QVARTIO·MVNIL·I
C·PERPERNIVS·T
MVR
AMICVS·MVNIL·I
Q·FABIVS V·Ɔ·III
ELEVTER·MVN·I
C·MEMMIVS·III·Ɔ·II
PANTEROS·MVNIL·II

AT-

ATLANS · DON·IIII · Ↄ · I
INCLVTVS·ARR·V· Ↄ · II
SAM
STRABO · DON · III · Ↄ·III
RET
C · CLODIVS · II
SCISSO
M · CALCILIVS · T
GALLV ·
Q · GRANIVS · T
Ibidem.

204 D · M
M · VLPIO
ARACYNTHO · RETIA
HISPANO · P · PRIM
NATIONE · PALANTI
NVS · PVGNAVIT
· · MP · XI
· · · XXXIIII
In Bibliotheca Vaticana ex Aldinis.

Atqui nostrarum tesserarum nomina non nisi servis commodè aptari posse videntur: & quidem propriè ex servis atque captivis primùm constitisse Gladiatoriam hanc FAMILIAM (servilis cœtus collectiuvm nomen, ut mox videbimus) idem Lipsius ibi probat. Morosus quoque in pluribus suo jure Reinesius existit, dum ex DOSSENO Rubriæ Gentis cognomine, quinque nummis apud Vrsinum de Famil. Roman. celebrato, *Tuscennium*, vel *Ducennium* facit; dumque ex PERELIO Rhodii *Aerelium*, ex PETICIO *Peticam*, rursusque emendando *Beticam*; ex TAMVDIO & SERVILIO *Tamudianum*, & *Servilianum*; ex *Fadenio* Tomasini *Varenum*, repugnante autographo lapideo optimæ notæ (quod malè osseum Reinesius asserit) mihi à Viro Cl. D. Didaco Vincentio à Vidania ostenso, & diligenter excepto. Ab ipso Reinesio sequentem accepi num. 62. cum Gladiatoris ac Domini nominibus, die spectaculi, & Consulibus, ut aliæ superiores, ordine dispositis. A

205 PILODAMVS
I·V·L·I
SP · A · D · III · KL · FEB
M·VAL · CN · DO B

In singularibus servorum nuncupationibus, innumera propè adsunt omissæ notæ SER exempla, qualia ex nostris sunt ista, C

206 CIMBER · LIVIAE

207 APOLLINI AVGVSTO
SACRVM
MAGISTER · ET · MINISTER D
ANNI · LII · D D
L · LABERIVS · L · L · FELIX
TERTIVS · QQ · NVNNIORVM
LVNENSIS · ET · MONTANI E

208 FLORO · CAECILIARVM

209 DIS · MANIBVS · IVLIA
E · LYDE · CONIVGI · BENEM
PHOEBVS · CAESARIS F
FECIT

210 D · M
PHILADELPHVS G
CAESARIS
MONTANAE
CAESARIS

211 DORIDI · ASINII · GALLI H
AEDITVAE · A DIANA
ANTHIOCHVS · CONSER
B · M · F
è schedis Barberinis omnes. I

212 AMANDVS
M · MAECI
In Anulo apud Ill.D. à Vidania, ut & sequens.

213 CYTISI K
DOMITI
In pala minori opposita
CAVN

214 CYDNVS L
TI·GERMANICI·SVPRA
HORTOS · NARCISSVS
FRATRI · MERENTI · F

215 PY-

A 215 PYTHION·GERMANIC
CAESARIS
VIXIT·ANN·XXIV

B 216 IVCVNDA
MESSALINAE

217 LVCRIO·MOSCHI

218 CERDO·ANTONIAES
C DRVSI
AEDITVMVS·VENERIS

219 ANTHVS
D ANTONIAE
V·A·XX
à meo veteri MS. omnes.

220 EVTACTO
E CRASSI·AN·XIV
M·LICINIVS L
EVTACTVS·PAT·FEC
Vinea Nobb. de Capizucchis ad Viam Salariam.

F 221 D · M
HYGINVS·
·AVG·N·IVLIA
NO·FRATRI·
G ·BENEMERE
NTI·FECIT·
Hortis Perettis.

222 DIS·MANIBVS
H A·TITINIO·COSMO
ET·RESTITVTAE·VERNE·EIVS
FECIT·HERMA·CAESARIS
In Cœmeterio Callisti.

I 223 PECVLIARIS·AVG·DISP
SVMMI·CHORAGI
COLLEGIO·D·D
Museo Ciampino.

K aliaque passim apud Gruterum; ex quo malè propterea inscriptionem 2. pag. DCVII. Boldonius arripuit, ut ostenderet in ARTEMISIA illa CAESARIS,
L *titulū uxoris latère* lib. II. Epig. C. p. 104. suæ Epigrammatographiæ: interrogo etenim, cujusnam ex Cæsaribus uxorem hujus nominis dent nobis Historiæ? Nescire se quisvis fatebitur! At ego Artemisiam eandem, tunc Augusti Cæsaris servam, Sabini Augusti vernæ uxorem, & rursus Sabini junioris matrem, ostendere me posse credo in hisce duabus inscriptionibus.

224 DIS·MANIBVS
SABINI · CAESARIS
VERNAE · DISPENSAT
CAPITOLI
VIX·ANN·XXX·FECIT
IVLIA·ARTEMISIA
CONIVGI
BENEMERENTI
ET · SIBI
POSTERISQ·EORVM
PERMISSV·IVLIAE·EPIPHANIAE
Gruterus pag. DXCV. l. 7

225 D · M
SABINO·CAES·LIB
V·A·XVIII·M·V·D·X
IVLIA·ARTEMISIA
FILIO·B·M
Reinesius Cl. IX. num. 40.

Edoceri enim potuit ab hoc ARTEMISIO CAESARIS pag. MXXXIII. 12, cujus titulum Hortis Perettis recognovimus, ita servos se inscribi solitos:

226 D · M
T·FLAVIO
SABIDIO·AMI
CO·BENEME
RENTI·ARTEMI
SIVS·CAESARIS
FECIT ❦

dubioque præsertim caret, de servis hosce titulos loqui, qui à conservis positi fuerunt.

227 NEBRIS·ANTONIAE
DRVSI·HIC·SITA·EST
VIXIT·ANNIS·XXXV
LYCHIVS·CONTVBERNA
SVAE·FECIT·DE·SVO
è schedis Barberinis.

228 LEXIS
FELICI · TI · CAESARIS
CONSERVO · SVO
Gruter. pag. DCXII. 7

229 D · M
PLACIDO
CAESAR
PEDIA · EPICTESIS
CONTVBERNALIS
BENEMERENTI
FECIT
Vinea Tassia ad Viam Tiburtinam.

* *pag. 6.H Vernarum tituli*] Servos; vernasque præsertim sepulchris dominorũ A
illatos, creberrimè ex inscriptionibus,
atque ex ipsis titulis ibi repertis comperi-
mus: non tamen ita frequenter à domi-
nis suis vocatos legimus, ut generatim B
libertos, quos unà cum posteris videmus
ad commune cum patronis sepulchrum
admissos, ex nota illa clausula, *libertis
libertabusque posterisq; eorum.* Extat cer- C
tè in lapide Amalphitano de quo Grute-
rus pag. DCCLXXXVII. 10, sic ex emen-
datione ipsius in Corrig. & Animad. con-
scribendo, seruorum mentio: D

230 ΓΕΩΡΓΙΚΩ ☙ ΣΥΜΒΙΩ · ΓΛΥΚΥ	*Georgico compari dulcis*
ΤΑΤΩ ☙ ΠΕΔΙΑ · ΜΝΕΙΑΑΣ · ΧΑΡΙΝ	*simo Pedia memoriæ causâ*
ΕΠΕΓΡΑΨΑ · ΑΥΤΟΣ . ΕΑΥΤΩ	*titulo usa ipsa sibi* E
ΤΟΜΝΕΙΜΕΙΟΝ · ΖΩΝ · ΗΓΟΡΑΣΕΝ	*monumentum vivens comparavit*
ΚΑΙ · ΤΟΙΣ · ΕΚΓΕΝΟΙΣ	*posterisque*
ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΙΣ . ΔΟΥΛΟΙΣ	*libertis servis.*

in tribus hisce Romanis apud Gruterum:

231 EX · DOMO · CAESARVM
LIBERTOR · ET · SERVOR
QVOD · EST · COLLEG·
TABERNACLARIORVM
pag. DCXLII. 8

232 EX · DOMO
CAESARVM · ET·
LIVIAE
LIBERTORVM · ET · SERVORVM
pag. DCCCCXXXIV. 12

233 LIBERTORVM F
ET
FAMILIAE
·· MVNATI · P · F · PO ··
F · · · · · · · · · VLI G
IN · FR · P · XII
IN · AG · P · XII
pag. DCCCCXLVII. 7

& expresſiùs in hoc Mutinensi: H

234 T · LVCCEIVS · T · L · AVCTVS · VITOR · SIBI · ET SVIS
CLODIA CYPARE · CONCVBINAE · ET · VXORIBVS
CONCVBIN · LIBERTIS · LIBERTAB · SERVIS · AN I
CILLIS · IN · FR · P · XII · IN · AG · P · XIIII
pag. MCLXXVIII. 4

Sequentes inscriptiones egomet transcripsi;

235. FAMILIAE · ET K
LIBERTOR
T · SEPTVMI · SABINI
IANVARIVS · AVG · ET · ATILIA · EVSTA
SIA · MACERIAM · TEMPESTATE
LAPSAM · RESTITVERVNT · SINE · INIV L
RIA · PRIORVM · ET · SIBI · ET SVIS · FECERVNT
POSTERIS · Q · EORVM
Apud Puellas Mendicantes ad Templum Pacis.

236 LI-

A 236 LIBERTORVM
ET · FAMILIAE
M · SERTILI · EROTIS
ET·SERVILIAE · CALLIPOLIS
B *In Vinea Nobb. de Molaria ad Portam Latinam.*

237 CLAVDIAE·GLAPHYRAE
VXORI · PIAE · FECIT
TI·CLAVDIVS·LEITI·F·QVI
C LEITVS · MEDICVS · ET
LIBERTIS·ET·FAMILIAE
Tab. grandi in Ædibus Sanesiis in Burgo.

238 LIBL · · · · · · ·
D ET · FAMILIAE
P · PAQVI · SCAEVAE
ET · FLAVIAE
C · F · SCAEVAE
E INFR · P · XII
INAGR · P · XX
In Tiburtino rudi Vin. Ottina ad P. Latinam.

& hanc, aliâ etiam ratione notabilem, à
F schedis Barberinis mutuatus sum.

239 LIBERTORVM·ET
FAMILIAE
SCRIBONIAE · CAESAR
G ET · CORNELI · MARCELL
F · · · EIVS
· · · · P·XXXII
· · · · R·P·XX

H familiæ namque nomine famuli appellati sunt, permutatâ I cum V literâ, ut ait Festus, & optimi quique authores admittunt, ac jus ipsum præscribit in l. ult.
I C. de verbor. signif.: hicque præsertim contextus orationis expostulat, cùm à libertis primò nominatis, ad servos, non ad liberos homines descendi, par sit.

K Scribonia ista (quod notandum monui) coniugio primùm, mox repudio Augusti celebris, Iuliæ mater fuit, ejusque exilii comes, ut tradit Dio lib. LV.
L Ante Augustum duobus consularibus nuptam, & ex altero etiam matrem, Svetonius cap. 62. memorat. Hinc itaque alterum ex prioribus viris, & Marcellum filium, ex gente Cornelia, quod Svetonius non explicat, fuisse coniicimus; Marcelli enim cognomen, non soli Claudiæ genti (ex qua primus vir Iuliæ fuit, quo immaturè obito, Augustus eam Agrippæ nuptum dedit) sed & Corneliæ convenisse inscriptiones Gruteri docent pag. C. 10, & pag. CLVIII. 1

* *pag. 7. B. OCTAVIAE ARCHES VERNA DELICIVM LONGINI*] Sollemnes teneræ ætatis blanditiæ, ut in istis.

240 M·ALLIVS·PAMPHILVS
MEDICVS
PRIMILLAE L·ET·VXORI·ET
PRIMO · L · DELICIO
CARISSIMIS· SIBI·FECIT
INFRONTE·P·XXII·INAGR·P·XXV
Hortis Alteriis.

241 TI · CLAVDI . DRVS
GERMANICI · POTHI · L
DELICIVM · GETHVS
Meo MS. veteri.

242 IVDIVS · AVG · L · DALVS
FECIT · MOSCHO · L · ET
VERNAE· SVO· ET· DELICIO
VIXIT · ANNIS · V · · · ·
Titulus, Hortis Matthæiis.

243 L·RASINIVS·ANTIOCHVS
L·RASINIVS·DAPHNVS
PRIMIGENIVS·DELICIVS
SATVRNINVS·DELICIVS
Museo Carpineo.

244 OCTAVIA·C·L·PROCLINE
C·OCTAVIO·C·L·HELENO
CVPITAE · DELIC
MELENAE · DELIC
FIERI · IVSSIT · ARB
OCTAVIAE · C · L · PVSILLAE
Aquileia ex schedis Vaticanis.

Delicium, etiam femellas vocari solitas, in Grutero conspicimus, & in hisce nostris ineditis.

245 VISINIAE · HALLE
DELICIVM · HELYCI
ET · HELICENIS · LIB
VIXIT · ANN · III

246 DIS·MANIBVS·SACRVM
T·FLAVIO· CERIALI·DOMITIANI
AVG·PRAEGVST . DOMITIAE . DIVI
TITI· AVG· LIB· ANTISTIAE· CONIV
GI · PIISSIM · ET · FIDELISSIMO
DELICIO · SVO · FECIT
H · T
IN·FRONTE·PEDES· X· IN·AGRO·PEDES·XIII

247 DIS · MANIBVS
C · VARIVS · EVTYCHVS
SIBI· ET · SENTIAE· CONIVG
SVAE · FECIT · ET · SVIS
LIBERTIS · LIBERTABVSQ
ET · POSTERISQ · EORVM
ET · SOPHRONENI
DELICIO · SVO
VIXIT · ANN · X · MENS · VI

248 S · T · T · L
SALVILLA . CVM · PACATA
DELICIVM · SVVM

249 Q·FVLVIVS·Q·L·STASIMVS
FELICVLA · STASIMI
DELICIVM
è schedis Barberinis omnes.

250 C·LVSCIVS· Ɔ·L·CHARES
VIXS·ANN·XX·FIL·C·ANNIVS
PRIAMVS·VIXS·ANN·XXXVII
CLARA·DELICIVM· VIXS·ANN·IV
Hortis Matthaeis.

LXIII D · M
EVVODIO
PVBLICO
RVBLIANO · AB
OPERA · PVBLICA
ET · FORTVNATAE
DELICIO · BARBIA
SECVNDA · FEC

Ex Hortis Matthaeiis apud me. Extat in Grut.p.624.6

251 RHANIDI · SVLPICIAE . L
DELICIO
NATA·BREVI·SPATIO·PARTV·SVBIECTA·NEC·ANTE
TESTATVR · BVSTO · TRISTIA · FATA · RHANOS
NAMQVE·BIS·OCTONOS·NONDVM·COMPLEVERAT·ANNOS
ET · RAPTA · EST · VITAE · RAPTA · PVERPERIO
sic PRAENTIS·TVMVLVS·DVO·FVNERA·CORPORE·IN·VNO
EXEQVIAS · GEMINAS · NVNC · CINIS · VNVS · HABET
latere SVLPICIA·TRIONIS·L
sinistro RHANIS
Apud Ædiculam D. Francisci Xaverii sub Tusculo.

Et è converso, *Delicia* masculus dicitur in hac alia inter schedas Barberinas.

252 AEBVTIVS · IVCVNDVS
DELICIA · TYCENIS

Novam affectus appellationem continet hæc nuper reperta inscriptio, in qua MARGARITION, ideſt, paruvm margaritum, utque apud Nostrates *una perluccia*, infans iste vocatur:

253 D M
SEX · BRITTID
IVVENI · MAR *dex.litvus*
GARITIONI · CARIS *sin.patera.*
SIMO · VIXIT · ANNIS
II·MENS·VII·DIEB·XVIII
FECIT·L·VERGIL·ITALIC
ET·CLAVDIA·LAVDICE
Cippus Vinea Carpinea.

ne quidem à parentibus, ut hoc addam; quia

A quia Pater ejus *Sextus* quoque *Brittidius*
appellari debuit, à quo ut filius distin-
gueretur IVVENIS dicitur: sic namque
per τὸ *junior* seu *minor*, parentes à filiis,
B tribus cęteroqui nominibus concurrenti-
bus, dignoscuntur; ut in inscript. 139.
hujus Cap. observare potes, iterumque
ad inscr. T·FLAVI· NEFONIS Cap. V.
C pleniùs ostendam.

Aliud demum blandimentum paren-
tium dolor excogitavit, ut ISSVLI &
DELICII, trienni huic puero nomen
D invenerit; cujus vocabuli signi ficationem
ignorare me non pudet:

254 L · APONIVS
E ABASCAN.
TVS·V·A·III·M
VI·T·FLAVIVS
ANICETVS·ET
F APONIA·SYR
ILLA·ISSVLO
ET·DELICIO
SVO·FECER

Hortis Vaticanis.

G Et tamen, vèl ariolando aliquid de ea di-
cam: parentibus scilicet memoriæ occur-
risse versum illum Epig. CIX. lib. I. Mar-
tialis
H *Issa est deliciæ catella Publi*;
tamquam si *Issulum* diminutiuè hunc in-
fantem vocare voluerint, nec sine exem-
I plo fragmenti hujus è Vinea Morona in-
trà Vrbem à me excepti.

255 ITEM
CINERIBVS
K TERENTIAE
MELITINAE
ISSA·HAVE

* *pag.* 7. B. *matrem filiæ libertam*] Si-
L mile quid adnotatur per Scaligerum in
Indice suo Gruteriano verb. *Libertus pa-
tronus parentum suorum* cap. XIV. ad
hanc inscriptionem pag. DCX. 3:

256 D · M
CLAVDIAE·VICTORIAE
ET·T·CLAVDIO·AVG·L
EVELPISTO
TI · CL · AVG · L
PATRONVS
PARENTIBVS·PIISSIMIS
FECIT

sed lusit operam Scaliger; quia uterque
istorum *libertus Augusti* dicitur, nec
propterea alter alterius patronus esse po-
terat: præsertim quia τὸ PATRONVS
cognominis, non appellationis locum
obtinet; nec enim novum omnino tale
cognomen existit, ut ex hoc lapide in
Aedibus Barberinis.

257 D · M
FELICI·CAES
N· VERN
ADIVTORI·RA
TIONALIVM
PATRON·AVG·LIB
PATER·FEC·VIXIT
ANN·XXIII·D·XXV·H·S

Iunge, quòd apud Apianum non *Pa-
tronus*, sed *Petronius* legitur, ut in Cor-
rigen. & Animad. emendat Gruterus.
Illud vir magnus optimè respexit, in ter-
tia linea legendum TI·CL· non T·CL·,
& sic in Indice prop. nomin. correxit; quia
sive libertus, sive collibertus, eodem præ-
nomine potiri debebat.

* *pag.* 7. G. *De filiis jisdemque libertis*]
Tales filios, *naturales* vocat laudata
Gruteri inscriptio pag. DCCCXLV. 3
FILIA NATVRALIS IDEM LIBER-
TA PATRI OPTIMO, sic enim vo-
cantur ji, qui in servitute parentum con-
cepti erant; *quia creditur* (sunt verba
Scęvolæ in fine l. Lucius Titius 68. D. de
leg. & fid. secundò) *appellatione filiorum
& naturales liberos, idest in servitute
susceptos contineri*. Perspicvum hoc fa-
cit sequens inscriptio,

258 DIIS

258 DIIS · MANIBVS
C·IVLIO·C·L·PALLEO
VIXIT · ANNIS· XXXII
POSTERISQVE · EIVS
C · IVLIVS · SP · F · COL
PALLEVS · PATRI
INDVLGENTISSIMO
IN·F·P·VI·IN·AG.P·III·S

In pariete Villæ Nobb. de Alberis Via Salaria.

in qua filius libertini hominis, ex hoc præscripto, in servitute patris genitus intelligitur; quia aliàs absurdum foret, patrem C. Iulium vocari, & mox natum ipsius, Spurii f. sese inscripsisse.

Idem namque *Spurii* prænomen commune erat omnibus qui extra legitimum connubium nascebantur; id quod, ultra probationem quæ ex hac inscriptione

259 C · VELIVS · A · F · SCAPTIA
SIBI · ET · CVNCVBINAE · SVAE
ET · VELIAE · SP · F · TERTIAE
FILIAE · MEAE · ET
C · VELIO · C · L · PHILOMVSO
ET · C · VELIO · C · L · CHILONI
C · C · L . ANTIOCHO
C · C · L · FELICI · C · C · L · EROS
HOC · MONVMENTVM
HEREDE · N · SEQVITVR
IN · FR · P · X · I · A · P · XII

Vin. Scaffetta Via Lat. in lapide Tiburtino.

evidens insurgit, habemus etiam ex Plutarcho in Quæs. Rer. Roman. Cap. CIII. Et utramvis opinionem confirmat hæc Hortorum Iustinianeorum, sive servus, ut credimus, sive in libertate, ex minùs tamen legitimo connubio filium quesiverit Agrypnus iste Cæsaris.

260 D · M
L · VOLVSENO · SP · F
VICTORI
VOLVSENA · RESTIT
ET · AGRYPNVS · CAES
FIL · PIENTISSIMO · VIX
ANN · V · M · VI

Vnde quotquot servilia nomina in cognomen deflexa reperio, prædictâ SP.F. denominatione præmissâ, ex his de quibus loquimur in servitute conceptis, vel extra matrimonium in lucem editis, qualia sunt hæc, A

261	PETRONIA P . L ISIDORA MATER	P· PETRONIVS SP · F · COL FEROX V·AN·XXII	COELIA C . L DOSIS AVIA

B

262 LOCVS
IVLIAE · SP · F C
THALLVSAE
IN · FR · P · XX
IN · AG · P · XXV

Cippulus jacens Via Ostien. ad III. lapid. Vico Alexand. D

263 DIS MANIB
T · FLAVI · SP · F
EVTYCHE
VIX · AN · V · M · V E
D · XXIX · FEC
FLAVIA PELORIS MAER

Hortis Matthaiis.

fuisse crediderim. Hunc verò Tiberium Claudium Honoratum, F

264 DIS · MANIBVS
TI · CLAVDIO · SP · FILIO
HONORATO G
VIXIT · ANN · IIII · MENS · VI
CLAVDIA · THEOPHILA · ET
ANTHVS · CAESARIS
FILIO · CARISSIMO H

In Domuncula trans Ædes Nobb. de Acorombonis.

in servili contubernio genitum probat hæc alia inscriptio ibidem loci existens, I

265 DIS · MANIBVS
CLAVDIAE
THEOPHILAE
ANTHVS
IMP·T·CAESARIS·AVG·SER K
AGRIPPINIANVS
CONIVGI·CARISSIMAE

Vnde etiam explicatur, quo pacto RACILIA FORTVNATA sequentis inscriptionis præ FRVCTVOSO fratre L juniore, & sic in coniugio suscepto, SOCIA EVTYCHIAE matri, FILIAQVE

NATV-

A NATVRALIS patroni ſui indigitetur.

266 D RACILIA · EVTYCHIA M
FECIT · CN · RACILIO
TELESPHORO · PATRO
B NO · ET · CONIVGI · CVM
QVA · VIXIT · ANNIS XXI · MENSI
BVS · VII · ET · CN · RACILIO · FRVC
TVOSO · FILIO · QVI · VIXIT · ANNIS · X
C MENSIBVS · VIII · DIEBVS · XXII · HORIS
V · ET · SIBI · ET · RACILIAE · FORTVNATAE · FI
LIAE · NATVRALI · IDEMQVE · SOCIAE
ET · LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · POSTERISQVE
D EORVM · ET · SI QVIS · HVIC · MONIMENTO · POST · ME
ALIQVAM · CONTROVERSIAM · FACERE · VOLV
ERIT · AVT · DE · NOMINE · AVFERRE · INFERET · AERA
RIO · P · R · H · V · M · N · IN · FRONTE · P · XII · S · IN · AGRO
E P · XII · H · M · D. M · A

Vinea Corſina.

Dicitur quoque *naturalis filius*, prout ab adoptivo diſtinguitur, etiamſi aliàs F ingenuus & legitimus natus ſit, in l. Senatoris 5. D. de Senat., atque ita accepit Svetonius in Tiberio cap. 52. *filiorum, neque naturalem Druſum, neque adoptivum* G *Germanicum patriâ charitate dilexit*; quin & ipſe Cicero uſurpaverat Philippicâ III. *ignobilitatem obiicit C. Cæſaris filio* [per adoptionem] *cujus etiam* H *naturalis pater, ſi vita ſuppeditaſſet, conſul factus eſſet*.

Quomodo autem in ſequenti inſcriptione Acilia Deutera à neutro ex paren- I tibus ſuis naturalibus nomen, ſeu cognomen ſaltem aſſumpſerit, ancipiti cogitatione diſtractus ἐπέχω.

267 LIVIAE · · · · · NTIGONE
CONLIBERTAE · ET · CONIVGI
BENE · MERENTI
A · LIVIVS · CALLISTVS
SEVIR · AVGVSTALIS · QVINQVENN
D · M
A · LIVI · CALLISTI · SEVI
RI · AVGVSTALI · IDEM · QVINQ
D · M
ACILIAE · DEVTERAE · FILIAE
EORVM · NATVRALI

Villa Nobb. de Sacchettis apud Oſtiam.

* *pag.* 8. C. *CN · VENVLEIVS*] Venuleja gens iſtis nominibus, ex noſtris ineditis, macta eſto.

268 M · COCCEIVS · M · ET · FAVONIAE · L · ANTIPATER
Ɵ TROLLIA · C · L · IVCVNDA · ANTIPATRI
L · VENVLEIVS · L · L · EPAPHRA
K SIBI · ET · LIBERTIS · SVIS
M · FAVONIO · M · L · ET · Ɔ · L · TESPRIO
TROLLIAE · M · L · ET · Ɔ · L · CHRESTENI
VENVLEIAE · M · L · ET · Ɔ · L · PANNYCHIDI
L VENVLEIAE · M · L · L · PELAGIAE
COCCEIAE · M · L · Ɔ · L · EVPOSIAE
Ɵ COCCEIAE · M · L · Ɔ · L · VRBANAE

Vinea PP. Prædicatorum ante Portam Salariam.

269 VE-

269 VENVLEIA·C·L·VINDIS
FECIT·SIBI·ET·SVIS
DAMA·····L·CERVNTA
VENVLEIA·Ↄ·L·NANIS
A·TOBLITIVS·A·L·PHILO
è schedis Barberinis.

270 DIS · MANIBVS
FVLVIAE·Q·F
IVSTAE
CONIVGI·BENE
MERENTI
L·VENVLEIVS
ABASCANTVS
FECIT·ET·SIBI
Via Vitellia alla Pisana.

271 P·VENVLEIVS·P·L·PANTAGATVS
NISVS·FILIVS
OLLAS · IIII

272 P·VENVLEIVS·P·L
PANTAGATVS
PORCIA·EVCHARIS
OLLAS · II

273 P·VENVLEIVS·P·L·ALLOBROXVS
SEIA·M·L·EROTIS·OLLAS·II
Villa Corsina omnes.

274 CN·VENVLEIVS·MARIO
VENVLEIA·CHELIDO

275 CN·VENVLEIVS·SINISTOR

276 CN·VENVLEIVS·FELIX
CN·VENVLEIVS·CN·Ↄ·L·VRBANVS
CN·VENVLEIVS·DONATVS

277 DIS · MANIBVS
VENVLEIAE·PRIMIGENIAE
ET·VENVLEIAE·PIRALLIDI
MATRI·EIVS·CN·CORNELIVS
PHILOSTORGVS·CONIVGI
CARISSIME · FECIT

278 D · M
CN · VENVLEIO · FELICI
CN·VENVLEIVS · FORTIS
PATRI·OPTIMO·ET·INDVL
GENTISSIMO·BE·ME·FECIT
Apud Massantes omnes.

279 D · M A
CN·VENVLEI
PRVNICI
QVI·VIX·AN·XXVII
MEN·VII·D·XXIII B
FECERVNT
VENVLEI·LVPER
CVS·ET·FORTVNATA
PAR·ET·IVSTINA·SOROR C
Hortis Vaticanis.

* *pag. 9.* I. *CN·VOLVNTILIVS*] Hujus Gentis, uti & multarum quarum suprà meminimus, & Cap. IX. peculiari D onomastico jungemus, nulla apud Gruterum mentio; nisi quòd pag. MLXIX.3 *Voluntillam Severam* nominat, ubi *Voluntiliam* (ne duo cognomina concur- E rant) scribendam puto; ut VOLVNTILIVS·L·L· legitur apud Reinesium Clas. XVII. num. 138., & solius liquidæ ad- F ditione VOLVNTILLIVS in hac Antuerpiensi.

280 DIS · MANIB
CN · VOLVNTIL^L^IO G
SOPHRO
VOLVNTIL^L^IA·RODINE
PATRONO·BENE·MEREN
ET·SIBI·FEC H

* *pag.* 10. F. *EMANCIPAVIT*] Puram venditionem sub hoc verbo contineri, dubius innuit Reinesius, in contractum locationis inclinans. Dubium I auferat verus hujus vocis intellectus, & contractus ipsius natura; quia sepulturæ concessio temporaria, qualis est locatio, considerari non poterat, cùm tantam fir- K mitatem obtineret illatio cadaveris defuncti, ut etiam in alieno solo facta, si ita heredi videretur, irrevocabilis esset per l. is qui 7. D. de relig. & sumpt. fun. Et L sic accipienda est *mancipatio* nostræ inscriptionis LI. suprà, alteriusque PVBLILIAE PHILETES paullò infrà subiungendæ.

A gendæ. In hac quoque, venditionis contractum, prout à donatione gratuita diſtinguitur, comprehendi arbitror.

281 VERGILIVS · EVTYCHVS · SEVIVOS
FECIT · SIBI · ET · SVIS · ET · DASVMIAE
B CHARIDI · COIVGI · ET · VERGILIAE · APVLO
NIAE · COIVGI · ET · DASVMIAE · CHARITE · FIL
ET · VERGILIAE · FORTVNVLE · ALVMNE · SVAE
ET · LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · POSTERIS
C QVE · EORVM · HOC · MONIMENTVM
SI · QVIS · DONATIONIS · VEL · EMANCIPA
TIONIS · CAVSA · ALI · TRADERE · VOLVERIT · PRI
VS · INFERET · ARCE · PONTIFICVM · SS · C · M DENARI
D LOCA · DONATIONIS · VLPII · ZMARAGDO · ET
LVCILIAE · KARAE · CONIVGI · DVLCIS

è ſchedis Barberinis.

Eſt & alia imaginariæ fictęque venditionis ſpecies, quæ MANCVPATIO · SESTERTIO · NVMMO · VNO vocatur apud Gruterum pag. DCCCCLVI. 4, & Vitruvium lib. I. cap. IV, ubi translationem Oppidi Salapiæ Veteris, peſtilenti loco inſidentis, ita deſcribit, *Tunc is* (M. ſcilicet Hoſtilius, cui cura publicè demandata fuerat) *moratus non eſt, ſed ſtatim rationibus doctiſſimè quæſitis, ſecundum mare mercatus eſt poſſeſſionem loco ſalubri, ab S. P. Q. R. petiit, ut liceret transferre Oppidum, conſtituitque mœnia, & areas diviſit,* NVMMOQVE SESTERTIO *ſingulis municipibus* MANCIPIO DEDIT. Hæc, ſive venditio adumbrata, ſive donatio dicenda ſit, non animadverſo tamen hoc Vitruvii loco, à Iacobo Gutherio de Iur. Man. lib. III. cap. VII, & Turnebo in Adverſ. lib. XXVIII. cap. III. explicatur. Eâdem formulâ, ſed vel à Quadratario, vel ab Exſcribente corruptâ notâ numerali I in L, conceptam puto prolixam illam inſcriptionem Gruteri pag. MLXXXI. 1, quæ *libripendem* in hac mancipatione memorat; in qua quinque teſtes Cives Romanos puberes deſiderat Iuſtinianus in Inſt. Imperial. lib. II. tit. X. de teſtam. ordin. in princip.

(Margin letters: E, F, G, H)

In eandem ſententiam has compares è noſtris in editis damus.

I 282. D · M
SEX · IVLIO · STRATONICO · AMICO
OPTIMO · M · AVR · FORTVNATVS
ET · M · AVR · ALEXANDER · DAEDE
K RVNT · DONAVERVNTQVE · CVI
ET · FRVENDVM · MANCIPATIO
NEM · FECERVNT · SS · N · I · TVNC · POST
IVL · STRATONICVS · FECIT · SIBI
L ET · CLODIAE · MERCVRINE · COIVGI
SVAE · ET · LIBERTIS · LIBERTABVSQVAE
POSTERISQVAE · AEORVM
H · M · S · D · M · CONCESSVM · EST *ſine dolo malo*

Vinea Nobb. de Vitelleſchis ad Caſtrum Pratorium.

283 HOC·MONVMENTVM·SIVE A
SEPVLCRVM·CVM·AREA·SVA
T·FVFICIVS·FELIX·DE
IVLIA·RVFINA·DONATIONIS
CAVSA·MANCIPIO·ACCEPIT B
HS·N·VNO·QVOD·COMPARAVIT
FVFICIAE·AMPLIATAE
CONIVGI·CARISSIMAE·ET
LIBERIS·SVIS·ITEM·LIBERTIS. LIBER C
TABVS·POSTERISQVE·EORVM·ET·
P·AELIO·NATALI·AMICO·CARISSIMO·ET
AELIAE·RESTITVTAE·LIBERTAE·EIVS
LOCVM·PONEND·CORPORIS·VTRORVMQVE D

à schedis Barberinis.

284 ARIAM·PERTINET
SEMPRONIVS·NIGER
MANCIPAVIT·HS·I·N·COI E
INVICTI·OB·HONOREM·DAT
SVPRASCRIPTO·EAMQVE·A
C·IVLIVS·APOLLONIVS·AS
CLVSIT·MVNIVITQVE·DE·SVO F

Fragmentum è schedis Barberinis.

• *pag.* 10. H. *Libertis Domus Iuliæ*] Suſpicionem aliquam facit hæc baſis ibi repertæ inſcriptio.

285 C·IVLIVS·CORINTHI·L·ATIMETVS G
SIBI·ET·TVLLIAE·PRIMIGENIAE·CONIVGI
CARISSIMAE·ET·TVLLIO·ALEXANDRO
PATRONO·EIVS·ET·PRIMIGENIO·DELICIO
EORVM·DIS·MANIBVS·D·D· H
PERMISSV·DVORVM·IVLIORVM·EVTACTI·ET
THEOPHILI·

Leviorem (fateor) noſtram conjecturam reddit, quòd & alibi quoque alicujus ex libertis Domus Iuliæ memorias conſpexerim, ut eſt ſequens, Viâ Caſſiâ ad V. lap. in Agro *d' Acqua Traverſa* nuper detecta.

286 DIS·MANIBVS
IVLIAE·AVG·L *cippo elaboratiſſimo*
ORGE
PIISSIMAE·PATRONAE
REGILLVS·L

Iuliorum, & quidem ingenuorum,

pluribus ſanè locis monumenta extant: tum in Via Præneſtina, ubi hæc duo fragmenta à bubulcis in ſolo Nobb. de Caſalibus inter arandum detecta, egomet oblimata deterſi: I

287 EI K
EVG
C·IVLIVS
C·IVLIVS·C L
IVLIA·C
SER·······
SER·······

A 288 D M S
P· IVLIO · LVPI · CoS · LIB · LYSIPONO
QVI · VIXI · AN · LXXI · IN · QVIB· CVM· DONATA
CONIVGE·PRIM·AN·XV· CVM·RHODINE·DOMIN
B AN · XXVIII · SINE · VTRIVSQVE· OFFENS· MIHIQ
OBSEQVENTISSIMIS · E QVIB · ET · GENVIT · FIL
MASCVLOS · TRES

Tum ad Viam Latinam lap. XI, ubi magnificum sepulchrum, crassis lapidibus conclusum, annis superioribus patuit; & in eo quinque cippi jacentes, quorum unus, desperatæ prorsus lectionis existebat, alii quà legi possunt, (excesæ enim, & fugientes sunt literæ) ita se habent.

289 C · IVLIO . . . .
ASPRO . .
E QVAES · TR · PLEB
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
F PATRONO
BENEMERENTI

290 IVLIO · CN · F · PO
ASPRO
G PR · TR · PLEBIS
QVAEST· PROVINCIAE
AFRICAE
CVR · AED · SACRAR
H CORNELIVS
AMICO · INCOMPA
RABILI

I 291 C · IVLIO · ASPRO
CoS· PRAETORI
CVRATORI · VIAE
APPIAE · SODALI
K AVGVSTALI· TRIB
PR · PR · QVAESTORI
PROV · AFRICAE · CV
RATORI· AEDIVM·SACR
L · SEX · VMIDIVS
ARTEMIDORVS
AMICO
INCOMPARABILI

292 C · IVLIO · ASPRO
CoS· CANDIDATO
CVRATORI · VIAE
APPIAE · SODALI
AVGVSTALI · TRIB
PR · PR · QVAESTORI
PROV · AFRICAE · CV
RATORI· AEDIVM· SACR ·
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

Tum denique ad Viam Aureliam XVIII. lap. prope Bebianæ rudera, ad Pontem *di trè denari*, in agro Nobb. de Falconeriis, unde Romam ad eorum Aedes in Via Iulia hæ inscriptiones translatæ sunt.

293 D · M
IVLIAE · PROCVLAE
C · IVL · PROC · FILIAE
VIXIT · AN · XXIIII
M · VIII · D · XIII
L · MAELIVS
FIRMVS
CONIVGI
PIENTISSIMAE·FECIT

294 D ❧ M
C · IVLIVS · IVSTVS
IVL · FIL · COCCEI
ENIAE · HELPIDI
CONIVGI · B · M · F
ET · S · P
Sub stemmate mulieris.

Inter istos Iuliæ Gentis titulos, plurimi faciendus est ille in ordine 288. P. Iuli Lysiponi, quia Iuli Lupi consulis præ-

nomen *Publii* cum hoc liberto commune, & Panvinio in Fastis ad An. Christi CCXXXIII. incognitum supplet.

• *pag.* 10. L. *A SOLO AD FASTIGIVM*] *Ab imo usque sursum*, dicitur in hac inscriptione.

295 C·ALFIVS·Ↄ·L
DIOCLES
HIC·ORDO·AB·IMO
VSQVE·SVSVM
OLLARVM·VI

è schedis Barberinis.

• *pag.* 11. H. *structuræ ipsius monumenti cōgvæ*] Hoc verissimum esse, structura ipsa demonstrat; & præterea tituli vacui quamplures ante ollaria reperiuntur; vel etiam partim inscripti, & partim vacantes, spatio quo repleantur relicto, ut in istis. A B

296 D M
ONESI
MOFSA
TVR B M
C

297 CALPVRNIA
M·L
CLVMENE
D

298 D·M
THALLO
ACTES·N·SER
FEC·DIADVME
ET·HOCION·ET
PHILETVS·CONS

299 D·M
TI·CLAVDIO
AMEMPTO
CL·IASON·FIL
PATRI·PIISSIMO
B·M·F·V·A·LXX
ET·PHEBE·CONI
E F

300 IVCVNDA·FESTI
FIDELISSIMA·ET
AMANTISSIM
VIRI·SVI
VIXIT·ANN·XXIV

301 D·M
TROPHIMO·VEST
V·A·XXXV
ELEVTHERIS
CONT·B·M·CONS
G H

Hortis Matthæiis omnes.

302 D M
NEARCHO
ACTARIO·FEC
CHRYSIS·DOM
·B·M·V·A
XX

Via Salaria Vinea Angelona.

303 ΑΛΑΤΙΕ
ΝΔΑ ΜΙ
ΜΑΣ ΕΖ
ΕΣΕ ΕΤΗ
ΙΖ

Apud Puellas Mendicantes.
I K

304 CALAMVS
PISTOR
VIX·AN
XX

Ibidem.

305 PACONIAE
TERTVLLAE
COCCEIA
CYPRIS AMICAE

Florentiæ apud Nobb. de Gaddis.
L

306 C·

A 306

C·SAVFEIVS
C·L·ATTALVS

Villa Corsina.

B quæ omnia indicio erant, quòd ipsæ ollæ, pariter vacuæ, certoque loco jam pridem dispositæ, incerti cadaveris ossa præstolabantur: quas propterea VIRGINES appellat non ineleganti metaphorâ hæc inscriptio.

307 PVBLILIAE · PHILETES
PVBLILIVS · PHILETVS · PATER
C LOCVM · IN · QVO · POSITA · EST · ET
COLVMBARIA · XII · IN · QVIBVS
OLLAE · VIRGINES · N · XXIIII · IN
MANIBVS · IN · ADNVMENTO · PARIET
D SINISTERIORI · ITA · VT · MANCIPATIO
CONTINET · ET · SIBI · ET · SVIS · POSTERISQVE
EORVM

è schedis Barberinis.

E Eâdem ratione, qua *vyrginem monumentum*, & *locum virginem*, idest, eatenus vacuvm, & nullo accepto cadavere funestum, vocant duæ sequentes.

308 QVIETI · AETERNAE
AVRELIVS · HERMES · ET · CLAVDIA · SECVNDA
F HOC · MOMVMENTVM · VYRGINEM · SE
VIVI · COMPARAVERVNT · SIBI · ET
FILIIS · SVIS · ET · LIBERTIS · LIBERTABVSQ
POSTERISQ · EORVM

G

309 D · M
M · AVRELIVS · DOMITIANVS · SE · VIVVS
EMIT · ET · COMPARAVIT · LOCVM · VIRGINEM
H A · SOLO · FECIT · SIBI · ET · LIBERTIS · LIBE
RTABVSQVE · POSTERISQVE · EORVM
ITEM · BAEBIAE · PARTHENOPE · CON
sic VIGI · SANCTISSIMAE . IN · FROTE
I PEDES · P · M · XVI · IN · LATVS · PEDES · XVI
ITEM · IN · LATVS · IN · VIA · ARDEATINA
RESPICIENTE · LONGV · PEDES
P · M · XXIIII · ET · LATV · PEDES · X
K H · M · EX · H · N · S
M · AVRELIVS · STASIMVS · LIB · COEPTV · A · PATRONO
SVO · CONSVMMAVIT · SIBI · ET · SVIS · QVOD · SI · QVIS · POST
OBITVM · MEVM · VENDERE · AVT · DONARE · VOLVERIT · INFE · ARK · PONT · SS · L · N

L *Hortis Matthæiis utraque, emendata hæc II. q. e. in Grut. pag. 1139.12*

Idem argumentamur ex hac epigraphe,

310 L · LVCANIVS · L · L · ALYPVS · CVR · QVINQ
DAT DAT

alterius,

alterius, quam C. seq. sub eodem nomine afferemus, sed plenâ liberalitate sociâ; in qua inscripto datore, incertum adhuc, nec dum suppletum remanet donati nomen.

* *pag.* 12. G. *ad inæqualitatem ordinum*] Vidimus suprà in uno eodemque Abucciæ gentis monumento, in 41. inscriptione, ab imo ad summum columbaria novem, in 42. octo, in 44. septem computari: quod tamen minimè mirum accidere debet; cùm tali cameræ genere contegi potuerit, quale sub nomine *fornicis* ostendit Philander ad Vitruvjum lib. VI. cap. III, itaut latera opposita quæ arcum sustinent, minora pro columbariis spatia sortirentur, quàm duo reliqua sepulchrum claudentia; ut in præmisso schemate Cellæ Sepulchralis Viâ Prænestinâ, latus dexterum quinque ordines, adversum verò tum quinque prope angulos, tum sex sub fenestra, tum septem in reliquis quattuor lineis, ordines continet.

* *pag.* 15. L. *ædicula*] *Aediculam* cum Philandro ad Vitruvjum lib. I. cap. I. pag. 7, concauvm illud loculamentum voco, A signatum in subiecto ibi schemate, Italis nostris *nicchio* dictum, ad ea Ossuaria quæ defixa non erant, recipienda. Hoc tamen non ita constanter & perpetuò locum habet, quin aliquando & ædiculæ & cineraria, quæ vacua sunt in ea figura, ollas suas fictiles coherentes, atque ut diximus constructioni monumenti coævas sub infimo solo ipsius ædiculæ aut cinerarii non ostendant, ut præ ceteris visitur in hypogæo sepulchri sub Via Nomentana, tribus stadiis post Templum D. Agnetis ad lævam, simplicitate & venustate operis lateritii inter pauca insignis.

* *pag.* 17. B. *fictilibus capsis terra obruebantur*] Has fictiles capsas, sive sarcophagos, terrenos quoque dici in inscriptionibus, observat Gutherius de Iur. Man. lib. II. cap. XXIII. pag. 301, sed malè ex hac quam citat apud Gruterum paginâ MXXXV. 11. id deducit; A B

311 HERIE · THISBE
MONODIARIAE
T· CLAVDI· GLAPHYRI
CHORAVLAE
A · CITONIO · ET
SEBASIAE · NICAE
TERRENVM·SACR·LONGVM
P · X · LAT · P · X
IN · QVO · CONDITA · EST
QVISQVIS·ES·PARCE·MANIB
ET · · · ERE · NOLI

C D E

quia non TERRENVM SARC, ut Gutherio visum, sed TERRENVM SACR. Gruterus habet: ipse verò lapis in Hortis Burghesiis conspicuvs TERRENVM SACRATVM expressè continet, contra id quod Sponius, qui pag. 24. suorum Miscell. Gruterum emendasse profitetur, ex autopsia reponit; qui etiam pro Tiberio lin. 3. Titum cum Grutero retinet, ac τὸ SEBASIONICAE (sic scriptum) in SEBASTIONICAE deformat, octonosq. inscriptionis versus in undenos dispon it. Exit tandem sic ex marmore emendata, & Sponium vicissim corrigit. F G H

312 HERIAE · THISBE
MONODIARIAE
TI·CLAVDI· GLAPHYRI
CHORAVLAE·ACTIONICAE
ET · SEBASIONICAE· TERRENVM
SACRATVM· LONG·P·X· LAT·P·X
IN · QVO · CONDITA · EST · FODERE · NOLI
NE·SACRILEGIVM· COMMITTAS

I K

Varietatem autem utriusque sepulturæ, tum integrorum corporum, tum ollarum cinerariarum, comprehendere vidi sepulchrale hoc antrum in latere rupis excisum, in ea Via, quam à Salaria ad Pontem Milvium tendere observavi, & L

Sala-

A *Salariam veterem* vocari vidi in quodam Donationis Inſtrumento per Carolum Magnum noſtrę Vaticanæ Baſilicæ factę: ita tamen, ut digniori, & nobiliori loco obrendaria (jam liceat hoc nomine uti) ſtatuta videantur.

B C D E F G H





Figura ſuperior oſtendens altitudinem Cryptę ped. X.
Fig. inferior oſtendit planum Cryptę longitudinis ped. XXIV.

I Vetuſtius autem, nec dum crematione inſtitutâ, eſt aliud ſequentis paginæ in topho indigenâ excavatum Sepulchrū, & in quattuor cryptas diſpertitum, quod etiamnum conſpicitur in Prædio noſtræ
K Baſilicæ *della Valca*, alteri Nobb. de Creſcentiis contiguo, poſt IV. lap. Viæ Flaminiæ ad lævam. Vltra ſcrobes profundiores altè in pavimento defoſſas, plu-
L riumque cadaverum capaces, (altitudo quippe earum retractionibus dentatis diſtinguitur, quò ſuper alterius cadaveris ſuppoſiti tegumento alterum ſuperius inſiſtat) ad latera quoque, locis literâ B ſignatis loculamenta quædam ad recondenda pariter integra corpora, qualia in noſtris Chriſtianorum cœmeteriis, viſuntur, à parte anteriori lapideis forſan tabulis cum ſuis inſcriptis ſepulchralibus titulis occludenda.

Simplicitas operis, cum venuſtate coniuncta eſt; & rudera, ac marmorea fragmenta, ſub oſtio cryptæ per declivem agrum diſperſa, ornatus exterioris, non quidem vulgaris, adhuc indicia permanent.

pag. 17.

A



B

C

D

E

F

G

H

A *Ostium vetus, in rupe recenti muro obstructum.*

* *pag.* 17. K. *POPA DE INSVLA*] Hinc patet, Popas non eos solùm dici, qui hostias percutiebant, quorum ministerium, utpote virile, ad hanc mulierem spectare non potuit; sed & eos qui victimas venales habebant. In Insula Tiberina hujus Popæ taberna fuit, Templis Iovis, Aesculapii, & Fauni ibidem satìs de proxino victimas probabiliter suppeditans.

* *pag.* 17. L. *SCALPTORIS VILARI*] Ipsarum victimarum pelles deglabrasse hunc Critonium puto, & villos ex jis scalpsisse, humanisque usibus accommodasse; ut hodiedum prope eandem I
Insulam ji faciunt, qui *Vaccinari* & *Conciapelli* vulgò dicuntur.

Notanda etiam uxoria illa denominatio, nomine viri gignendi casu assum- K
pto: ita enim Critonia Quincti Critonii, ut Metella Crassi, Porcia Bruti, &c. sublatente appellatione *uxoris*. Hac de re frequentia extant exempla in nummis, L
in quibus constantisimè, quoties absque adiectione *filiæ*, vel *matris* &c. ipsæ Augustæ nuncupantur, semper de *uxoribus*

veniunt

A veniunt intelligendi; ut in LIVIA AVGVSTI, AGRIPPINA GERMANICI, ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ ΚΑΙΣ idest Claudii, AGRIPPINA CAESARIS ejusdem,
B ΟΚΤΑΟΥΙΑ ΣΕΒΑΣΤΟΥ idest Neronis, ΠΟΠΠΑΙΑ ΝΕΡΟΝΟΣ, DOMITIA IMP. DOMITIANI, sive ΔΟΜΙΤΙΑ ΣΕΒ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΣΕΒ, PLOTINA
C IMP. TRAIANI, SABINA HADRIANI, FAVSTINA ANTONINI PII, & CRISPINA COMMODI. Congruuntq; sequentes inscriptiones.

D 313 FVFIA · GENESIS
C · MAECENATIS
CESTI · V · A · XXII
A Pratolino prope Florentiam.

E 314 LIVIAE . EPHYRE
AMARANTI
VIX · A · XXII
Vinea Strada Via Appia.

F 315 PLAVTIAE
QVINCTILLAEAE
P · HELVIDI
PRISCI · ET
G P · HELVIDI · PRISCI
Ad D. Pastoris Via Praenestina.

316 ANTEIAE
H L · F · PROCVLAE
MACEDONIS
T · VOLVSENVS
MACEDO · VXORI
è schedis Barberinis, dicitur extare Sestini.

I
317 IVLIA · LYCE C · IVLIVS
HILARIONIS EVPHEMVS
CAESARIS · CVBICVLARII
VIXIT ANNOS XIIX
K *Bononiae apud Nobb. de Malvasia.*

318 D · M
DIDIAE · PROCV
LAE · C · TITI · EVPORI
L C · TITIVS · VRBICVS
HERES · BENEME
RENTI
è schedis Barberinis.

319 HERMEROTIS
AGRIPPIN · GERMAN
CORYMBVS · ANTONIAE
DRVSI · FECIT
è meo veteri MS.

320 TI · CLAVDIVS · TIRO · LARCIA
Ɔ · L · NYMPHE
LARCIA · TYNDARIS · TIRONIS
Florentiae apud Nobb. de Guicciardinis.

321 LAVDICE · MELIORIS
C · CAESARIS · AVG
GERMANICI · SER
VIXIT · ANN · XXV

322 GEMINIA · C · L
HYGIA
M · AVSTVRNI
HOSPITIS
è schedis Barberinis utraque.

323 CLODIAE · L · F
AVIENI
MATRONAE · MVNICIPES
Ameliae ex schedis Vaticanis.

324 LIVIAE · AVGVSTI
DEAE
MVNICIPIVM
S. Marci ex Gualthero.

325 VMBRICIAE
SEVERAE
VENVSTI
Vinea Montia sub Ianiculo.

326 COPONIAE · CHIMENN
PIAE
T · COCCEI · VIX · ANN · XXXIIX
è schedis Barberinis.

327 POSTVMIAE
P F · PAVLLAE
IVVENTII · SECVNDI
CoS
FEMINAE
RARISSIMAE
M · LAELIVS · FIRMVS
IVLIVS · MAXIMVS
PRAETOR
Brixiae ex V. Cl. Francisco Blanchino.

328 POSTVMIAE
P·F·PAVLLAE
IVVENTII·SECVNDI.
CoS
FEMINAE·RARISSIMAE
M·IVVENTIVS
· · · · · · · · CoS
Ibidem ex eodem.

329 D · M
EVTYCHIE APOLLONI
L·LVCCEIVS·HELIVS
MAMMAE·PIENTISSIMAE
BENEMERENTI·ET·LIBERTIS
LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE EORVM
à schedis Barberinis.

330 M·CASSI·M·L·ANTIOCHI
SCANDILIAI·ANTIOCHI
M·CASSI·ALEXANDRI
CASSIAE·STACTES
INFR · P · XIIX
INAGR · P · XII
In Cippo Tiburtino Villa Corsina.

331 C·LARONIVS·C·L·ORESTES
C·LARONIVS.C·C·L·MENOPHILVS
C·LARONIVS·C·C.L·ANNALIS
C·LARONIVS·C·C·L·BASSVS
POMPEIA·GN·L·PRIMA
LARONI
M·ANINIVS·FORTVNATVS

332 C·NAEVIVS·PHILEMO
NAEVIA·DAPHNI

333 DIIS · MANIBVS A
MINVCIAE·SVAVIS
P·SEXTILI·CAMPANI
VIXIT·ANNIS·XIIII·MENS·VIII
DIEBVS·XXIII·FECIT B
T·CLAVDIVS·SVAVIS
PATER·PIISSIMVS

334 TI·IVLIVS·EVBALI·L C
SCYMNVS
OLLAS · II
PELAGIA·SCYMNI
OLL · II D

335 LIARVS
ANTONIAE·DRVSI
GLABER
AB·CYATO E

336 M·IVLIVS·AVGVSTAE·L
MENANDER
IVLIA · FAVSTA F
MENANDRI

337 COMMVNIS·MARTIALIS
GEMELLA·GERMANI
HERENNIORVM · SER G
Ex schedis Barberinis omnes.

338 L·CANINI·GALLAE·L
ANCHIALI
CANINIA·GALLAE L H
PHILEMATIONIS
Vinea Nobb. de Marescottis.

339 FAVSTINAE · CONSTANTI · AVG I
PIISSIMAE · ET · NOBILISSIMAE
C·IVLIVS·VITRASIVS
V·C.AVGVR
D·N·M·Q·E K
D · D
Ex MS. Holstenii.

340 SEX·ATELLIVS·SEX·F·PVP·PAETVS
TR· MIL· SCR· Q L
FAVONIA · PAETI
EX TESTAMENTO·ARBITR·FAVONIAE·VXORIS
ET·SEX·ATELLI·SEX·L·PHILARGVRI
Ex schedis Barberinis, dicitur extare apud Vellios.

A 341 STRATONICE · ANTHI · GEMMARI
ARAM·GENIO·HVIVS·DECVRIAE·D·D
In Ara rotunda Hortis Matthaiis.

342 C·SATRIO·C·F C·SATRIO·C·F AMPIAE C·SATRIO·C·F
B CILONI FORTVNATO SATRI LAVTO
Cumæ ex Capaccio.

343 C·ASINIVS·C·L AVRELIA
FELIX PRVSIAS·ASINI
C V·A·XLV FELICIS·V·A·XXVI
In Horto Ronconii ad S. Isidorum.

Adeoque certa est hæc præscriptio; ut missis omnibus exemplis quæ ex Grute-
D ro suppetunt, in hac tantùm inscriptione pag.DCCXCV.10 apud eundem sistam,

344 C·IVLIVS
C·F·PAL
E SVLPICIANVS
ET
CAECINIA
ILIAS·EIVS

F in qua, expresso jam viri sui Sulpiciani nomine, ILIAS EIVS (uxoris appellatione tanquam superfluâ omissâ) dicitur.

Ad rem facit etiam hęc inscriptio alla-
G ta per Sponium in Miscell. pag. 142, de Livja Drusi Cæsaris, (uxorem subaudi)

345 CYRVS
LIVIAE·DRVSI·CAES
H MEDICVS

sed malam ejus intelligentiam suppleamus, ubi hæc in ejus explanationem subiungit, *Medici Græci in magno hono-*
I *re habiti fuere Romæ, inter quos hic Cyrus Livjæ Drusi Cæsaris uxoris, quæ postea Augusto nupsit*. Livja etenim ista Drusi, fuit Tiberii nurus, & non mater,
K qualem Sponius opinatur. Livja namque Augusti coniux, quæ postmodum ex testamento Augusti, unà cum Tiberio in Gentem Iuliam transiit, & Iuliæ nomen
L assumpsit, neque virum Drusum habuit unde denominari juxta nostrum hunc morem posset, sed Tiberium Claudium Neronem majorem, ut tradunt Dio lib. XLVIII.pag. 417, & Svetonius in Octavjo cap. 62: nec ad patris Livii Drusi Claudiani (sic ex lege adoptionis, & insertionis ex Claudia familia in Livjam, de qua idem Sveton. in Tiber. c. 3, vocandi, emendato Occone, qui eum *Livjum Drusum Calidianum* appellat) cognomen, derivatiuvm illud referri valet; tum quia filii apud Romanos notâ F. adiectâ signantur; tum præcipuè quia Druso Livjæ Augustæ patri, privato homini, Cæsaris nuncupatio minimè convenit; sed bene Druso, Tiberii ex Agrippina filio, quem Livja uxor, ut Sejano nuberet, veneno sustulit. Hic inquam Drusus quamvis *Cæsar* neque à Tacito, neque à Dione vocetur, Cæsaris tamen titulo insignitur, tum in Fastis Consularibus Vindobonensibus post Eminent. Norisium de Epoch. Syro-Mac. ad annos V.C. DCCLXVIII, & DCCLXXIV; tum in pluribus nummis apud Occonem, & in insignioribus illis quos exhibet Vaillantius inter Numism. præst. To. I. pag. 10, & To. II. pag. 26. De hac igitur eâdem Livja minore, intelligenda venit similis hæc apud Gruterum inscriptio pag. DC. 4.

346 OLYMPVS
LIVIAE·DRVSI
CAESARIS·LECTICARIVS

Aliam namque Livjam ejus prosocrum, simpliciter AVGVSTI vocatam videmus in inscriptione num. 324, & in hac inter Holstenii schedas.

347 LIVIAE·CAESARIS·AVGVSTI
PVBLICE
Tiburi in Platea dell'Olmo.

Hanc regulam, quam pro mulieribus ad maritos, illi similem, quam suprà pag. 38. D. pro servis ad dominos dignoscendos constituimus, tacitâ quamvis appellatione *uxoris* vel *servi*, nollem (quod Reinesius sępe facit) libertis quoque accommodari; multoque minùs placet, ubi nota L, vel LIB. deficit, eam suppleri, tacitèque intelligi, ut nuper Vir doctissimus ad hanc inscriptionem,

348 D ❦ M
HEDVNNIAE·HER
MIONES FEMINAE
RARISSIMAE CON
IVGI INCOMPAR_AB
AEMILIVS FRONTO
MARITVS ET POMPE
IVS LEPIDVS FILIVS
Apud Augustam Ausciorum nuper reperta.

in qua nîl præter nomen & cognomen unius feminæ habetur, ex una duas fecit, nomenque à cognomine abscidit, dum Hedunniam Hermiones libertam produxit, & ornatissimum monumentum, nullâ cogente, imò nec suadente caussâ, libertinæ mulierculæ affinxit. Nam quod forsan incongruvm duxerit gignendi casum HERMIONES cum dativo CONIVGI copulare; præterquamquod non deest ratio hanc locutionem tuendi; plurima hujus abusus (demus ita esse vocandum) exempla reperies, & ne prolixitas tędium afferat, ex ipsa classe *Affectus coniugum* ista ex Grutero indicamus:

349 T·FLAVI· MAELIBOEI
VIBIA·CALATIA
CONIVGI· KARISSIMO
FECIT

350 FLAVIAE·TROPHIMES
FL·EVGRAMMVS·VXORI
SE·VIVO·FECIT·ET·SIBI

351 D · M A
A·ALBIDI·FELICIS
CONIVGI·OPTIMO
VIXIT·ANNIS·LV
MENSIBVS · VI B
DIEBVS · XVI
VIBIA·FORTVNATA
BENE · DE · SE
MERITO·FECIT C

352 MEMORIAE
AVFIDIAE·DAPHNE
TRVDENTINAE
CONIVGI·KARISSIMAE D
B · M
CALCEIVS·PERPERNIANVS
MARITVS
FEC E

non tanti id esset, ut inverso ordine, libertam nomine gentilitio (gentile enim ex derivativo sonat nomen *Hedunniæ*, Hediæ, vel Hediniæ gentibus jam ex F Grutero notis non absimile) *Hermione* verò non nisi cognomen apud Latinos fuit, sive servile nomen, in cognomen cum libertate versum. Sic porro in Gru- G tero legitur Terentia Hermione pag. CCCLVIII. 5, Appia P. Nigri lib. Hermione pag. CDLXXIX. 4, Nonia Arria Ermionilla pag. CDLXXX. 5, Attia Ɔ.L. H Hermione pag. DCXXX. 4, Antonia Ermione pag. DCXCI. 2, Plinia Hermione pag. DCCXXXVI. 12, & ibidem num. 14. Plutia & Atilia, Mallia Her- I mione pag. DCCCIII. 11, Didia Hermione pag. DCCCXLVII. 12, & Vibia Quietæ lib. Hermione pag. CMLVII. 14. Sic & in nostris. K

353 D · M
M·ANTONIO·EXTRICATO
FLAVIA· HERMIONE
CONIVGI·SVO·B·M L
ET·FILIVS·COMESVS·FEC
VIXIT · ANNOS · LX
è schedis Barberinis.

354 D·M

A 354 D M
TREBELLIAE · HER
MIONE · VIXIT
ANNIS · V · M · VIII
B DIEBVS · XXII · FE
CIT · TREBELLIA · THE
AGENIS · ET · HERMA
FORTVNAT · FILIAE · B · M
C *Villa Medicea ad Flaminiam.*

355 VALERIVS·DAMAS·ET·OS
TILIA · HERMIONE · FECE
RVNT · SIBI · ET · SVIS · LIBER
D TIS · LIBERTABVSQVE · POS
TERISQVE · EORVM · BETO
HVNC · MONVMENTVM · NE
QVE · VENDERE · NEQVE · DO
E NARE
Hortis Matthaeiis.

356 D · M
M · VLPIVS · ONESIMVS
F FECIT · SABINIAE
ERMIONE · CONIVGI
BENE·DE·SE·MERENTI·ET
SIBI·ET·SVIS·LIBERTIS
G LIBERTABVSQVE · POSTE
RISQVE · EORVM
HOC · M · H · N · S
Hortis Iustinianeis.

H 357 D · M
TI·CL·MAXIMO·II·VIR· AEDIL
QVAEST · PECVNIAE · ALIM
VIXIT · ANN · XLII · M · V
I TI · CL · NOVEMBER
ET
CL · HERMIONE
FILIO · BENEMERENTI · FEC
K ET · SIBI
è schedis Barberinis.

358 D · S · M
M · ANNIO · MYRISMO
EVPHEMVS · ET · ANNIA
L HERMIONE·FIL·FECER
VIXIT · ANNO · MENS
VIII · D · XXIII
Horto Ronconii.

359 ASCLEPIO
GALERIA
HERMIONE
CONIVGI
B · M · F
Q · VIX · A · LX
ET · S · ET · S · P · E

360 D M
FL · ERMIONE
FECIT · ALVMNE
FL · FELICITATI
QVAE · BIXIT · ANN
V · MESIBVS · X
DIEBVS · X · BE
NEMEREN
è schedis Barberinis utraque.

361 D · M
CALPVRNIO · TRYGEIO
CALPVRNIVS · TRYGEIVS
ET CALPVRNIA HERMIONE
PARENTES · INFELICISSIMI
FILIO · PIISSIMO
VIXIT·ANNIS·X·MENSIB·VI
D · X · H · XI
Horto de Vecchis ad Arenulam.

362 D ❦ M
AVRELIA · HERMIO
NE · FECIT · AVRELIO · IN
GENVO · CONIVGI
KARISSIMO · ITEM · AV
RELIVS · PHILANDER
LIBERTVS · PATRO
NO · MERENTI ❦
Hortis Matthaeiis.

363 D · M
C · IVLIVS · HERMES
FECIT · IVLIAE · HERMIONE
FILIAE · PIENTISSIMAE
ET·SVIS·LIBERTIS·LIBERQ
QVE · EORVM · ET
AE · FECIT · ET
FRQ·POSTER
VM
Vinea Morona Via Appia intra Vrbem.

364 D·M

364 D · M
L · CAELIO
HERMETI
CAELIA · HER
MIONE · MA
TER · FILIO · PIEN
TISSIMO
Hortis Iustinianeis.

365 D · M
C · VALERI · HERMETIS
VALERIA · HERMIONE
PATRI · DVLCISSIMO
In Agro Praenestino, Museo Ciampino.

Lappiam & *Iuliam* pariter Hermionas, opportunè inseremus Cap. III. in Inscriptionibus *A. Lappi Damae*, & *Iulii Marii*, quò Vir amicissimus, tot exemplis perspectis, unicam Hedunniam Hermionen, eamque ingenuam, in sua Inscriptione agnoscat; meamque benevolam admonitionem æqui bonique faciat.

Iam verò, ut primum hoc Caput claudam, inobservatas remanere non sinam binas illas inscriptiones Gladiatorias Venusii detectas, quas suprà num. 202. & 203. ideo produxi, ut probarem, ingenuos quoque (quales ibi C. Masonius, C. Alfidius, aliique) auctorari solitos; & quas, ne filum narrationis abrumperem, transitoriè attuli, ut rursus in iis opportuniùs immorarer, quod modò explebo.

Et certè, plures quàm alibi memoratas ibidem classes Gladiatorum reperio: in primo enim marmore EQ *Equestres*, alio nomine à Lipsio *Andabatas* dictos Saturnal. lib. II. Cap. VII, quorum armaturam, & pugnandi rationem describit Cap. XII: item TR, seu ut in secundo THR *Threces*, de quibus, & eorum armatura, plura novaque (bene an malè) attulimus Cap. VIII. pag. 256. nostri Syntagm. de Col. Trai.: item M, sive ut in secundo lapide MVR, *Myrmillones*, quos Lipsius cum Hoplomachis, & Samnitibus confundit; frustra tamen, ut in secundo apparet, in quo distinctè OPL *Hoplomachi* seorsim à Myrmillonibus, & *Samnitibus* recensentur. Idem II. lapis per VEL initium sumit, quos VEL*ites*, tanquam lanienæ illi gladiatoriæ proludentes, putaverim. Samnitum armaturam exhibuimus in BATONE eodem Cap. VIII. pag. 258. RET *Retiarios* exprimit, à Lipsio cap. VIII. luculenter descriptos. Sequuntur SCISSO, quos *Scissores* interpretor, illos scilicet, *qui cadavera ictibus dissipabant, ne quis simulatâ morte deluderet*, ut ait Lactantius per Lipsium relatus cap. XXII. *Gallos* demum, Gladiatorum genus, & à Myrmillonibus diversos, hinc fuisse coniicio; postquam & Plutarchus in Crass. ex Spartaci manu, alios Gallos, Thraces alios fuisse dicit, ubi prudens ejus Latronis consiliū laudat, cogitantis, postquam à se superari Romanorum potentiam desperavit, *optimum esse, ut superatis Alpibus, in patriam suam Galliam alii, reliqui Thraciam discederent*. Cæterùm post nomina Gladiatorum, dominorum suorum nomina subdita sunt, ut in Tesseris num. 188. & sequentibus. Ex notis autem illis nomina lineasque claudentibus, ut in MANDATO RAB*irii* τὸ III. pugnarum numerum, 7. II, vel ut in alio Ɔ. IIII, Centurias quibus *Mandatus* vel *Dorus* adscripti erant, denotari suspicor: T denique, notam Tironum arbitror, nullo adhuc certamine insignium. Placuisse meas hasce cogitationes Illustriss. D. de Laurentiis Episcopo Venusino, ex quo Inscriptiones accepi, non absque jactantia assero, cùm eruditissimi Viri testimonium firmæ probationis locum habere debeat.

CAPVT

CAPVT . SECVNDVM

DE

OPERCVLIS · AD · LACHRYMAS · ET · LIBATIONES EXCIPIENDAS

DEQVE · GENIIS · AC · MANIBVS

F ALIVD titulorum genus, non quidem pro ollis ossuariis in antecedenti Capite descriptis, quæ eos surreptos, non jacentes habe-
G bant; sed pro contegendis urnis cinerariis angusti oris, exhibet noster hic lapis,

I D·M·Q·CREPEREIO
H ABASCANTO · FILIO · PIO
VIX · AN · VII · MENS · VIIII
DIEB VI
· H VIII



I

FECIT · ATIMETVS · PATER
ET·SIBI·ET · CONIVGI · SPENI
K DONAVIT·CLAVDIA · CARA
LONG· PED·VI· LAT · PED·III

in cujus aversa parte, supernæ huic admo-
L dum cyathi in imo fundo minutioribus foraminibus pertusi, respondente, excavatio quædam orbicularis visitur, per quam * amphoræ sibi suppositæ collum firmiter adhæreret.

Foramina illa, prout ea quoque, quæ in hisce aliis nostei Musei inscriptionibus apparent,

II DIIS · MANIBVS
FECIT FVFICIA
ALEXA NDRIA
BENE MEREN
CON IVGI



SEPTIMO · LVPO

· III CINE
RIBVS
CANIAE · FORTVNATAE



pro lachrymis suorum recipiendis aperta fuisse, minimè dubito; clarissima siquidem hujus adfectus coniunctorum vesti-
· gia in aliis lapidibus extant; nempe apud Grute-

Gruterum in postremis illis duobus versibus primæ partis Epitaphii Cytheridis, pag. DCCCCLXXXXII. 3; A

Et quicumque tuis umor labetur ocellis
Protinus inde meos defluat in cineres

necnon in Reatino pag. MCXXVI. 8; B

Nunc pater & mater nato fecere sepulchrum
Osaque funestis fluctibus adlverunt

atque ex hisce meis MSS. inscriptionibus.

1 ΠΟΠΙΛΙΗC ΤΑΦΟC ΟΥΤΟC ΑΝΗΡΔ ΕΜΟC ΑΥΤΟΝ ΕΤΕΥΞΕΝ C
ΩΚΕΑΝΟC ΠΑCΗC ΕΜΠΕΡΑΜΟC COΦΙΗC
•ΟΥΦΗΤΟΙΓΑΡ ΕΜΟΙ ΠΕΛΕΤΑΙ ΚΟΝΙC ΕΝΔ ΑΧΕΡΟΝΤΙ
ΥΜΝΗCΩ ΤΗΝ CΗΝ Ω ΑΝΕΡ ΕΥCΕΒΙΗΝ
ΜΕΜΝΕΟ Κ ΕΝ ΖΩΟΙC ΕΜΕΘΕΝ ΚΑΙ ΠΟΛΛΑΚΙ ΤΥΜΒΩ D
CΠΕΙCΟΝ ΑΠΟ ΒΛΕΦΑΡΩΝ ΔΑΚΡΥ ΑΠΟΙΧΟΜΕΝΗ
ΚΑΙ ΛΕΓΕ ΠΟΠΙΛΙΗΝ ΕΥΔΕΙΝ ΑΝΕΡ ΟΥ ΘΕΜΙΤΟΝ ΓΑΡ
ΘΝΗCΚΕΙΝ ΤΟΙC ΑΓΑΘΟΥC ΑΛΛ ΥΠΝΟΝ ΗΔΥΝ ΕΧΕΙΝ

Hortis Burghesiis ad Pincium. E

Hanc Reinesii verbis & Musâ sic latinam reddo, ex Appendice Omissorum num. 43.

Popiliæ locus hic, mihi vir meus huncce paravit
Omninò sapiens & pius Oceanus.
Hujus enim cardo cinis est meus: ast pietatem F
Laudabo, mi Vir, ex Acheronte tuam.
Dum vivis memor esto mei, multasque sepulcro
Libamen lacrymas fundito sic obitæ.
Popiliam dormire autem dic. Namque probos est G
Fas dulce somnum carpere, non morier.

ita tamen ut tertiam lineam levi correctione in aptiorem sensum reducamus; in marmore enim leviter abrupto, vestigia satis perspicua K literæ remanent, unde legendum est ΚΟΥΦΗ ΤΟΙ ΓΑΡ &c. & explicari debet eâ formulâ Grecis perquam usitatâ (ut alibi videbimus) *levis siquidem mihi est pulvis.* H

2 D • M • S
SVM· CASTAE· CINERVM· LAPIS · PVELLAE I
CVSTOS · ME · RELEGENS · PIVS · VIATOR
HVIVS · COGNITA · SI · TIBI · FVISSET
VIRTVS · LACHRYMVLIS · TVIS · RIGARES
• EVODIAE · CYPARAE · ANN · VI K

Viterbii ex schedis Vaticanis Lilii.

Hunc ipsum morem idem Reinesius recepit ad inscriptionem 105. Class. XIV,

3 D M
INIICE · SI · PIETAS · VSQVAM · EST · SVSPIRIA · ET · IMPLE L
MECVM·HOSPES·LACRIMIS·MARMORIS·HOC·VACVVM
NAM·FORMAE·EXEMPLVM·PERIIT·CVM·OBIIT·MEA LYDE
QVAM : PERIERE · HOMINES · VEL · PERIERE · DII

ut ex

A ut ex hoc titulo ipsi præmisso liquet, *Neapoli apud Spathaphorum tabula marmorea, in medio parùm excavata, cum quinque foraminibus pro recipiendis per*
B *ea lacrimis.*

Ad mutas ejusdem moris significationes plura suppetunt documenta, tum ex Grutero pag. CCCIII. 3, DCXII. 12,
C DCXXII. 6, (emendanda ex autographo Villæ Cæsarinæ in EVHEMERO primæ lineæ) pag. CMXI. 20, CMXL. 3, CMXLVI. 10, & MCLVII. 10; tum
D ex aliis inscriptionibus post eum detectis.

4 D · M
M · LVRIO · FELICI
M · LVRIVS

E



F FIL · FEC
In pavimento D. Pauli.

5 D · M
L · AVRELIVS · SABINVS
G FABIAE · SABINAE · MATRI

scutella
perforata

PIENTISSIMAE · FECIT
H *Ex schedis Barberinis.*

6 DIS ✠ MANIBVS
ANNIAE ✠ CYPRIDI

I *similis.*

EVCHRVS · CAES · SER
MAECIANVS · CONIVGI · KAR
K *In Ædibus Societatis SS. Annunciatæ.*

7 SILIAE · NICENI
VIX · ANN · XXX

L *similis*

L · SILIVS · EVPLVS
FECIT
In pavimento D. Pauli.

8 DIS · MAN
P · LIGARI · PRIMITIVI
CLAVDIA · NICOPOLIS

similis

VERNAE · SVO · B · M · FEC
VIX · ANN · XXV
Hortis Perettis.

9 OLYMPVS · DOMIN
DOMI TIANI
AVG · *si* SER
VERN · *mi* ROM
NATVS *lis* VIXIT
AN · IIII · M · IV · D · XXI
FEC · OLYMPVS · PAT · INFELI
CISSIMVS

10 D · M
M · VLPIVS · PHILO
CALVS *si* FECIT
VLPIA *mi* E · FELI
CITAT *lis* I · LIB
IDEM · CONIVGI
ET · SIBI · ET · SVIS
è schedis Barberinis utraque.

11 P · AEMILIVS · P · F · MASCVLVS
MILITAVIT · IN · COH · V · PR
A · TIMINIVS · DAPHNVS
AMICO *si* B · M
FEC *mi* IT
ET · *lis* SIBI

12 D M
CORNELIO · QVINTIANO
VIXIT · AN *similis* XI · M · VIIII
CORNELIA · CASCIA · ALVMNO
BENE · MERENTI · FECIT

13 D · M · A
MEMMIO
SEC *simi* VNDO
FLAVI *lis* A · PRI
MIGENIA · CONIVGI
BENEMERENTI · FECIT
Ex Museo Ciampino omnes.

14 D · M
M · ACVSANI · APRI
ONIS FLAVIA
SYR ISCA
CO NIV
GI OPT
POSVIT
è schedis Barberinis.

15 D · M
L · CAECILIVS · SPENDON
APATE · CONIVGI
SVAE BENE
MER *si* ENTI · F
VIX *mi* IT
ANN *lis* XXXX
LIBERTIS · LIBERTABVS
QVE · POSTERISQVE
EORVM
Hortis Matthæiis.

16 D Φ M Φ S
COR *simi* NELIA
MYC *lis* ALE
FORTVNATAE · VER
NAE · SVAE · FECIT · VIX
MESIBVS · X *sic*
Museo Ciampino.

17 D · M
LVCILIAE · SPEI · FEC
P · L V *similis* CILIVS
HERMES · SORORI · B · M

18 D · M
NOBILI
ALB *similis* ANVS
PATER
è schedis Barberinis utraque

19 D · M
Q. CORNELIO
PISTO · LIBIA · TYCHE
CONIVGI · BENE
MERENTI · FECIT

similis

Ad D. Isidori.

20 DIIS · MANIBVS A
Q · AEMILIO · MAXIMO
FECIT
AEMILIA · RESTITVTA
MATERTERA B

similis

VIXIT · ANNIS · IL · DIEBVS · XXXI
AEMILIA · CVPITA · V · A · XIIII · D · XL
FECIT · AEMILIA · RESTITVTA · MATER C
è schedis Vaticanis.

21 D M
Q · VETTIO DIADVMENO
VETTIA *si* THALLVSA D
LIBERTO SVO *mi* DVLCISSIMO
BENEME *lis* RENTI
FECIT *ET · SIBI*
ET · SVIS · IN · F · P · II E
IN · AG P · VIII
Vinea Ottira

Quod alio charactere vides, est ita deletum, ut, difficulter quamvis, legi possit. F

22 TI · CLAVDIO · THALLO
TI · CLAVDIVS · ZOSIMVS
IDEN · CLAVDIA · TYCHE
FECE *si* RVN G
BENE *mi* MERENTI
PATRO *lis* NO
IDEN · CLAVDIVS
PRIMITIVS · IDEN H
CLAVDIVS IANVARIVS
Florentiæ apud Nobb. de Gaddis.

23 D · M I
PLAVTIAE
FELICITATI
VIX · AN · XV
similis K

M · IIII · D · XXVI
è schedis Barberinis,

24 CINERES L
similis
NILI
Vinea Ostina.

A 25 M
NTIO·NILO
N LXXX
S EPAPHRODITVS
B S ASIATICVS
EPHOR·ET·CLAV
MER·FECIT
Fragmentum in Vinea Vallia.

C 26 DIS · MANIBVS
M·VALERIO·HERMETI
MIL·COH·III·ꓘ·CASSI
D VERI·HR *simi* EDES
FECERVN *lis* T·M·M
ITHARVS·ET·AVRELI
VS·DECMVS·BENE
E MERENTI

27 D · M
L·SABIDI·PLACIDI
V·A *similis* XC
F ALFENA·TRYPHAENA
CONIVGI·OPTIMO·FECIT
Villa Peretta utraque.

28 D · M
G C·COELI
SERVATI
AN·V XVIIII·M·VI
IVLIA·ALBINA
H MATER·FILIO
PIIS *similis* SIMO
Vinea Benincasa Via Appia.

I 29 D · M
L·LICINI
GRAPHICI
K *similis*
Ad D. Silvestri in Quirinali.

30 CINERIBVS
L APRODISIAE
similis
Museo Ciampino.

31 FLAVIAE
D M
GEMINAE
Villa Corsina.

32 D M
PHILETE·VIXIT·ANN
XII·MESIB.VII·DIEB
Fragmentum ad Cœmeterium B. Castuli.

33 DIS·MAN·L·VISONI·RAPON
VIX·ANN·XXX
APOLLONIVS·PAPAE·FIL
similis
COGNATO·B·M·F
è schedis Barberinis.

34 M
STLACCIA·PATRI·O
ET·CL·SEVERVS
Frag. ad D. Silvestri in Quirinali.

35 D · M · RESTVTI
SAMICO
B·M·FECIT
CAES·N·SER
ANIMVLAE
HREPTVS
è schedis Barberinis.

36 D · M
M·OGVLNIVS·PROCLVS
VIXIT·ANNIS XIII
MESIBVS·II·DIEBVS·VIII
HORIS III

Locus ubi à me repertum fuit hoc fragmentum, est in Vinea Brunona post

II. lap. Viæ Appiæ ad dexteram, ubi ingenti cippo ad Aedes Carpineas translato hæc quoque inscriptio insculpta erat:

37 D · M
· M · OGVLNIO
IVSTO · FILIO
PIENTISSIMO
VIX·ANN·XV·MENS·II·D·XXII
M · OGVLNIVS
IVSTVS · PATER
ET · SIBI · FECIT

Vnde sepulchrum Gentis Ogulniæ, sive, ut Fasti Capitolini habent, Oculniæ, variis Magistratibus insignis, & ex nummis cognitæ, ibi fuisse liquet.

38 D·M·M·IVNIVS·ONESIMVS
FECIT·SIBI·ET·IVNIAE·HOREAE
CONIVGI SVAE·ET·
IVNIAE HELPIDI·
L·SVAE P·Q·ET
AEMILIO IVNIANO



Vinea Nobb. de Cavaleriis ad D. Balbina.

39 CAECILIAE·PRIMILLAE·
CONIVGI · Q · CAECILIVS·
P·SEPTIMIVS·EVCTVS
FECERVNT
CINERIBVS·
ONESIMVS·L·



Q·CAECILIVS·AGATOPVS
CAECILIA · FORTVNATA · F ·

Vinea Nobb. de Naris ad Salariam.

Fuerint ne cyathi de quibus loquimur cum suis foraminibus *circuli illi se continentes*, quos describit Reinesius;

30 D E C I A
V · A *duo circuli* XIIX
H Y G I A
Claß. XVII. num. 64.

31 D · M · STEPHANO A
L · ANTONI · SILONIS ·
PRIMO PILARIS
SER *similis* VO
CONS ERVI B
FECERVNT
Claß. XIX. num. 51.

cùm marmora non viderim, haud assero: Sed *Marmorarii lusum esse, nihilque pertinere ad materiam inscriptionum*, ut ipse C ait, vix credo; cùm nihil impertinens in monumentis id genus appositum, longâ observatione didicerim. D

32




E

F

Hortis Matthaiis. G

33



H

I

K

Vinea Nobb. de Naris ad Salariam.

Addimus denique istud FLAVIAE NICOPOLIS epitaphium, quod in Grutero pag. MCLV. 9 majori sui parte mutilum, in Reinesio Claß. XVII. num. 176. mirè confusum, utcumque è schedis Barberinis emendatum damus. L

34 D M

A 34 D M

NICOPOLI · FECIT · T · AELIVS · AVG · LIB · STEPHANVS · CONIVGI
ИAE · ET · SIBI · ET · SVIS · LIBERTIS · LIBERTABVSQ · POSTERISQ
C·MONVMENTVM VENDERE·AVT·ALIENIGENARE·VOLVERIT·DABIT·AERARIO· POPVLI ROMANI
B POST · ME · EXTERVM · CORPVS · INTVLERIT · AVT · IS · QVI · EMERIT
IN · F · P · X IN · AG · P · XII

AE · PATIENS · VIS · SCIRE · VIATOR
TRIS·TITVLIS·QVID·NOSTER·ARATOR
AS · PAVLVM · CONSISTE · DOCEBO
QVI·QVONDAM·CARISSIMA·CONIVX
C FLAVIA · NICOPOLIS
RA · MIHI · CVM · VITA MANEBIT
QVIES · NISI · MORTIS · IMAGO
A · PVERI · DEI · · · · · · · · · ·
DIRE · ITERABO · · · · · · · · · ·

FLAVIA · NICOPOLIS · NOMEN · DVLCE · TVVM
ET · TVMVLO · SPARGAM · SAEPE · MEAS · LACRIMAS
O·MIHI SI SVPERI VELLENT · PRAESTARE · ROGANTI
VEL · ROSEO · VEL · PVRPVREO · VIOLAEQ · NITORE
VT·AVE·PRAETERIENS·GRESSV·TARDANTE·VIATOR
VIDERIT·HOS·FLORES·TITVLVM·LEGAT·ET·SIBI·DICAT
HOC · FLOS · EST · CORPVS · FLAVIAE · NICOPOLIS
VT·TVO·DE·TVMVLO·FLOS EGO·CERNERE· NOVVM
CRESCERE·VEL·VIRIDI·RAMO·VEL·FLORE·AMARANTI

D Fieri quidem potuit, ut pro libationibus, & parentalibus ſacrificiis, ad reſpergendas cineres, ſeu aquâ illâ quæ Feſto *arferia*, vel *arferial*, aut *adferial* dicitur,
E ſeu vino, ſeu victimarum ſanguine, lacte, vel unguentis, foramina illa inſervierint, juxta ea quæ erudite in hanc rem congerit Kirchmannus lib. II. cap. II, apud
F ipſum fuſius videnda: Sed ubi paterna, vel coniugalis dilectio lachrymas probabiliter expoſcebat, hæc potiùs, quam alia quæcumque libatio, piiſsimo dolori
G exſaturando videtur indulgenda.

Crateres igitur ab extraneis vel incertis exculptos, libationibus peragendis aſſignabimus, eoſque præſertim qui in-
H ſtrumenti genus præſeferunt manucleatę paterę ſimile, ut in ſequentibus lapidibus,

35 D · M
Q · VALERIO
TER TVLLO



FRATR ES
K BENEMER · FECE R

Grut. pag. DCCCLIII. 1

36 TI· CLAVDIO. ZEVXE
TI · CLAVDIVS · ERASTVS
L FECIT·LIBERTO·SVO·BENE
MERENTI·VIX·AN·IV

ſimilis

Apud Nobb. de Cinciis.


37 D M SA

ſimilis

Via Appia lap. IV.

alioſvè, qui longiuſculo, vel obliquo curſu lachrymas, quibus nîl citius areſcit, exſiccaſſent brevi, ut ſunt iſti.

38



Baſis in Hortis Pamphiliis ad Viam Aureliam, in qua ex vaſculo A in formam laucis excavato, in cinerariū B per canaliculum occultum humor deſluebat.

39



Columnula in quadam Vinea è regione Divæ Agnetis, è vaſe A dimidia ſui parte extante per canaliculum occultum A B in ſuppoſitos cineres libationes tranſmittens.



Eſt apud Gruterum pag. DXCIX. 1, & in marmoris ſuprema parte circa pineam ſex foramina supernè indicantur: ſed eorum concurſum in rectum ductum A B obſervavimus & ſupplevimus.

Finem

Finem huic nostræ notationi de foraminibus ad lachrymas, seu libationes excipiendas, simulque de Geniis, initium afferet noster hic lapis, A

IV HERMA DE · SVO DAT B



C

GENIO·CANONIS·ATTALI LIBERTI

GENIO·PASICLENIS ATTALI · SERVI

incuriosè à Sponio exscriptus Sect. III. pag. 101; ex quo alteri de Geniis dissertatiunculæ locus fiet. Crederem porrò funebrem fuisse hanc inscriptionem, non *dedicatoriam*, ut Sponius intellexit. Quamvis enim, juxta vulgarem quandam acceptionem, per quam *genii* viventium, mortuorum autem *manes* dicuntur, Canoni & Pasicleni ante eorum obitum elogium hoc positum videri possit: attamen perfacilè, nullâque vi verbis illatâ, formulam hanc DE SVO DAT, locum nempe sepulturæ, ad mortualia trahemus, ut in hac Gruteri inscriptione, pag. CMLXXXV. 2,

40 L·MEVIVS·L·L
PHILEMO
MEVIA·L·L
HILARA·DAT
DE·SVO

& expressè habetur in hac alia;

41 CRITONIA·Ɔ·L·NICE
LOCVM·DAT·ET·PETILLIAE
L·L
ALEXANDRO·VIVEIS
OB·FIDELITATE·ET
OFICEIS·MONVME
VIX

Sub sepulchro Cæciliæ in lapide Tiburtino.

additâque hac eâdem clausulâ DE SVO in hoc Villæ Corsinæ fragmento.

42 AS· DO D
NAVIT·AMI
CO·CARIS
SIMO·LOCV E
M·EVTYCHO
TABELLARI
O·DE SVO

Quin, & simplicia ista verba DE SVO, aut etiam DAT vel DEDIT, in funebribus adhibentur, ut in sequentibus. F

43 SALLVSTIA·PHOEBE
SIBI·ET·P·PETRONIO G
P·F·PAL·RVFO
PATRI·DE·SVO·ET
P·QVINCTIO·REPENTINO
CONIVGI·SVO·INDVLGENTISSIMO H
ET·LIBERT·LIBERTABVSQ·EIVS
POSTERISQ EOR·ET QVIBVS DONAVI·DONAVERO
IN·FR·P·XIIII·IN·AGR·P·XII

Grut. pag. DCCXXXVI. 9

44 TI·CLAVDIO·PHOEBO I
VIX·ANNIS·XXXV
NATALIS·DE·SVO
P·PONTIVS·MAXIMVS·ET
C·PONTIVS·PAVLVS·ET K
C·PONTIVS·PONTIANVS
F · H

Idem pag. DCCCLXV. 16

45 DIS·MANIBVS·SACRVM L
P·PAQVI SCAEVAE
NICEROS·ET·FELIX·ET·HYMETVS·LIB
DE·SVO

Ex Vinea Ottini ad Portam Latinam.

46 DIS

A 46 DIS · MANIBVS
C·IVLIVS·C·F·MARCELLVS
VIXIT · ANNVM
ET · MENSIB · IIII
B IVLIA · DAEDALIS · MATER
INFELICISSIMA · ET
GALATIA·SOROR·DE SVO
Villa Cæsarina.

C 47 DIIS · MANIBVS
SACRVM
M· VIPSANIVS·PHILOXENVS
M· VIPSANIO·MOSCHO
D FRATRI · DE · SVO · QVI
VIXIT · ANN · XXXX
Vinea Sciarra Via Aurelia.

48 IVLIA · ADEPTA
E HIC · ADQVIESCIT
L · IVLIVS · CVPITVS
MATRI · ET · SODALES
DE · SVO · ET · PERPETVA
F F I L
Ex ipsomet Sponius pag. 171.

49 DIS · MANIB
C · IVLIO · MEROD
G BENEMERITO· V· A· LVII
ZOSIMVS · VERN · D · S
In Hortis Alteriis.

50 SEX · RAECIO ❦
H SEX · L · STEPHANO
AMICI · DE · SVO
è schedis Barberinis.

51 QVARTILLAE
I ANTONIAE · DRVSI · L
DORIO · TOPIAR
MATRI·MERITAE·DAT

K 52 AGATHOPVS
TI · GERMANICI
PHRONIMVS · DAT
MERENTI
è meo veteri MS. utraque.

53 C·VOLTILIVS·C·L·ANAXENOR
DAT P·OPPIO·P·L
ACILIAE · M · L
è schedis Barberinis.

54 D · M
M · POPILLI
APOLLONI
C·LVCILIVS
SVCCESSVS
AMICVS · DE · SVO
Grut pag. DCCCLXXXV.9

55 PHILETVS · L
M · LAETORIO · INGENVO
D A T
Idem pag. DCCCCLXXXIIX.8

56 APHAREVS . IVLIAE
AVG · L · OPSON
D A T
LIVIAE · HILARAE
Florentiæ.

57 PRIMA . VALERIA
RVFVS·SVAE·COIVGI·DAT

58 RVBRIA · SEX · ET
Ɔ · L · GEMELLA
C · NAEVIVS · C · Ɔ · L
FELIX · DEDIT
Ex Museo Sabatino utraque.

59 Q·CALPVRNIVS·Q·L·FELIX
DEDIT · FRATRI
Q·CALPVRNIO Q·L·EVPH MIONI
Villa Corsina.

60 D · M
C L A V D I A
R H O D O P E S
C L A V D I V S
S E M N V S
C O N I V G I
BENEMEREN
TI · DEDIT
Grut.pag.DCCLXXI.4

L 61 L · LVCANIVS · L · L · ALYPVS CVRATOR QVINQ

D A T	D A T
M · OBELLIO · M · Ɔ · L	M · OBELLIO · M · Ɔ · L
SECVNDIONI	TERTIO

Hortis Matthæiis.

Nec

Nec dubitari ſinunt in noſtra inſcriptione, ſcutellæ illæ pertuſæ pro lachrymis ſeu libationibus, Sponio vel non viſæ, vel non expenſæ. Minimè autem repugnat, Genium in funebri inſcriptione invocari: ſatis quippe frequenter *Genius* defuncti pro ipſius *Manibus* enunciatur, prout *Genius* (ita Appulejus de Deo Socratis) *eſt animus humanus exutus & liber ſtipendiis vitæ corpore ſuo abiuratis: hunc vetere Latinâ linguâ reperio Lemurem dictitatum. Ex hiſce ergo Lemuribus, qui poſteriorum ſuorum curam ſortitus, pacato & quieto numine domum poſſidet, Lar dicitur familiaris: qui verò propter adverſa vitæ merita nullis potitis ſedibus, incertâ vagatione, ceu quodam exilio punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, cęterùm noxium malis, hunc plerique Larvam perhibent: cùm verò incertum eſt, quæ cuique eorum ſortitio evenerit, utrum Lar ſit, an Larva, nomine Manium Deûm nuncupant; honoris gratiâ Dei vocabulum additum eſt*.

In hanc profectò ſententiam Genium cum Manibus confundunt, hæ noſtri Muſei inſcriptiones, aliæq. ſubſequentes, quarum prior, ad evidentiam oſtendit eam, quam Cap. antecedenti pag. 59. adverſus Sponium adnotavimus, inter Livjam Druſi Cæſaris, & Livjam Aug. (quæ hìc, tanquam poſt adoptionem, Iuliæ nomine utitur) diverſitatem.

V

GENIO
C·IVLI
AVGVSTAE
L·PROSOPAE
DELICII·IPSIVS
ET·LIVIAE·DRVSI
CAESARIS
VIX·ANN·IX

* VI

* DIS·PARENTIVM A
ET·GENIO·VITVLI
FECIT·MATER·F·PISSIMO

62 D M B
M·ANTONI
M·F·EARINI
ET·GENIO EIVS C
ANTONIA·TER
PSICORE·ET
EARINVS·PAREN
TES·MISERRIMI D
FILIO·PIISSIMO
Flaſtræ in Piceno.

63 DIIS·MANIBVS
LVCIVS·IVLIVS·PROCLVS E
LVCI·FILIVS
VIXSIT·ANNOS·VII
MENSES·III·GENIO VIVS *ſic*
Villa Corſina ſub ſtatua pueri.

64 GENIO F
L·IVLIO·L·F·MAGO N
VIXIT·ANNIS·XV
·MESIBVS·VI·DIEB·XX G
Ibidem ſub ſimili ſtatua.

65 DIIS·MANIBVS
ET·GENIO
C·FLAVII·HERMETIS H
AVG·LIB
AB·EPISTVLIS·GRAECIS
IVLIA·ANTISTIA·MATER
INFELICISSIMA·FILIO I
DE·SE·B·M·CVM·LACR
P
VIX·AN·XVIII·M·V·D·XIII
Grut. pag. DLXXXVII. 1 K

66 C·ASINI
C·L·FELICIS
FABRI·GENIO

iſtam inſcriptionem è ſchedis Barberinis L
excepi, cui continuata legitur & ſequens, ejuſdem C. Aſinii peculiare artificium aperiens.

67 ASI-

A 67
ASINIAE · C · L · AMMIAE
MATRI · FELICIS · FABRI
BALNEATORIS

B 68 DEIS · ET · GENIO
RHODONIS
DOMITIAE · AVG · SER
EXACTOR · HERED
C LEGAT · PECVLIOR
VIX . ANN · P · M · XXIIII
RHODINVS · FRATRI
OPTIMO · PIISSIMO
D ET · GEMINO
SIBI · FECIT
Grut. pag. DXC. 2

69 GENIO
E COETI · HERODIAN
PRAEGVSTATOR
DIVI · AVGVSTI
IDEM · POSTEA · VILLICVS · IN
F HORTIS · SALVSTIANIS
DECESSIT · NON · AVGVSTIS
M · COCCEIO · NERVA
C · VIBIO · RVFINO CoS
G IVLIA · PRIMA · PATRONO · SVO
Idem pag. DCII. 4

70 G · D · N *Genio Domini Nostri*
T · POMPEIVS
H PEREGRINVS
AMICVS
Nemausi ex D. Graverolio.

Funebres quidem sunt istæ omnes; sed expressiùs sequens sumptionem nostram probat, quippe quæ Diis insimul Manibus & Genio inferno reliquias hujus adolescentis consecrat.

C · ASINIO · FELICI
FABRO · BALNEA
TORI · VIXIT
ANNOS · XXXIV

71 D · M · S ·
M · VETI · DECEMBRIS
FILI · PIISSIMI · RELIQVIAE · ANNO
RVM · XVIIII · CONSECRATAE · PIE
TATI ET · GENIO · INFERNO · AB · M · VETIO
TROPHIMO · ET · VETIA · LVPVLA
PARENTIBVS
Museo Ciampino.

Alius hujus nominis intellectus est, ut Genius sit ipse humanus animus dum in corpore versatur; sic enim idem Appulejus ex Platonicorum placitis, *In quodam significatu animus humanus etiam nunc in corpore situs Dæmon* (ideſt Genius, ut infrà explicat) *nuncupatur*: moxq. subdit, *quoniam is Deus qui est animus sui cujusque, quamquam sit immortalis, tamen cum homine genitur*; quæ est ipsa Genii etymologia Censorini de Die Nat. cap. III, *à genendo Genius appellatur*. Conformia sunt prædictis hæc D. Augustini verba lib. VII. de Civ. Dei cap. XIII, *Genius est uniuscujusque animus rationalis*. Idem verò qui in hominibus *Genius*, in mulieribus *Iuno* vocabatur, teste Plinio Hist. lib. II. cap. VII, & Senecâ Epist. CX: unde ex observatione Turnebi Advers. lib. XVI. cap. XIX. viri adiuratio apud Tibullum per Genium, mulieris per Iunonem concepta fuit; quod optimè explicatur per hanc Mediolanensem inter Collectanea Archinti.

72 * INNOCENTI · CVM · ENGRATIO · VIVAS
K GEN · ET . HON *Genio & Honori*
MAGI · GERMANI · STATORI
MARSIANI · EQ · R · E · P · DEC · DEC · V *Equo Publico*
EX. Ↄ · IIII · COLL · FAB · ET · CENTON *centuria IV. Collegii Fabrum &*
CVRATOR · ARK · TITIANAE · COLL · SS *Centonariorum*
L * ANNI · CLI · * COLON · C · A · F · MED
ET IVNONI
CISSONIAE · APHRODITI · EIVS
Ↄ · XII · COLL · S · S · PATRONIS *Collegii suprascripti*
PLVRA · MERENTIBVS
INNOCENTI · QVI · SIC · AGIS · BENE · VIVAS

Et hinc tot apud Gruterum dedicationes, tum Geniis T. Attilii Vibiani pag. MXVIII 1, Cassii Signiferi pag.DXXXV.9, M. Issuni Proculi pag.CXI.10,T.Optati pag.XLVI.9,Similis p.CXI.11,& Geniis Cæsarum passim; tum Iunonibus Claudiæ pag. XXV. 9, Iuniæ C. Silani filiæ Torquatæ pag. XXV. 10, Gavjæ Albanæ pag. XXIV. 13, Iuliæ Aufidenæ ibidem n.14, & Cleopatræ p.CMXLIV.23; quibus *Rubriæ* & *Dorcadis* Iunones ex nostris hic addo.

73 IVNONI
RVBRIAE
VICTORI
NAE
Sub protome mulieris
Ex schedis Barberinis.

74 IVNONI
DORCADIS
IVLIAE · AVGVSTAE · L
VERNAE · CAPRENSIS
ORNATRICIS
LYCASTVS · CONLIBERTVS
ROGATOR · CONIVGI
CARISSIMAE · SIBI
Vinea Nobb. de Naris ad Salariam.

Hæc itaque opinio tot Iunonibus visis, & quia etiam ita interpretatum observo eruditissimum Reinesium Epist. LXIX. pag. 655, apud me prævaluit, præ jis, quę dubius scripseram de Colum.Trajan. cap.VIII.pag.247.D. Et hinc profectò adulatores effeminatorum Romuli nepotum in quos stylum acuit Iuvenalis Sat. II, non per eorum Genium, utì de viris decuisset, sed per Iunonem novo more, tanquam in mulieres versorum, jurabant,

Et per Iunonem domini jurante magistro.

Ex utrâque adducta sententia mixtam opinionem præsefert hæc inscriptio;quatenus viri viventis Genium cum Genio defunctæ coniugis copulat,cui viventi sua Iuno danda foret. A

75 D · M
M · PERPENNA
FELIX · POSVIT
SIBI · ET · GENIO B
SVO · ET · CONIV
GIS · SVAE · QVE
VIXIT · MECVM · A
NNIS · XV C
M · III · D · XV
è schedis Barberinis.

Tertia Genii significatio est, ut sit media quædam potestas inter hominem & D
Deum, prout eleganter explicat Plutarchus de Cessat. Orac. *Naturas esse quasdam, veluti in confinio Deorum atque hominum interpositas, motibus quibus* E
mortalia afficiuntur, mutationibusque obnoxias necessariis, quas Genios majorum instituto appellari rectum est,ac censeri,& coli. Hujus argumenti exemplum F
Xenocrates Platonis sodalis proposuit formas triangulorum; cùm Divinæ naturæ conferret æquilaterum triangulum; mortali, omnibus inæqualibus lateribus con- G
tentum; Geniorum, id quod duo latera æqualia, eademque reliquo inæqualia habet. Aequilaterum enim undequaque æquale est; secundum usquequaque inæ- H
quale; tertium & æqualitatem & inæqualitatem habet: atque huic Geniorum naturæ respondet, affectiones humanas in se habens, juxtaque vim divinam. I
Parùm diversè Appulejus, *Cæterùm sunt quædam divinæ mediæ potestates inter summum æthera & infimas terras in isto interstitę aëris spatio, per quas & deside-* K
ria nostra & merita ad Deos commeant: hos greco nomine δαίμονας nuncupant, inter mortales cęlicolasque vectores, hinc precum,indè donorum; qui ultro citroque L
portant hinc petitiones,indè suppetias,ceu quidam utrinque interpretes & salutigeri. Ex hac eâdem Geniorum classe, *Plato* (ut ver-

A (ut verbis ejusdem Appuleii utar) *autumat, singulis hominibus in vita agenda testes & custodes singulis additos, qui nemini conspicui, semper adsint, omnium
B non modo actorum testes, verùm etiam cogitatorum. Ac ubi vitâ editâ remeandum est, eundem illum, qui nobis præbitus fuit, raptare illò, & trahere veluti custo-
C diam suam ad judicium, atque illic in caussa dicenda assistere; si qua commentiatur arguere; si qua vera dicat asseverare: prorsus illius testimonio ferri sententiam.*
D Hanc eandem curam *observandi & regendi humanas actiones*, tribuit hisce Geniis Plutarchus in Opusc. de Fato, fuitque prima opinio Censorini dicto cap. I,
E *Genius est Deus cujus in tutela ut quisque natus est vivit*; quam ex Platone propagatam doctrinam, *utique*, inter tot deliramenta, *scintillam de face veritatis*
F *divinę* vocat Barthius Adversf. lib. LII. VII



G

H

I

K

L

cap. XII. Exornarunt alii, ut *duplex omnibus omnino Genius sit appositus*, ut ex Euclide Socratico, & Lucilio libro Satyr. XVI. profert Censorinus; quod paullò explicatiùs ita ait Servius ad lib. VI. Aeneid. vers. 717. *Est & aliud verius, nam cùm nascimur, duos Genios sortimur; unus est qui hortatur ad bona, alter qui depravat ad mala; quibus assistentibus post mortem, aut asserimur in meliorē vitam, aut condemnamur in deteriorem.*

Quartò dici potest, antiquos, ex Festi Pompeii traditione, quam præcipuè Divus Augustinus insectatur, *Genium appellasse Deum, qui vim obtineret rerum omnium gerendarum.*

Communiùs, equidem, inscriptiones (quarum occasione hanc arenam ingressus sum) Genio viventium nuncupatas videmus, vel ut animo humano, vel ut bonæ cuidam ipsius animi cupidini juxta Appulejum: Cujus generis est ista, quam paullò ante ex Grutero pag. CXI. 11. laudavimus; & nuper Museo quæsitam, hìc emendatiorem cum explicatione offerimus. Nam non caput bubulum in cornice, & mortariolum infernè, (ut Smetio visum fuit) sed supernè Clavam Herculis, infrà verò, columnam cum suo toro basi insistentem, dubio procul agnoscimus.

Dedicatam igitur hanc Arulam Herculi, tum ex Clava, tum ex subdita Columna, allusione ad Herculeas Columnas, ab eo ad Fretum Gaditanum statutas, hinc scilicet ad Abilam, indè ad Calpen, argumentor: Et præcipuè quia, dedicatio pro Domini salute, à FAMILIA, servorum nempe communitate, facta fuit. Herculis quippe numen Servis tutelare fuisse, ait Herodotus lib. II. cap. XIII, ubi de Templo ejusdem

pro asylo Servorum erecto apud Aegyptios meminit: Et ex hac etiam inscriptione, Herculeæ Clavæ per servos insculptâ, aliaque trium Servorum Actorum epigraphe, optimè adstruitur.

76



è schedis D. Cameli.

77 HERCVLI·CONSERVA
TORI·SACRVM
CRESCENTIANVS·FLORVS
ET·TYCHIVS· ACTOR
ES·EX·VOTO·FECER

Ex schedis Vaticanis.

Geminos fratres *Hierum* & *Asillum* tanquam formâ insignes, ingenuos nescio, an Servos, celebrat Martialis lib. IX. Epig. ultimo. Isti ne iidem cum nostris fuerint, credat cui libet.

SIMILEM hunc (quem in Indice nominum præteriit Scaliger) eundem esse, qui imperante Hadriano Prætorii Præfecturam exercuit, non esset omnino vanum credere. Hujus est egregium illud epitaphium apud Xiphilinum lib. XV. ΣΙΜΙΛΙΣ ΜΕΝ ΕΝΤΑΥΤΑ ΚΕΙΤΑΙ ΒΙΟΥΣ ΜΕΝ ΕΤΗ ΤΟΣΑ ΖΗΣΑΣ ΔΕ ΕΤΗ ΕΠΤΑ *Similis hic jacet, cujus ætas tot tantorumq; annorũ fuit, ipse septem tantùm annos vixit*: cui importunè manus attulit Salmasius in Hadriano, ita ut omnem leporem ac vim sententiæ irrequietâ suâ crisi sustulerit: quot enim annos, tantum quam malè perditos, quippe quos aliis A
potiùs, quàm sibi vixerit, nullo numero haberi voluit, ille præter mentem Similis enumeravit, ΤΟΣΑ in ΕΤΗ · N̄, *annos quinquaginta* immutando. B

Post tot inter se confligentes Gentilium opiniones, addamus & hasce pro coronide, *Genium* nempe, *nobiscum gigni*, cum Censorino, & Appulejo: vel C
esse Deorum filium, parentem hominum, ex quo homines gignuntur, cum Festo.

Fiunt quoque tales dedicationes, nec rarò, Geniis ipsarum rerum, vitâ & ani- D
mâ carentium, corporisuè alicujus politici, cùm *uniuscujusque loci Deum Genium esse putârint*, ut ait Festus; vel, ut Servius ad lib. I. Georg. vers. 302. *Ge-* E
nium autem dicebant antiqui naturalem Deum uniuscujusque loci, vel rei, aut hominis, in quod ludit Prudentius ad Symmachum lib. II. F

Quanquam cur Genium Romæ mihi
fingitis unum?
Cùm portis, domibus, thermis, stabu-
lis soleatis G
Adsignare suos Genios? perque omnia
membra
Vrbis, perque locos, Geniorum millia
multa H
Fingere, ne propriâ vacet angulus ul-
lus ab umbrâ.

Exempla quamplurima suppetunt ex Grutero & Reinesio, quibus mea quo- I
que subtexam; & primo loco hoc arulæ fragmentum, novâ imprecationis formulâ singulare, quo nostrum Museum exornatur. K

VIII QVIS. *HANC · ARA
LAESERIT · * HABEAT
GENIVM · IRATVM L
POPVLI · ROMANI
ET · NVMINA · DIVO
RVM

78 GE-

A 78 GENIO · CONSER
VATORI · DOM
BALBINORVM
SACRVM
B D · CAELIVS · SEX · F
ESQVILINA
CALVINIANVS

C 79 GENIO · COLONIAE
L · TETTIVS · L · F · FVFIVS
EQ · SINGVL · ET · L · TET
TIVS · GRATIANVS · VETE
D RANV · EQ · EX · VOTO
SVSCEPTO
L · D · D · D
Apud Authorem Vitæ Colotii utraque.

E 80 D · M · G · L · F · PARENTES
ASTO · FILIO · DVLCISSIMO
VIXIT · ANN · XV
è schedis Vaticanis.

F *Genio loci fecerunt*, explicandum puto, ex hac alia apud Reinesium Class.I.num. 28. ubi expressè.

81 I · O · M · IVNONI · RE
G GINAE · MINERVAE
ET · GENIO · LOCI · T · FL
PEREGRINVS · 3
LEG I · MIN · PRO · SE
H ET · SVIS · V · S · L · M
DVOBVS · SILA
NIS · CoS

82 GENIO
I MVNICIP · ·
SACRVM
Q · AVRELIV · ·
FAVSTINIAN · ·
K *Fragmentum in Vinea Bevilaqua sub Marino.*

83 GENIO
FAMIL · MONETAL
DEMETRIVS · CAES · N · SER
L EPAPHRODITIANVS
DE · S · P · D · D
Hortis Perettis.

mutila apud Sponiũ in Miscel. pag. 101.

84 GENIO · COL · PVT · P · ACILIVS
HERMEROS
Neap. ex Capac.

85 GENIO
MVNICIPI
C · TAIONIVS
CIPAERVS
PATER · ET
C · TAIONIVS
CIPAERVS · FILIVS
D D
Præneste apud Fantonios.

86 GENIO
NORICORVM
L · IVLIVS · BASSVS
STATIONARIVS
EORVM
D · D
Hortis Palumbariis.

87 GENIO
NVMINIS
FONTIS · SERMON
CHRYSEROS
CAESARIS
NOSTRI · LIB
GANGALA
Ex schedis Barberinis.

88 IOVI · CVSTODI
ET · GENIO
THESAVRORVM
ARAM
C · IVLIVS · AVG · LIB
SATYRVS
D D
Hortis Nigroniis in Pincio.

89 GENIO · CENTVRIAE
SEX · PANNICIVS · SEX · F
TROM · VALENS
VETERANVS · D · D
Theano ex schedis Barberinis.

Genium Decuriç, habes Cap.I.inscr.341. Sequentem inscriptionem ex Itin.Ital. P. Ioannis Mabillonii refero, ut quò frequentiùs per me fieri potest Viro piissimo &

mo & doctissimo meritas laudes pro meo modulo retribuam. A

90 GENIVS · THEATRI

machina versatilis — *Sculptor* — *Pallas* — *Iupiter sedens* — *Apollo* — *sacrificans ad Aram* — *serpens cristatus* B

LVCCEIVS · PECVLIARIS · REDEMPTOR · PROSCENI
EX · BISO FECIT

Addo eruditam ejusdem explicationem pag. 103. *Iohannes Petrus Paschalis è Soc. Iesu exiguo libello has figuras explicavit; itaut prima figura machinam versatilem ad sustollendos lapides grandes, secunda Sculptorem vel Architectum, tertia Palladem, quarta Iovem sedentem, quinta Cupidinem, sexta Senatorem qui impensas operi suppeditabat, septima denique Vulturnum fluvjum significari existimet. De quatuor primis explicationibus, vix ulla difficultas: alias, non facilè admissuri sunt viri eruditi. Nam & quinta Apollinem refert meliùs quàm Cupidinem, qui nudus pingi solet: sexta sacrificum qui Genio Theatri sacrificat, dextrâ craterem effundens in Aram, sinistrâ flores in cornucopiæ gestans. Nam Genio res sacra fiebat mero & floribus, ex Varrone & Censorino. Apud Oiselium Tab. XLII. Genio Augusti eodem modo sacrificatur. Porrò Genium, Serpentis imagine aliquando significatum fuisse, præter Rosinum, Virgilius auctor est. Aeneid. lib. V. Vnde septima figura sine dubio exhibet Genium Theatri, ut titulus superpositus indicat. Sic apud Grut. p. CXI. Genius Theatri Pompejani, apud Reinesium pag. 183. Genius Theatri Augusti legitur. Sed hæc viderint alii.* Hæc, V.Cl. meliorque aliô, nostrorũ temporum Vlysses, C
Qui mores hominum multorum vidit, & Vrbes,
ut literas reconditas & exquisitas ab oblivione vindicet, & literatis viris, quos D præcipuè invisere gaudet, suis encomiis ornamento sit; quod non sinè rubore de me dico, quem huic cœtui, immeritum E quamvis, adscribere, &
Stellis inserere & concilio Iovis,
dignatus est.

Veritatis studium, ipsiusque humanitas, non deterrent me, quò minùs de F quinta illa, quam dicit, Apollinis figura contra sentiam, camque * Dianam *altè succinctam* repræsentare certò credam: G muliebris quippe est ille vestitus, & omninò similem, cum arcû, pharetrâ, & venabulo (quod Soli usquam appictum non memini) nummi octauvs & undecimus Tab. L. apud Oiselium exhibent; ut H marmora prætermittam, ex quibus, emendationis tantùm gratiâ, Dianam in Fornice Constantini indicare visum est; I cui lunulam in capite aufero, ut vittam seu mitellam reponam, & pharetram super humero dextro restituo; in utroque enim peccatum est per pictorem in Admirand. Roman. Antiq. Tab. XXIX. K

Sed jam à diverticulo in viam redeo.

91 L · PINARIVS · RVFVS · OB · HONOREM
AEDILITATIS · IMAGINEM · GEN··· L
MVNICIPI · LILYBITANORVM · EX · ARG · R · V · P · S · P

ex Gualthero, qui legit, *vivus pecuniâ suâ*; sed nos, *ex argento rudi quinque pondo suâ pecuniâ* legendum credimus.

Genios istos locales, tutelæ scilicet

cujusvis

A cuiusvis loci adscriptos, *Tutelas* absolutè vocari reperio à Petronio Arbitro in Fragm. Tragur. pag. 41, *ita Tutelam bujus loci habeam propitiam*; Vnde in
B eandem sententiam hanc Gruteri inscriptionem interpretor, quæ est pag. CV. 2,

92 DEO · TVTEL
GENIO · LOCI

C & non duplex, sed unum idemque Numen in ea contineri opinor.

93 TVTELE · CANDIDIANE
CONSTANTIVS · AVGG
D ET · CAES · TABVL · S · C
VNA · CVM · SERGIAM
SIRICAM · CONIVGEM
E SVAM · CAELVM
CVM · COLVMNIS · ET
VELIS · ET · ARAM
ODORIBVS . RE
F PLETAM · ERGA · SVO
RVM · SANITATEM · D · D
Inter Thermas Titi, & S. Clementem in Ara.

94 D · O | T · V · T | N · V
G E · L · E
· C ·
NEMON ·
H IVS
HILAPVS *sic*
PRO SALV
TE IRENE
I I COM · M
MENTARESE
Arula pedalis in Museo Ciampino.

95 TVTELE · LOCI
K CL · SERGIANVS
DECVRIAL
ET PROC · R · H · C · S *rivi huius cursus supernatis*
L *Hortis Theophilis sub Cælio.*

Et hinc GENIVM TVTELAE SALVTIS *Constantii Cæsaris* APPOSITVM vocavisse credo Ammianum Marcellinū lib XXI. cap. XIV, qui etiam Menandro Comico, quem laudat, *μυσταγωγὸς τοῦ βίου*, i. *deducens per bujus vitæ spatia* dicitur.

Modò, quia Genios & Manes connexos suprà vidimus, de istis quoque aliqua breviter percurrere, expediens fuerit. Summa eorum distinctio, quam eruditè (ut assolet) Dissert. III. cap. IV. ad Cenotaph. Pisan. pertractat Eminentissimus tum gradu, tum doctrinâ Henricus Cardinalis de Noris, meriti honoris ergò semper cum laude mihi prędandus, ea est, ut vel ipsæ defunctorum animæ, vel Dii Inferi, quorum imperio post separationem à corporibus subditæ fierent, nomine Manium venirent. Vtrumque (quamvis alterum cum altero pugnans) ex ęquo ferè ab Ethnicorum superstitiosâ cęcitate usurpatum videbis. Integrum Gruteri Thesaurum transcribere opus esset, si ad partes id probare vellemus: Attamen, ut aliquibus selectioribus elogiis intentum adstruamus; nīl aliud, quàm animas defunctorum, intelligi sinunt ea quæ sequuntur.

EX REDITV · H · S · BINVM · MILLIVM
N · MANES · MEOS · COLATIS
pag. CCCXXII. 4

MANIBVS · HIS · QVIETI PARITER ·
SOCIAVIMVR · VNA
pag. DCLVI. 2

MANIBVS · ET · MEMORIAE · EVPHEMI. KARI · ALVMNI
pag. DCLVIII. 2

OBTESTOR · MANES · MERITAE ·
SANCTAEQVE · PATRONAE
pag. DCCXVIII. 1

MANIBVS · ATQVE · MEIS · NATI ·
PIA · VOTA · DEDERE
PERSOLVERE · MEIS · MANIBVS ·
INFERIAS
pag. DCCXXXIII. 9

VMMIDIAE · MANES · TVMVLVS ·
TEGIT · ISTE · SIMVLQVE
PRIMIGENI · VERNAE · QVOS ·
TVLIT · VNA · DIES
pag. DCCCXCV. 10

SVSCI-

SVSCIPE NVNC · CONIVNX · SI
QVIS POST FVNERA SENSVS

· DEBITA SACRATIS MANIBVS A
OFFICIA *pag. MLVIII. 1*

96 M · ANNIDIVS · M · L · PONTICVS · SIBI · ET · SABINI
DOCTA·LYRA·GRATA·ET·GESTV· FORMOSA· PVELLA
HIC · IACET · AETERNA · SABIS · HVMATA · DOMV B
CVIVS · FATALES · PENSARE · OPTAVERAT · ANNOS
PONTICVS · HVIC · CONIVX · VLTIMA · DONA · DEDIT
HVNC·TITVLVM·SOCIOS·MANES·COMMVNE·SEPVLCHRVM
Fani Fortunæ ex schedis Barberinis. C

97 D · M ♁
AGATHEMERI
ET · GLYCIA
AGATEMERIDI
ET · EVPORIAE
FILIABVS
MERENTIBVS
FECERVNT
ET · MANIBVS
EVPORI
In Ædibus Eq. Gualdi sub Quirinali.

98 MANIBVS
T·FLAVI
SEVERI
HYPEREPHAN
AVG · LIB · F
Villa Iustiniana.

99 EVVODIAE
DIS · MANI
BVS · EVVO
DVS · POSVIT

100 MANIBVS · CAL
PVRN · PROCVLAE
è schedis Barberinis utraque.

Qui plura argumenta quærit, doctissimum Norisium loco paullò ante laudato adeat; nam nos inscriptionibus potissimùm rem conficere contenti sumus.

Ex iisdem, contrariæ quoque sententiæ fundamenta eruuntur; Manes scilicet numina esse infera, quibus *addictæ*, idest, ut Nonius explicat, *devotæ*, vel *obnoxiæ* animæ morte obitâ credebantur. Expressum habes pag. DCCCXLIII. 2.

VIXISSES NEV TE SVRGENTEM
IN VOTA TVORVM
ADSPICEREM ADDICTAM D
MANIBVS IRE SACREIS

Et toties hoc ipsum intelligere necesse est, quoties in humanis adhuc agentes, sibique tumulos aut titulos ponentes, eos E Diis Manibus dicabant; de quo innumera extant apud Gruterum exempla; ultra quæ, ne alienâ tantùm ope juvemur, hæc duo è nostris marmoribus, aliaque è no- F stris Collectaneis depromimus.

IX
D M
PEDVCAEA · IRENE · FECIT G
SE · VIVA · · CEPOTAFI
VM · QVOT · CONTINET
IN · F · P · XX H
IN · AG · P · XX

X
D · M
Q · BRVTTIVS · SECVNDVS I
SE VIVO ·
SIBI·HER·POSTERISQ·EOR

101 D · M K
L · RVPILIVS
AMETHYSTVS
FECIT·SIBI·ET·SVIS
LIBERTIS·LIBERTABVSQ L
POSTERISQVE
EORVM
Vinea Caroli Valle.

102 D·M

A 102 D · M
M · ANNIVS · HYLAS
ET · MAMMIA . IVSTA
ET · M · ANNIVS · STATIANVS
B FILIVS · FECERVNT · SEBIBIS
SIBI · ET · SVIS · LIBERTIS
L · Q · POSTERQ · EOR
In muro Vin. Carthus. Via Praenestina.

C 103 D · M
C · CANINIVS · TIMOT
HAEVS · ET · CAMVRENA
HELPIS · SEVIVI · FECER
D VNT · SIBI · ET · LIBERTIS · LIBE
RTABVS · POSTERISQVE · EORVM
Vinea Puell. Mendic. Via Appia.

104 D · M
E M · ATTIVS · ADIVTOR · SIN
SEVIVO · FECIT · SIBI · ET · LI
BERTIS · LIBERTABVSQVE
POSTERISQ · EORVM · OMNIVM
F ITAVT · NE · DE · NOM · EXEAT
Mariui apud D. Ab. Bolam.

105 D · M
L · MESTRIO
G STEPHANO
FECIT · SIBI
ET · MESTRIO
FELICI · LIB · SVO
H *è schedis Barberinis.*

106 P · MANILIVS · THALAMVS
ET · GABINIA · TROPHIME · VIVI
SIBI · FECERVNT · ET · LIB · LIBER
I TABVS · POSTERISQVE · EO
RVM · INFR · P · X · IN · AGR · P · XII
Hortis Burghesiis.

K 107 DIIS · MANIBVS · N · FVLVIS *sic*
FELIX · SIBI · ET · SVIS
FECIT
Apud Nobb. de Casalibus.

L 108 D · M
C · POLIVS · ZOTICVS · SEVI
VO · FECIT · LEPIDIA ·
Fragmentum ad Viam Asinariam.

109 D · M
C · PACCIVS
PIETAS · FEC
SIBI · ET · SVI
POSTERIS
Villa Peretta.

110 D · M
M · VLPIVS
LVCRIO
QVI · SE · VIVO
FECIT
Apud Nobb. de Severolis.

111 D · M
PASIDINA
SOCRATIA
VIVA · SIBI
FECIT
Hortis Iustinianeis.

112 D · M
L · DIDIVS
L · LIB
EVDEMVS
VIVOS
SIBI
POSVIT
Septempedæ ex schedis Barberinis.

113 D · M
AELIA
SERA
PIAS · SE
BIBA · FE
CIT ❦
Hortis Iustinianeis.

114 D · M
M · VLPIVS · AVG · LIB
ITALICVS · VIVOS · FECIT
SIBI · ET · T · FLAVIO ITALICO
ET · FLAVIAE · RHOME · PARENTI
BVS · PIISSIMIS · ET · FLAVIAE
MELPHOMENE · VXORI · BENE
MERENTI · ITEM · LIBERTIS · LIBER
TABVSQVE · POSTERISQVE · EORVM
Vinea Nobb. de Vitellescbis.

115 D · M
DOMITIA · IANV
ARIA · SEVIBA
FECIT · SIBI
Vinea Filippona ad Portam S. Sebastiani.

116 D · M
POMPONIA · DORIS
ET·SEMPRONIA·MONTANA
VIVAE·SIBI·POSVERVNT
è schedis Barberinis.

117 DIS·MANIBVS
L·ARRVNTIVS
TROPHIMVS
FECIT·SIBI·ET
LIBERTIS
LIBERTABVSQVE
POST · SVIS
Horto Nobb. de Vecchis.

118 D · M
M·VLPIVS·AEPI
CTETVS·AVG·LIB
SEVIBVS.CONPA
RABIT·SIBI·ET
VLPIAE·SABINAE
CONIVGI·SVAE
ET·LIBER·LIBERTA
POS·AEORVM
Hortis Iustinianeis.

119 D · M
HORDIONIA·LEA
M·HORDIONI·DICEI
LIB·SEVIVA·FECIT
SIBI·ET·M·SITTIO
HERMETI·MARITO·SVO
ET·LIBERTIS·LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE·EORVM
H·M·D·M·A
Ibidem.

120 D · M
AVRELIAE·CHRYSE
PIENTISSIMAE·FEMINAE
QVAE·SIBI·VIVA
COMPARAVIT
è schedis Barberinis.

121 D · M A
C·MINICIVS
GELASINVS
SIBI·POSVIT
Hurnula Hortis Matthaeiis cum duobus pueris luctantibus, totidemque Geniis adstantibus. B

122 D · M
M·IVLIVS·LEANDER·COM
PARAVIT·SIBI·ET·SVIS·ET C
IVLIAE·LEAE·SORORI·MI
THRETI·PATRI·ET·LVCILLAE·MATRI
ET·LEONTIO·FILIO·ET·LIBERTIS
LIBERTABVSQVE·POSTERISQVE·EORVM
Vinea Vidasca Via Appia. D

123 DIS·MANIBVS
C·IVLIVS·CVSVS·FECIT
SIBI·ET·IVLIAE·HELPID
LIB·ET·C·STALCIO·FORTI E
ET·CVTIAE·FORTVNATAE
FILIAE·ET·FRATRIBVS·SV
IS·POSTERISQ·EORVM
Apud Nobb. de Casalibus. F

124 D · M
Q·FVLVIVS·CASTRE
SIS·ET·BETITIA·ELE
GAS·COMPARAVERVNT G
SEBIBI·ET·SVIS·LIBER
TIS·LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE·EORVM
è schedis Barberinis. H

125 D · M
T·FL·AVG·LIB·TYRAN
NVS·ET·FL·SATVR
NINA·VIB·FECER·
SIBI·ET·SVIS·LIB· I
LIBERTABVSQVE
POSTER·EORVM
Apud Nobb. de Casalibus, ubi & hac alia parum diversa

126 D · M · S K
T·FL·AVG·LIB·TYRAN
NVS·ET·FL·SATVR
NINA·VIVI·FECERVNT
SIBI·ET·SVIS·LIB· L
LIBERTABVSQVE
POSTER·EORVM
H·M·H·N·S

127 D·M

A 127 D · M
FLAVIAE · MYRTALE
MARIVS · PHOEBVS
CONIVGI · BENEMERENTI
B VIVOS · FECIT
Ex schedis Ioannis Lucii V. Cl.

128 DIIS · MANIBVS
C·CLAVDIVS·Ͻ·Ͻ·L·ZOPHRVS
C CLAVDIA·Ͻ·L·DYNATE
C·CLAVDIVS·Ͻ·L·STEPIANVS
PATER
C·CLAVDIVS · Ͻ·L·SYRVS
D FRATER
CLAVDIA Ͻ·L·FLORA
QVI·S·P
E LIBER · ET · LIBERTABVS
EORVM·D·S·C
è schedis Barberinis.

129 DIS · MANIB
F L · MATRINIVS · L · LIB
SVBVRA · EVERINVS
EROS · ORIVND
GAZA · SYR
G MIL · COH · VIIII · PRAET
MILIT · ANN · VIIII · VIX
ANN · XXXV
H · S · E
H INFRONTE · PEDES · IIII
INAGRO · P · VIII · S
SEVIVVS · COMPAR
è schedis Vaticanis.

I 130 DIS · MANIBVS
SACRVM
L·ANTONIVS·L·F·PALAT
VERVS
K SVSA
PROCVRATOR · FISC
PROCVRATOR · PROV
AFRIC · ET · GALL
L SEVIVVS
FECIT
IN · FR · P · IV · IN
AGR · P · VIII
è schedis Barberinis.

131 D · M
ARRIA · GERMANA
FECIT · SIBI · ET · SVIS
LIBERTIS · LIBERTAB
VS · POSTERISQVE
EORVM
Q · FABIVS · EVTYCHES · FECIT
SIBI · ET · SVIS · LIBERTIS · LIBER
TABVSQVE · POSTERISQVE
EORVM
Vinea Copetta ad Viam Latinam.

132 DIS · MANIBVS
PERPINIVS · ALPHVS
VIXIT · AMNIS · XXXIIII *sic*
MENSIB · II · DIEB · XI
SIBI · BIVVS · FECIT
è schedis Barberinis.

133 D · M
M · AVRELIVS · AVG · LIB
DIONYSIVS · SEVIVO · FECIT · ET · LIBERTIS
sic LIBERTAQVE · POSTERISQVE · EORVM
H M H N S
Vinea Sciarra ad Viam Aureliam.

134 D · M
ALLIA · SPATALE · FECIT
MONIMENTVM · SEVIVA · SIBI
ET · SVIS · FVNDVM · LAVIANVM
MVRO · CINCTVM · MONIMEN
TO · CEDET · ET · LIBERTIS · LIBER
TABVSQVE · POSTERISQVE
EORVM
è schedis Vaticanis.

135 D · M
PETRONIA
CYANE · SIBI
VIVA · POSVIT
Drepani ex Gualtherio.

136 D · M
M · VLPIVS · FLA
VIANVS · SE · VI
BO · SIBI · ET · CO
IVGI · SVE · IVLIE
LONGINE · FECIT
Apud PP. Doctrinæ Christianæ.

137 DIS. MANIBVS·
C· FVLVIVS · VILTERVS
SIBI · BIVVS · POSVIT
Sulmonæ ex schedis Barberinis.

138 D · M
C · VOLTI · NICEROTIS
QVOD· SEPVLCRVM· SE
VIBO·IPSE·SIBI· PRAEPARAVIT
Ex eisdem.

139 D·M·A· SVVIVS. MARINVS· SIBI
ET CONIVGI·SVAE·AVR·THEODO
RAE· DVLCISSIMAE· FEMINAE
VIVI · POSVERVNT
Ravennæ ad S. Spiritus.

140 D · M
AELIVS · ET
THEDIVS
SIBI . ET · SVIS
FECERVNT

141 D · M
C · PEDANIVS · EVTYCHES
ET · PEDANIA IRENE
FECERVNT · SIBI · ET · SV
LIBERTIS · LIBERTABVS
QVE·POSTERISQ·EORVM
è schedis Barberinis utraque.

142 D · M
BLASIVS · ADIECTVS
CONSERVATOR
PRO · SE · ET
SVIS
FECIT
Saxoferrato apud Perottos.

143 D M
C · NVNIVS · EPICTETVS
FECIT · SIBI · ET · SVIS
LIB·LIBERTABVSQ
POSTERISQ·EORVM

144 DIS · MAN · SACR
M·MVRDIVS·M·L·ONESITROPHVS
FABER· FERRARIVS· PORTVEN
SEVIVVS·FECIT· SIBI· ET·MVR
DIAE·VENERIAE· VXORI·IN·FR
PEDES·VIIII· IN·AGR·P·XII S
è schedis Barberinis utraque.

145 D M · A
··SOMNO · ETERNALI
AVRELIVS · ABASCANTVS
AVG· LIB· ET· FORTVNATA
AVG·LIB·FECER·SEVIBI
SVISQVE · LIBERTIS B
LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE· EORVM
è schedis Barberinis.

146 D · M C
SVLPICIA·SATVRNINA
FECIT·SIBI·ET·COIVGI·SV
O·ET·FILIS·SVIS·ET·LIBER
TIS · LIBERTABVSQVE D
POSTERISQVE· EORVM
Villa Nobb. de Spadis.

147 D · M
C · VALERIVS · THYRIDAS · ET E
FLAVIA · EVFROSYNE· SE
VIBIS· FECERVNT· SIBI· ET·SVIS
LIBERTIS·LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE·EORVM
INFRONT·P X·INAGR·P·XII F
Vinea Nobb. de Vitelleschis.

148 D · M
C · IVLIVS · APPADION ·
ET · IVLIVS · ARISTODEMVS G
ET · IVLIA · LEDA · SEVIBI
COMPERABERVNT · SIBI ·
ET · LIBERTIS · LIBERTA
BVSQVE · POSTERISQVE H
EORVM

149 DIS · MAN
L · MVMIVS · FADIVS
EX · TESTAMENTO I
SIBI · SVISQVE · LIB
LIBERTABVS · POS
TERISQVE · EORVM
FECIT K
è schedis Barberinis utraque.

150 L·CARTORIVS·P·F·FAB·HIC
SEPVLTVS·EST·HIC· LOCVS
PATET·IN· FR·P·XX·ET· A ME L
DIA·FOS·INTROVERS·P·XXV
HVNC·LOCVM·MONVMENTVMQ
DIS·MANIBVS·DO·LEGOQVE
Hanc, Schedæ Lilii inter Vaticanas, *in*
Agro

A *Agro Patavino Monte Prete* repertam asserunt; Patavinis propterea eò libentiùs adiungenda, quò bina monumenta hujus Gentis ostendit Vrsatus in Mon. Patav. pag. 50. & 140, Tribusque Fabia hic expressa legitur, cui adscriptam fuisse eam Vrbem, probat idem, in Marm. Erud. pag. 209. & pag. 227.

B 151 D VALERIA · TYCHE · VIVA · SE FECIT · SIBI M

In Horto PP. Sancti Chrysogoni.

C 152 D ❦ M

sic

DEMETRIVS · AVG · DIB · BIBVS · FECIT · SIBI · ET VLPIAE · CRESTE
CONIVGI · BENEMERENTI · ET · FLAVIANO · AVG · LIB · FILIO · ET
FILIS · SVIS · ET · LIBERTIS · LIBERTABVS · QVE · POSTERIS · QVE
SVIS · SI QVIS · DONATIONIS · EORVM · AEA · MONVMENTA · CVM AEDIFICIS · SVI
D CAVSA · DEDERIT · SIVE · VENDAERE · VOLVAERIT · INFAERET · AERARIO · POPVLI · ROMA
NI · SESTERTIA · CENTVMILIA · NVMMVM

Vinea Cæsarina olim Bosii.

153 D · M
E T · AELIVS · AVG · LIB · ONESIPHORVS
SEVIVO · COMPARAVIT · SIBI · ET · LIBERIS
SVIS · ET · LIBERTIS · LIBERTABVSQ · POSTERISQ
EORVM

F *Villa Pamphilia Tabula grandi.*

154 ❦ D ❦ M ❦
M · LVCCEIVS · ABASCANTVS · ET · AMMI
A · EVTYCHIS · FECERVNT · VIVI · SIBI
G ET · LVCCEIO · AMMAEO · ABASCAN
ET · LVCCEIO · SECVNDO · FILIS
LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · POS
TERISQVE · EORVM
H H · M · E · H · N · S ❦

Apud Arring. in Rom. Subterr.

155 D · M
AVRVL · FILOCVRIVS · FECIT · SEBIBO
I SIBI · ET · VLP · EVPROPIE · COIVGI · ME
MORIOLAM · CVM · ORTVLO · SVMIACEN
TE · SVBVS · LIBERTIS · LIBERTABVSQ
POSTERISQ · EORVM
K ΕΤ ΨΤΧΙ

Via Appia Vinea D. Arringhi Causidici.

156 DIS · MANIBVS — DIS · MANIBVS
TI · IVLIVS · PLATO — TI · IVLIVS · PLATO
L VXORI · SVAE — VIVOS · SIBI FECIT
PETRONIAE · QVINTAE
sic VIVS · FECIT

In Vrnula elegantissima penès Nobb. de Casalibus.

157 D · M

157 D · M A

Q· MARCIVS · ITALICVS · DECVRIALIS
NEGOTIATOR · F · · I · PECVARI
SIBI · ET · SVIS · V · · VS · FECIT
LIBERTIS · LI · · · · BVSQVE B
POSTERIS · · · · · · · ·
H · M · · · · · · · N · S

In Porticu Basilicæ Sancti Pauli.

Sed non aliunde certior de hoc probatio insurgit, quàm ex communi Græcorum usu, qui capita illa Sepulchralium inscriptionum DIIS MANIBVS, ΘΕΟΙΣ ΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΙΣ, idest *Deis subterraneis*, sive *infernis*, perpetuò vertebant: quod & à nostris Latinis quandoque dictum reperies, ut apud Gruterum pag. DCCXLVIII. 7,

NVMINA NVNC INFERNA PRECOR PATRI DATE LVCOS
QVIS EST PVRPVREVS PERPETVVSQVE DIES

nec non in fragmento hujus inscriptionis Amerinæ pag. MCIV. 8

158 L·LVCCEIVS·L·F·KAN ········
RI·I·D·BASIS·DIIS·IN ·········

expressè autem, in facie solidi cujusdam, C & oblongi lapidis Villæ Corsinæ,

159 AVRELIA · L · L
TRVPHERA
DIS · INFERIS · SACRVM · D

ex quibus declarationem accipiunt siglæ apud Gruterum pag. DCCCCXXXVIII. 8. D · I · M, & in hac nostra, E

160 D · I · M
FVLVIAE · M · F · H
YGIAE · CONIVGI

Vinea Caroli Valle. F

ut nempe *Diis inferis manibus* dicatæ illæ funebres inscriptiones intelligantur, perinde àc hæc alia *Diis Avernis manibus*. G

161 ❦ D ❦ A ❦ M ❦
ANTONIVS ○ SVCCESSANVS
CONPARAVIT SIBI ○ ET ROTRIE RVSTI
CIANE COIVGI SVE ET ANTONIS FILIS · SVIS H
LIBERTIS LIBERTABVSQVE AEO
❦ R·V M ❦
BROTRIA · RVSTICIANA SCRIPSIT ○
ANTONIO SVCCESSANO COIVGI QVI I

Fragmentum in Cœmeterio Castuli inversè positum.

Quidquid verò ignarum vulgus, vel idiotæ marmorum Scalptores senserint, parvì faciendum puto, præ ea, quam ab profanæ superstitionis arbitris latam videmus, sententiâ. Liquet nimirum *supremam quandam nostrorum potestatem* DIIS MANIBVS ET TELLVRI MATRI summos sacrorum Populi Romani antistites impertiisse, dum devotione Romani ducis, simulque hostilis exercitus, numini istorum factâ, *legiones*, *auxiliaque hostium, terrore, formidine, morteque*, affici posse, persuasum habebant; ut præ- K clarissima amborum Deciorum se devoventium facinora demonstrant, de quibus Livjus lib. VIII. cap. 9, & lib. X. cap. 29. Nec absurdè Terram cum Diis Manibus L copulatam videmus; in eo etiam Svetonii loco cap. 77. Vitæ Tiberii, *pars Tiberium in Tiberim clamitabant, pars* TERRAM

A RAM MATREM DEOSQUE MA-
NES *orabant*, *ne mortuo sedem ullam*,
nisi inter impios darent: Quia Mortuo-
rum, qui Manium regno suberant, com-
B mune receptaculum tellus existit,

Omniparens, *eadem rerum commune sepulchrum*.

hæc enim (ut ait Plinius Histor. lib. II.
C cap. LXIII.) *nos nascentes excipit*, *natos
alit*, *semelque editos sustinet semper*, *no-
vissimè complexa gremio*, *jam à reliqua
natura abdicatos*, *tum maximè ut mater
D operiens*: sive, ut Laconicâ brevitate per-
stringit hæc Gruteriana inscriptio pagina
DCXXXVI. 12. MATER GENVIT
MATER RECEPIT, aut hæc alia pag.
E DCCXXVI. 1, QVAE GENVIT TEL-
LVS OSSA TEGET TVMVLO.

Iuxta hanc communiorem, & ab jis
F ipsis, qui publicis sacris præerant rece-
ptam traditionem, Dii MANES, blan-
diendi gratiâ per Festum & Servjum sic
vocati, quasi BONI, Dii Inferni dicen-
G tur; & proinde sub Plutonis potestate
consistentes, quem hinc *Summanum*,
idest *Summum Manûm* appellatum vo-
luit lib. II. de Nupt. Philolog. Martianus
H Capella VII. sęculi scriptor, prout etiam
hoc inscriptionis Vicetinæ fragmentum
eum vocat;

162 PLVTONI · SVMMANO
ALIISQVE · DIS · STIGIIS

Gruter. pag. MXv. 7

si modò *Summanus* non est hìc à Pluto-
ne alius, silentibus sanè de hoc etymo,
imò incertis de ipso *Summani* nomine
vetustioribus Mythologis, cùm Ovidius
ita de eo addubitet lib. VI. Fastor. ℣. 731.

Reddita QVISQVIS IS EST Summano Templa feruntur
Tunc cùm Romanis Pyrrbe timendus eras.

Manibus itaque non pro defunctorum animis, sed pro separata quadam ab eis potestate acceptis, cessabit ludibrium illud Plinii alia etiam ratione culpandum, Hist. lib. VII. cap. LV. irridentis humanæ vanitatis conamina, *sensus Inferis dandi*, & *Manes colendi*, *Deumque faciendi*, *qui jam etiam homo esse desierit*.

Nec solùm in inferna, & quæ vocat Iuvenalis Sat. II. *subterranea Regna* Manibus imperium fuisse, stulta putavit antiquitas; verùm etiam, lucis hujus fruendæ arbitrium penès eos existere tradit elegantissima hæc nostra epigraphe,

XI D · M · FATORVM · ARBITRIS
AVRELIA · SECVNDA · SEVIVA · FECIT · SIBI
I ET · AVRELIO · OPTATO · FILIO · DVLCISSIMO
QVI · VIXIT · ANNIS · VII · NENSIBVS · X ↀ
DIEBVS · XVIIII · LIBERTIS · LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE · EORVM · ET · QVI · NASCEN
K TVR · AB · ILLIS · HOC · MVNIMENTVM
IN · FRONTE · PEDES · X · IN · AGRO · PEDES · XV
AREA · PEDES XVII · H · M · D · M · A

L in qua, prolixis quæstionibus de Fato * omissis, vel Fata mortalis vitæ finem significant, FATIS PERACTIS MATER EODEM EST CONDITA, Gruterus pag. DCCVII. 8, qui etiam * FATALIS DIES dicitur pag. CMXXI. 10. apud eundem, & in hoc fragmento inter Schedas Vaticanas.

PRI-

163 PRIMA·ET·MORIBVS· VIXIT
A·XXVIII·OSSA·BENE·ATQVIESCANT
TVA·NVLLVM·DOLOREM
ACCEPI·TVI·NISI·QVOD·FATA
LEM·DIEM·CELERITER·PEREGISTI

sive FINITIO FATI, pag. DCCCXX-
VII. 3 : atque absolutè FATVM,ut pag.
DCCCXXXII. 8. QVI FATVM PA-
TRIS IMMATVRA MORTE SVB-
SECVTVS EST, & pag. DCCX. 10. A
RAPTVS QVI EST SVBITO QVO
FATO NESCITVR: Vel si Fatis ipsis
arbitrium mortis alibi datum legimus,
VIXIT DONEC FATA PERMISE- B
RVNT pag. DCL. 3, sive, ut hæc ha-
bet, DVM FATA SINEBANT,

164 SIC·TIBI·CONTINGAT·FELICITER·IRE·VIATOR C
IMMATVRA·MEO·PERLEGE·FATA·LOCO
ZELOTOS·IACEO·VIXI·DVM·FATA·SINEBANT
SI·TAMEN·HAEC·VITA·EST·TAM·CITO·POSSE·MORI
BIS·MIHI·SEPTENIS·FINIS·DATVR·VLTIMVS·ANNIS D
NOMINI·ME·RAPVIT·MORS·INIMICA·MEO
Hortis Iustinianis.

* FATIS EXTINCTVS INIQVIS pag.
DCLII.3,VIRGINEM ERIPVIT FA-
TVS MALVS pag. DCLXIII.5, MALE
IVDICANTIBVS FATIS SVPERSTI-
TES pag. DCCVII.5, VOLENTE FA-
TO VIXIT ANNIS LXXXII pag. DC- E
CCLXXV. 3, EREPTO FATIS INI-
QVISSIMIS pag. CMVI. 14,& demum,
invidentibus Fatis, ut in hac alia inter
Schedas Barberinas; F

165 D M
MELIORIS · CALCVLATORIS
VIXIT·ANN·XIII·HIC·TANTAE·MEMORIAE·ET·SCIENTIAE
FVIT·VT·AB·ANTIQVORVM·MEMORIA·VSQVE·IN·DIEM G
FINIS · SVAE · OMNIVM · TITVLOS · SVPERAVERIT
SINGVLA · AVTEM· QVAE·SCIEBAT· VOLVMINE · POTIVS
QVAM · TITVLO · SCRIBI · POTVERVNT · NAM
COMMENTARIOS · ARTIS · SVAE · QVOS · RELIQIT H
PRIMVS · FECIT · ET · SOLVS · POSSET · IMITARI · SI · EVM
INIQA · FATA · REBVS · HVMANIS · NON · INVIDISSENT
SEX · AVFVSTIVS · AGREVS · VERNAE
SVO · PRAECEPTOR · INFELICISSIMVS I
FECIT
IN · F · P · II IN · AG · P · VI
EXCESSIT · ANNO · VRBIS · CONDITAE
DCCCXCVII K

si Fatorum, inquam, ad nutum vita hominum pendet, hæc nostra inscriptio XI, super ipsa Fata Manes constituens, potentiùs quàm apud Fata, de usura hujus lucis apud Manes arbitriū inesse censuit.

Siglæ illæ finales H · M · D · M · A · legi debent *huic monumento dolus malus abest*, vel, *abesto*: quod aliis verbis conceptum est in inscriptione 282. Capitis L antecedentis H · M · S · D · M, *hoc monumentum sine dolo malo concessum est*. Vtrumque expressum habetur in Grutero pag.

A ro pag. DCLXII. 5, & DCCLXXI. 9.
Variam in hisce nostris scribendi rationem observabis.

166 D ❦ M
B M·❦ MANNEIVS·HERMES·VIV
S·SIBI❦FECIT·❦ET·MANNEIAE·❦CH
RESTENI❦ LIB·SVAE·LIBERTIS·LIBE
RTABVS· SVIS · POSTE
C RISQVE · EORVM
H·M·DOLVS·MALVS·ABESTO
In Archivo Basilicae Principis Apostolorum.

167 D ❦ M ❦
D T · FLAVIVS · ELEVTHER · SEVIVVS
FECIT · SIBI · ET · SVIS · LIBERTIS
LIBERTABVSQVAE · POSTERIS
QVAE · AEORVM
E H · M · D · M · ABESTO
Hortis Burghesiis.

168 DIS · MANIB
P · MATRINIVS · P · LIB
F EVTYCHES
EBORARIVS · FECIT
SIBI · ET · SVIS · LIBER
LIBERTAB · POSTERISQ
G EORVM
H · M · D · M · A
Ex schedis Barberinis.

169 D ❦ M
H M · MARCIO · AGATHOPO
CONIVGI · B · M · ET
Q · SERVILIO · AGATHOPO
FIL · PIENTISSIMO · FECIT
I SERVILIA·LAIS·SIBI·ET·SVIS
LIB · LIBERTABVSQVE · P · E
H · M · D · M · AB
Ex eisdem.

170 DIS · MAN
L · IVNII · POLLII · FRATRIS
SANCTISS · ET · PIIS · ERGA · FR
VIX · ANN · XXX · M · VI · D · VII
HOR · VIII
L · IVNIVS · POLLIVS · MAIOR
FECIT · SIBI · ET · SVIS
LIBERTIS · LIBERTABVSQVE
EORVM
HVIC · MON · DOL · MAL · AB
ESTO
INFR · P · III · INAGR · P · VIII
Apud Iacobatios ex schedis Barberinis.

171 D M
P · BRVTTIVS · ALEXANDER
ET · BRVTTIA · DEMETRIA
FECERVNT · SIBI · LIBERT · LIBE
POSTERISQVE · EORVM
H · M · D · M · A · E
Apud Nobb. de Casalibus.

172 D M
M · LOLLIVS · ALEXANDER
GEMMARIVS · ET · FLA
VIA · SABINA · FECERVNT
AEDEM · CVM · SVO · SIBI
HYPOGAEO · SIBI · ET · SVIS
LIBERTIS · LIBERTABVS
QVE · POSTERISQ · SVIS · POSTE
RISQVE · EORVM · H · A · D · M
E schedis Barberinis.

173 D M
Q · IVNIVS · ROMANVS
FECIT · ET · AEMILIAE · PAVL
VXORI · SVAE · ET · SIBI ❦ ET · LIBER
TIS · LIBERTABVSQVE · POSTERISQVE
EORVM · H · M · D · M · ABESTO
In Archivo Basilicae Principis Apostolorum.

K 174 D M
M · IVLIVS · DIADVMENVS · ET · M · IVLIVS
MARTIALIS · SEVIBO · FECERVNT ❦
SIBI · ET · SVIS · LIBERTIS · LIBERTABVS
L QVE · POSTERISQVE · EORVM · HVIC
MONVMENTO · DOLVS · MALVS · ABES
TO · HOC · MONVMENTVM · HEREDEM
NON · SEQVITVR
In Museo Ciampino.

M 175 M·NO-

175 M·NOMEICIVS·M·F·PAL·NOMESIANVS
MAGISTER · AVGVSTALIS · COLONIAE
SETIN · SAL · MARTIALIS · CAPVLATVS
IIII · VIR · VIARVM · CVRAND
V·S· FECIT · SIBI · ET·SVIS·LIBERIS· ET
POSTERIS·EORVM · H · M · D · M · AB
INFR · PED·XVII · INAGR· PED · XVIII

176 COELIAE·C·F·PRIMIGENIAE
EGNATIAE · CLYMENE
FIL · DVLCISSIMAE · QVAE · VIXIT
ANN·XII·MENS·X·DIEB·IIII·H·VI·FECERVNT
C · EGNATIVS · CLYMENVS · ET
VETTIA·VITALIS·ET·PVPIAE·RESTITVTAE
ET · LIBERTIS · LIBERTABVSQ · SVIS
POSTERISQ · EORVM
H · M · D · M · ABESTO

177 LAETVS · PVBLICVS · POP · ROMANI
AQVARIVS · AQVAE · ANIONIS
VETERIS · CASTELLI · VIAE
LATINAE · CONTRA · DRACONES
ET · FLAVIA · DIONYSIA · FECE
RVNT · SIBI · ET · AVLIAE
ARGYRIDI
FILIAE · VIX · ANN · XXIV
M · II · D · VIII · ET · LIB · POS
TERISQVE · EORVM
H · M · H · N · S · ET · DOLVS
MALVS · ABESTO · ET
CALVENTIAE · · TINAE · ITV · ADITV
AMBITV · · · · VMENT · PERTI · · ·

Ex schedis Barberinis omnes.

178 D · M
VOLVSIAE · Q · F · PROTO
GENIAE · FIL · QVE · VIX · AN
VI · M · VIIII · DIEB · XXVI · FECIT
VOLVSIA · FORTVNATA
MATER · SIBI · SVISQVE
LIBER & LIBERTAB · Q
POSTERIS · Q · EOR · ITEM · VO
LVSIAE · PROTOGENIAE · LIB
LIBERT · Q · IN·FR·P·XVI·IN·AG·P·XVII
H · M · D · M · A · S

Villa Pamphilia.

A 179 D TI · CL · ZOSIMVS · ET · PLAVTIA · ZOSIME M
VIVI · SIBI · FECERVNT · SVISQVE
LIBERTIS·LIBERTABVSQVE·POSTERISQVE·EORVM
NE · DE · NOMINE · EXIAT · NOSTRORVM
B ARIA·MACERIA·CINCTA·CIRCV·MONIMENTVM
CVM · OMNE · IVRE · SVO · QVAM · FECERVNT
QVOD·SIQVI·VLTIMVS·EX·NOMINE·NOSTRORVM
POSTERORVMQVE·EORVM·ALIENARE·BOLVERIT
C DAMNAS·ESTO·COLLEGIO·IVMENTARIORVM·QVI·EST
IN CISIARIS·TIBVRTINIS·HERCVLIS· HS· L · M · N
VIXIMVS·ANNOS·VT·PVTO·SINE·CVIVSQVAM FRAVDEM
IN·FR·P·XXVI AB·HOC·MONVMENTO·DOLVS MALVS·ABESTO IN·AG·P·XXXVI
D TI · CL . ANDREAS · CONSVMAVIT *posteriori manu*

Villa Carpinea.

Iam ex modò explicatis notis H · M · D · M · A ad alias consimiles, & in ante-
E cedentibus inscriptionibus 174. & 177. coniunctas, transitum facio H · M · H · N · S, idest, *hoc monumentum heredes non sequitur*; ut & ab jis, quæ passim
F occurrunt, datâ hac occasione me expediam.

Prohibitio ista ea sepulchra afficiebat, quæ familiaria vocabantur, juxta sum-
G mam illam distinctionem inter *familiaria* & *hæreditaria*, de qua Cajus in l. familiaria 5. D. de relig. & sumpt. funer. Nihil autem hac præscriptione frequen-
H tius, si negativè concipiatur: sinè negatione verò perrarò reperitur, quia forsan superflua redditur expressio ejus (juxta dicterium illud nostrorum Iuris CC.) quod
I tacitè inest; semel enim tantùm in Grutero pag. DCCCIII. 3. me legere memini H · M · H · S, id quod in hac nupera inscriptione iterum reperi.

K 180 L·ALFIVS·L·ET· Ↄ·L·FELIX
ALFIA · L . L · ATHENAIS
VIVOS · FECIT · SIBI · ET · SVIS
ET · LIBERTIS·LIBETABVS·POSTERIS
QVE · EORVM
L HOC · MONVMENTVM · HEREDEM
SEQVITVR
IN · F · P · XIIII · INAG · P · XII

Villa Corsina in lapide Tiburtino.

Frequentes (ut dixi) de hac sepulchrali lege tituli habentur, quos abundanti calamo collectos videbis.

181 D · M
ANTISTIAE
FELICVLAE
ANTISTIA
SYNTYCHE · LIB
PATRON · PIENTIS
V · F
ET · ANTISTIAE
FILIAE
LIBERT·LIB·Q·POST·Q·EOR
H · M · H · N · S
L · M · INFR · P · XXV
INAGR · P · XX

Aquileja ex schedis Lilii Vaticanis.

182 CAEDICIA · PRAESENS
MONVMENTVM · FECIT
SIBI · ET · SVIS · LIBERTIS
LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE·EORVM
HOC MONVMENTVM
HEREDES NON SEQVETVR

Apud Ioannem Antonium Reymundum.

183 D . M
TERENTIANO
Q · F
H · M · H · N · S

è schedis Barberinis.

184 IN FRONTE · P · XVIII
C · BASSENIO · ONESIMO
PATRI · ET · BASSENIAE · PIAE
SORORI
C · BASSENIVS · FELIX · ET · FLAVI
D NICE · MATER · FECERVNT M
LIBERTIS · LIBERTABVSQ
POSTERISQ · EORVM
H · M · H · N · S · Q
IN AGRO · P · XXI

Ex meo veteri MS.

emendatâ eâ, quæ est apud Reinesium Class. XIII. num. 9.

185 L · PLOTIO · SECVN
DO · MESSIA
PROCLA
CONIVGI · CARIS
SIMO · FECIT · ET
SIBI · ET · SVIS · LIBER
TIS · LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE · EORV
IN FRONTE · P · VIII
IN AGRO · P · VIII
H · M · H · N · S

è schedis Barberinis.

186 V · F
BOLANA · M · F
SECVNDA
SIBI · ET
VETTIAE · SEX · F
CIVILI · ET
M · BOLANO · M · F
ANIENS
MARCELLO · FRATRI
IIII VIR · AEDIL
POTESTATE
H · M · H · N · S
INFR · P · XV · IN AGR · P · XXX

Ex schediis Holstenii.

187 TVRPILIAE · L · F · CHRESTENI
FECIT · M · ZOSIMVS
IN · FR · P · VII · IN · AG · P · XII · H · M · H
N · S

Schedis Barberinis ex Menetrerio.

188 L · AVRELIVS A
COTTAE · L
PHILOSTRA
... LEIVIA
DRVSILLAE B
L · GALATEA
IN · FR · P · XII · IN
AG · XX · H · M
H · N · S C

In pavimento D. Pauli.

189 D · M
AVRELIVS · BELLIVS
ET · AVRELIA · AQVILLIA D
SIBI · ET · SVIS · LIBERTIS
LIBERTABVSQVE · POS
TERISQVE · EORVM
FECIT E

è schedis Barberinis.

190 CARTORIAE
ELPIDI
C · CARTORIVS F
HORAEVS
VXORI · OPTVMAE · ET
MARTIALIS · AVG · L · ET
ELPISTVS · CAESARIS G
MATRI · PIISSIMAE
SE VIVOS · SIBI · ET · SVIS · LIBERTIS
LIBERTABVSQVE · POSTERISQVE
EORVM H
ITAQVE · SI · POS · OBITVM · NOSTRVM
VOLVERIT · BENDERE · HAC · DONARE
VOLVERIT · INFERET · ARCE · PONTIFICVM
SS · CENTVMILIA · NVMMVM
H · M · H · N · S I

Schedis Barberinis ex Menetrerio.

191 TERTVLLA · PRIMI
GENIA · ET · HERTVSIA
ANATORA · SIBI · FEC. K
H · M · H · N · S

è schedis Barberinis.

192 SEX · TVRVENO · C · F · OVF
EX · TESTAMENTO · HS · ΦΦ L
MONVMENTVM · HEREDEM
NON · SEQVETVR

In Massa Plumbarola apud Casinum.

A 193 INFR · P · XXII · INAG · P · XXVI · M · CAMV
RIVS · P · F · ROM · SORANVS · HOC · MONVMENTVM
HEREDEM · NON · SEQVITVR · SED · SI · HOC · MONV
MENTO · VLLIVS · CANDIDATI · NOMEN · INSCRIPSERO
B NE · VALEAM

194 CN · DOMITIVS · PRIMIGENIVS · ET · AFRANIA · BVRRI · L · CENIS · CONIVGES · VIVI
FECERVNT · SIBI · ET · LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · SVIS · POSTERISQVE · EORVM · IN · FRON
TE · P · XXXV · H · M · H · N · S

Ex Cod. Einsidlensi apud R. P. Mabillonium in Analectis utraque.

C 195 D M
A · FVRIO · PHOEBO VIXIT ANN · X · MEN · III · DIEBVS · XXIIX · FVRIA · DIOGENIA
MATER · ET · CN · POMPEIVS · EVCARPVS · PATER · FECERVNT · FILIO · PIEN
TISSIMO ET SIBI ET SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQ · POSTERISQ · EORVM.
D HOC MONIMENTVM HEREDEM NON SEQVETVR · H · M · D · M · ABEST

Ex meo veteri MS.

196 MAXIMA · FECIT
SIBI · SVISQVE · LIBERTIS · LIBERTABVS
E POSTERISQVE · EORVM · ADEMPTO
EX · VTROQVE · LATERE · IN · FRONTE · P · ·
IN · AGR · P · XX · ET AREA · QVAE · INTVS · EST
IDEMQVE · S · MACERIA · CONCLVSERVNT
F HOC · MONIMENTVM · HEREDES · NON · SEQVITVR

Ex schedis Barberinis.

197 D ❦ M
C · VALERIVS · VALERIANVS
G ET · AELIA · THELESPHORIS ❦
VIVI · FECERVNT · SIBI · ET
VALERIAE · LVCRETIAE · FILIAE
QVAE · VIXIT · ANN · VIII · M · II · D · XX
H ET · LIB · LIBERTABVSQVE · POSTERISQVE
EORVM · H · M · H · N · S

Ex eisdem.

198 D · M · V · F · L · AGRILIVS
I MERCVRIVS · ET · METTIA
PITHVSA · HOC · MONVMENTVM
COMPARAVIT · SIBI · ET · SVIS
LIBERTIS · LIBERTABVSQ · POS
K TERISQVE · EORVM · H · M · H · N · SEQ

è schedis Barberinis.

199 DOMITIA · CHIMEN
NA · A · AEMILIO
L ARISTOMENI · ET · SVIS
H · M
H · N · S

Hortis Perettis.

200 D M
TAECIAE · THREPTE
VIX · ANN · XX · SEX · TAECIVS
TROPHIMVS · VXORI
CARISSIMAE · B · M · FECIT
ET · SIBI · ET · SVIS · LIBERT · LIBERTABVSQ
POSTERISQ · EORVM · H · M · H · N · S

Vinea Benincasa Via Appia.

201 DIS · M · S
ABVRNIA · PRIMIGENIA
ABVRNIAE · ANTIOCHIDI · FIL
PIENTISSIMAE · ET · SIBI · ET
CONIVGI · SVO · LIB · LIBERTA
BVSQVE · EORVM · FECIT
H · M · H · N · S

Apud Mazzantes ex schedis Cameli.

202 ORIA
FLORIAE · P · F · FESTE
VIXIT · ANNIS · LXXV
INAGR · P · XIV · INFR · P · XII
H · M · H · N · S

Ad D. Silvestri in Quirinali.

203 D · M

203 D M
L·DOMITIO·PRIMITIVO
QVI·VIXIT·A·IIII·M·IIII·D·XXII
FL·DOMITIVS·ARCHELAVS
ET·PETILIA·ARETE·VERNAE
CARISSIMO·ET·SIBI·ET·SVIS
LIB·LIBERTABVSQ·ET
ET·POSTERISQVE·EORVM
H·M·H·N·S

Hortis Perettis.

Addebatur aliquando prohibitioni heres exterus, ut habetur etiam in Inscriptionibus num. 307. Capitis antecedentis, & 154. suprà.

204 M
A·PITHANE·FECIT·SIB·ET
T·FLAVIO·ARZACHI·INTERPRETI·AVG
CONIVGI·CARISSIMO·ET
T·FLAVIO·AVG·L·EVTACTO
EXACTORI·OPERVM
LIBERTIS·LIBERTABVSQ
POSTERISQ·EORVM·QVI·SVPR·S·S
H·M·HER·EXTERVM·N·S

Hortis Iustinianeis.

205 M·AVSTRVNIVS·M·L
ONESIMVS·FECIT
SIBI·ET·CARBILIAE·P·L
VRBANAE·CONIVGI
CARISSIMAE·ET·LIBERTIS
LIBERTABVSQVE·NOSTRIS
POSTERISQVE·EORVM
IN·FR·P·XVII·IN·AG·P·XX
H·M·EXTERVM·HEREDEM·N·S

Via Appia in muro Vineæ lap. II.

206 P·DVRDENIVS A
P·LIB·PRIMVS
LEPIDIAE·CHRYSIDI·CON
IVGI·SANCTISSIME·BENEMERE
H·M·HE·EX·N·S B
LIBERTIS·LIBERTABVS
POSTERISQVE·EORVM
IN·FRONTE·PED·XXVII S
IN·AGRO·PED·XII C

Villa Carpinea.

207 TI·CLAVDIO
FILIO·SVO
COLLIBERTIS·SVIS D
TI·CLAVDIO·IACYNTHO
ET·TI·CLAVDIO·ONESIMO
LIBERT·LIBERT·SVIS
POSTER·EORVM E
H·M·H·N·S·EXTERVM

In pavimento Sancti Pauli.

208 CHO·X · · · · ·
Ɔ·PRISCI·M · · · F
IVLIANVS·FR · · ·
MERENTI·FECIT
ET·SIBI·ET·SVIS·LIBERTIS G
LIBERTABVSQ·POSTE
RISQVE·EORVM·HOC
MONOMENTVM·HERE
DEM·EXTERVM·NON·SEQVETV H
INFRONTE·PEDES·VIII
INAGRO·PEDES·VI

Hortis Barberinis.

mutatâque paulisper verborum formâ, I
sed retentâ re, *monumentum ad heredes nõ pertinere* dicitur, tum expressè in ista,

209 AVRELIAE·L·L·ZOSIMENI·COIVGI K
OPTIMAE·ET·BENEMERENTI·CVM·Q
VIXIT·ANNIS·XL·MESES·II·L·AVRELIVS·L·L
PHILVMENVS·ET·AVRELIAE·PHILVMENE
FILIAE·DVLCISSIMAE·ET·LIBERTIS·LIBER L
TABVSQVE·POSTERISQVE·H·MONVMENTVM
HEREDEM·NON·PERTIN

Ex schedis Barberinis.

tum

A tum per ſiglas idem ſignificantes in hac alia ex eiſdem ſchedis:

210 D M
FLAVIAE · CHRYSIDI
B CONIVGI · BENEMER
VIXIT · AN · XXXX
BROMIVS·CAES·FECIT
ITE·ET·SIBI·SVIS·LIB·LIBQ
C POSTQ · EOR
H · M · A · H · N · P

ſive prohibendo ne aliud *nomen*, hoc eſt aliam familiam monumentum recipiat.

D 211 DIS · MAN
AEMILIA·EVTYCHIA·FECIT
PROCLO·CONIVGI·BENEMERENTI
CVM·QVO·VIXIT·ANN·VIII·D·VIIII
E SINE·VLLA·LITAE·IPSE·V·A·XXV
M·VI·D·VIIII·S·F·S·P·E
HAEC·AEDICLA·ALIVM·NOMEN
NON · SEQVETVR
è ſchedis Lilii Vaticanis.

212 L·HOSTILIVS·FORTVNATVS
SIBI ET
HOSTILIAE·IANVARIAE·FILIAE
ITEM·LIBERTIS·LIBERTABVSQVE·SVIS
POSTERISQVE·EORVM·FECIT
EXTERAE·FAMILIAE·ADITVS·NON·DATVR
NEC·IVRE·QVIS·IN·HOC·MONVMENTO
OLLAS · EMET
Apud Nobb. de Caſalibus.

Et ne dubia iſta lex evaderet, ob incertitudinem, an monumentum, an verò ſepulchrum reſpiceret, ex ea diſtinctione quæ inter monumentum & ſepulchrum ſtatuta erat; ut nempe *monumentum* de loco puro diceretur, qui deinde locus poſt inlatum cadaver *ſepulchrum* evadebat, ut explicat l. monumenta 42. D. de relig.& ſumpt. funer.: ideo jis verbis ſive notis, utrumque comprehendebant H·M·S·S, *hoc monumentum ſive ſepulchrum*.

F 213 DIS · MANIBVS
CINCIAE · PIAE · A · MVRRIVS
HERMES · CONIVGI · CARISSIMAE
SANCTISSIMAE · FECIT · ET · SIBI · ET
G SVIS · LIBERTIS · LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE · EORVM
MONVMENTVM · SIVE · SEPVLCHRVM
HEREDEM · NON · SEQVITVR
penès Equitem Serram ad D. Mariæ in Via.

H

214 OFILLIAE·L·L·RVFAE
H E
M H
I S N
S S
Capuæ in Æde Conceptionis B.M.V.

K 215 C·OCTAVIVS·C·L
PHILODESPOTVS
SIBI · ET
PACTVMEIAE·L·L·VENERIAE
L ET·PRIMOGENIO·VERNAE
H·M·S·S·H·N·S
Ex ſchedis Barberinis.

Ex præmiſſis liquet, malè tertiam ex hiſce ſiglis intellexiſſe Sertorium Vrſatum in Marm. Patav. pag. 12. & 84. H·M·H·N·S *hoc monumentum HERES non ſequitur*; rectè quamvis præeunte ſibi Scaligero in Notarum interpretatione Cap. XX. Indicis Gruteriani, qui *heredes*, vel *heredem* accuſandi caſu explicat; niſi Valerii Probi Notis inſiſtere ſe poſſe crediderit, qui & ipſe minùs probè eas quas ſuprà attulimus H·M·H·E·N·S ita evolvit, HOC MONVMENTVM HEREDES EIVS NON SEQVVNTVR, contra fidem tot noſtrarum Inſcriptionum, quæ HEREDEM EXTERVM accuſandi caſu explicatè nuncu-

nuncupant. Vnde Dausquejus ita corollarii loco subdit. *Nota in suprascriptis, quod heredes non sequebantur monumentum, sed monumentũ sequebatur heredes.* A

B

C

NOTAE

* *pag.* 63. H. *Horis VIII.*] Horarum enumerationis persępe in tumulis memoria reperitur, adolescentium præsertim, atque infantium, quorum nativitatis tempus proximius certiusque existit: Eòque devenit minutæ hujus commemorationis prolixitas, ut ipsa horarum segmenta numerando percensuisse videamus. De hora, sub incertitudine pluris minùsve, hanc inscriptionem affert Sertorius Vrsatus inter monumenta Patavina.

216 D · M
C · HOSTILIO · ELIO
V · ANN · VIII . M · VI · D · IX
H · PL · MINVS · V · C
CASSIVS · THESPIVS · ET
SERGIA · MAXIMINA
PARENTES · MESTISS ·
ET · INFELICISSIMI

De semisse horæ, ultra Gruterianas pag. CCCIV. 1, & DCLXXIX. 5, istas in Collectaneis habeo:

217 D · M · P · AELIO SER
VANDO · FILIO · P
AELIO · SERVANDO
QVI · V · A · II · M · IIII
D · II · H · VI S · FAC
CVR · P · AELIVS
VERAX · NEPOTI

Fragmentum in Villa Nobb. de Mandoiis.

repetitâ ex Cap. I. eâ quæ habetur num. 257. Felicis illius qui vixit annis XXIII. D
diebus XXV. & horâ semis.

218 INNOCENTIVS · INNOCENTIO
FILIO · PIO · PRO · INNOCENTIA · SVA
BENEMERENTI · QVI · VIXIT *columba* E
ANNO · VNO · DIEBVS ÇIII · ORAS · III S
IN · PACE

Hortis Perettis.

Et tandem scrupulos horarum continet hæc pariter Christiana inscriptio. F

219 BENEMERENTI · IN · PACE
SILVANA · QVAE · HIC · DORMIT
VIXIT · ANN · XXI · MENS · III G
HOR · IV · SCRVPVLOS · VI
DEPOS · IX · KAL · IVLIAS ···
QVI · IN · · · · · · · · · · · ·

Pisis ex schedis Puteanis. H

Quota autem pars horæ sit *scrupulus*, in incerto apud me est; cùm ad ponderum divisionem scrupulum pertinere, tanquam vigesimam quartam uncię partem, I penès Q. Rhemmium Fannium Palęmonem in Carm. de Mens. & Pond., & Isidorum Etymol. lib. XVI. cap. XXIV. equidem viderim; sed pro mensura temporis ab ullo Scriptore adhibitum, non K meminerim. Vbi igitur Latini de hac horarum ulteriori divisione silent, eam à Græcis, à quibus ad nos Mathematicæ L scientiæ partes ejusmodi derivarunt, petendam arbitror.

Iulio Polluci in diei partibus enumerandis

A randis minima portio exiſtit ὥρα δὲ καὶ
ἡμιώριον, *hora & ſemihora* lib. I. cap.
VIII. num. 8. Paullò minutiùs, ſed non
ſatìs ad rem noſtram, concidit Ptolemęus
B lib. I. cap. XXIII. Coſmogr., ubi in por-
tiones *quartæ*, *mediæ*, & *mediæ cum*
quarta, horas diſpertit; nec enim ibi ul-
teriori diviſione opus erat. Idem tamen
C in Almageſto, eâ qua nunc utuntur
Aſtronomi accuratiſsimâ ſciſsione ho-
ram diſtribuit, ubi motum ęqualitatis Lu-
næ deſcribit lib. IV. cap. III. in minuta
D prima, ſecunda, tertia, quarta, quinta,
ſexta, ſeptima, & octava partiens: & in
Tabula motvum planetarum, ſemper
uſque ad minuta ſexta progreditur. Du-
E bitaveram ſanè, potuiſſe Arabes, à qui-
bus opera Aſtrologica Ptolemæi accepi-
mus, ſuas partitiones Authori illi, cujus
ipſi ſcripta ſervarunt, primùmque in lu-
F cem protulerunt, accommodaſſe: Sed
ſcrupulum removit præſtantiſsimus Be-
nedictus Averanus à me per communem
amicum conſultus; aſſerens, uſque à
G Theonis temporibus, cujus Commentaria
MSS. in celeberrima Laurentiana Biblio-
theca Medicea aſſervantur, ex quibus im-
preſſa corrigit, & verſionem parat, ean-
H dem per ſexageſimas diviſionem appare-
re in ipſo Ptolemęi contextu à Theone
relato, quod poſterioris Arabum alte-
rationis ſuſpicionem omnem diſpellit:
I Quin, & eandem diſtributionem per ſe-
xageſimas, teſte Ptolemęo in fine cap. XI.
dicti lib. IV. viguiſſe uſque ab Hipparchi
ævo, qui CCC. annis Ptolemæum ante-
K ceſſit: tanquam novum minimè ſit, ſed
à pluribus retrò ſeculis introductum, id
quod Plutarchus de Iſid. & Oſirid. retu-
lit pag. 131. C, *ſexagenarium numerum,*
L *primam eſſe menſuram jis, qui res cæle-*
ſtes pertractant.

Aliam diviſionem apud Divum Ire-
næum lib. I. adversùs Hæreſ. cap. XXIV.
reperio, quam ex Latina antiquiſſima verſione ſuperſtite, tutius erit exhibere, grȩco autographo in fragmenta redacto; *Sed & horam dicunt, quod eſt duodecimum diei, ex XXX. partibus adornatam propter imaginem tricenarii*. Sed iſta ad pſeudo-myſteria Valentini & Gnoſticorum alludunt, & impiam illorum ſectam non egrediuntur.

Quod ſi Græcis ſuus mos relinquendus, & hæc noſtra per ſcrupulos diviſio tenebris vetuſtatis circumfuſa, ex Latina proprietate determinanda ſit; dicerem, analogiâ inter menſuram ponderalem & horariam ſervatâ, tot horæ ſcrupulos, quot unciæ adiudicandos. Nec enim nova apud noſtros talis vocabulorum reciprocatio in quantitatis, quam vocant, continuæ menſurâ, atque in ponderibus; nam apud Columellam lib. VI. cap. XVIII, & lib. de Arbor. cap. XVI, dupondium, quod duorum aſſium pondo ſignificat, de duobus pedibus quoque dicitur, eâdem ratione, qua, uti uncia ad aſſem, ita uncia ad pedem ſe habet; ac proinde, eodem pacto, quemadmodum libra in XII uncias, ita dies in totidem horas diurnas, nocturnaſvè diſtribuitur; rurſuſque, hora, duodecima pars diei, in totidem ſcrupulos, nempe XXIV diſpertiri potuit, quot uncia, duodecima & ipſa libræ portio. Convenitque magìs hic numerus, quoniam ita horæ in XXIV ſcrupulos dividentur, utì diem integrum naturalem in XXIV horas dividere moris fuit; ut eundem æquè multiplicem numerum pars & totum ſortirentur.

Recentiores noſtrâ inſcriptione Latini, abiectâ ſcrupulorum menſurâ, alias ſubtiliores adinvenerunt. Rhabanus enim Maurus, qui IX ſȩculo floruit, in tractatu de Computo inter Baluzii Miſcell. lib. I. cap. XI. Horam dividit in XL. *momenta*; unumquodque horum in *oſtentum* &

dimidium; *oſtentum* verò in CCCLXXVI *atomos*, ſeu *ictus oculi*; ita ut hora integra XXII millibus DLX oculi ictibus, ſive atomis conſtet. Rurſus cap. XIV. ex quattuor *Oſtentis Partem* efformat, quæ propterea eſt portio XV.ª horæ unius, continetque *momenta* duo, & duas ex tribus partibus alterius momenti, ſeu *atomos* MDIV. Iterum cap. XV. explicat quota pars ſit horæ *Minutum*, quod decimam eſſe dicit; habens ſcilicet *Partem* unam, & ſemis, *Momenta* quattuor, *Oſtenta* VI, *Atomos* MMCCLVI. Et denum cap. XVI. *Punctum* definit eſſe quartam unius horæ partem, *Minuta* duo & ſemis, *Partes* tres cum dimidia & quartâ ſuperadditâ, *Momenta* X, *Oſtenta* XV, *Atomos* IↃↃDCXL comprehendens.

Eaſdem, licet non omnes minutiores menſuras, agnoſcit Vetus Agrimenſor, laudatus in Gloſſar. Freſnii verb. Oſtentum. *Hora conſtat* 115. *punctis*, [variat in hoc à Rhabano] 10. *minutis*, 15. *partibus*, 40. *momentis*, 60. *oſtentis*.

Concordat omninò Honorius Auguſtodunenſis de Imag. Mund. lib. II. cap. III; niſi quòd aliquando, *minutum* eſſe decimam partem horæ, aliquando quintam autumat; licet cap. X. horæ portiones in epilogum redigens, minuta X. horario ſpatio unicè tribuat.

Ab utroque nihilominus recedit, nullo, ut ſolet, indicato authore, Ioſeph Scaliger de Rat. Tempor. juxta quem, prædictis omnibus menſuris perverſis, Hora eſt Punctorum IV, Minutorum XL, Partium CCCCLXXX, Momentorum MDCCLX, Oſtentis, uti arbitrariis, nullâ aſsignatâ dimenſione.

Non poſſum hìc non meminiſſe Sectionis illius horariæ in MM pulſationis Cordis. (certiori ſanè & nobiliori quàm ictvum oculi menſurâ) Hanc obſervavit Hervaeus in lib. de Circulatione Sanguinis, eâque pro argumento utitur ad præclaram illam à ſe inventam ſpeculationem confirmandam. A

* *pag.* 63. L. *amphoræ ſibi ſuppoſitæ*] B
Tituli iſti in planum ſuper amphoris, olliſvè ſuis jacentes, argvunt, eaſdem, quibus inſiſtebant, cæmento incluſas fuiſſe, quò conſiſtere poſſent; non enim, C
ex earum figura, erectæ ſtare valebant, cum apodes eſſent, quales eas Cap. antecedenti pag. 19. A deſcripſimus, vel in hanc formam confectæ fuerint. D



Murum quem diximus, urnas titulo supernè inſignitas complectentem, MASSAM in inſcriptionibus vocari credo; de qua varii varia, ſed nîl propiùs ad vocabuli ſignificationem, & rei veritatem accedere putaverim: præfert namque huic cogitationi non obſcuram lucem inſcriptio illa Gruteri pag. MCVIII.6, in qua, *maſsâ extructâ tum filio, tum liberto, filius in vaſcello, & maſſa depoſitus* refertur, *& poſtea placuit lapide Tiburtino ambos in ſe circumdare, & titulum inſcribere*. Hæc eadem pag. DCLXIII. 3 *maſſa cum cinerario* appellatur, ideſt cum *cinerum urna*, quæ in alia inſcriptione VASCELLVS generico nomine dicitur. Confert pariter hæc inſcriptio, I

220 LACERIIS·FAVSTINAE·PAVLINAE
SATVRNINAE·SORORIBVS·SANCTIS
IANVARIVS·LVCILLAE·AVG·N
ACTOR·TVMVLVM·INFRA·MONI
MENTVM·SVPER·SARCOPHAGA K
EARVM·MASSA·AEDIFICAVIT·VS
QVE·AD·CVMVLVM·BEN·ME
RENTIBVS·SANCTISSIMIS·SVO
INPENDIO·FECIT

è ſchedis Barberinis. L

quæ non ollam cinerariam, ſed ſarcophagos fictiles, & fragiles alioqui, humati ſcilicet corporis conditoria, maſsâ circumple-

A cumplexa denotat.

* *pag.* 68. B. *M · OGVLNIO*] Hanc aliam, ejusdem Gentis fuisse, sub eodem prænomine, interpunctione distinguendo,

B 221 M·OGVLNIVS·MENOPHANES·ET
AVFIDIA · FELICVLA
FECERVNT · SIBI · ET
AVFIDIAE · ATHENAIDI · F
C SVAE · BENE · MERENTI
VIXIT · ANNIS · X · DIES · XLV
ET · SVIS · POSTERISQVE · EORVM

Ex schedis Barberinis.

D quovis pignore certaverim, quamvis eam Ill. Comiti Carolo Cæsari Malvasiæ in Marm. Felsin. pag. 443. novæ Genti Mogulniæ tribuere placuerit.

E * *pag.* 72. A. *DIS · PARENTIVM*] Vocem hanc PARENTIVM pro PARENTVM, non necessitate metri productam, ut in Horatio Commentatores

F adnotant lib. III. Carm. Od. XXIV, sed juxta communem usum adhibitam, hinc, & ex hac quoque inscriptione patet:

G 222 M · ALFEDIVS · L · F
MARCELLVS · PIVS
PARENTIV
INGENIO · BELLVS
H VI CANTOR · RISOR
AETATVLA
PRIMA · HEIC
REQVIEVIT

I *Parmæ nuper reperta.*

qua etiam, sive licentiâ, sive ratione, hæc alia; in simili HEREDITATIVM verbo, utitur.

K 223 D · · · · · ·
T · FLAVIO · PHOEB · · ·
LIBRARIO · EX · NVMERO · RATIONIS
HEREDITATIVM · VIXIT · ANNIS · X · · ·
L MENSIBVS · DVOBVS · DIEBVS · ·
DECIMIA · PROCILLA · · · ·
FECERVNT

Præ foribus Vineæ apud Atrium D. Pauli.

Necessitate quidem metri, versum illum Plauti in Casina,

Non Matronarum est officium, sed Meretricum,

in *Meretricium* emendat optimus Lipsius Antiq. Lect. lib. V. cap. I., sed verè, ita antiquos, quemadmodum & *Civitatium*, & *hominium* dixisse adiungit.

Usus nostro similis apparet in lapide apud Gruterum pag. DCLXXXI. 1, ubi PARENTIVM FRATRES.

* *pag.* 73. I. *INNOCENTI · CVM ENGRATIO · VIVAS*] Contingit sæpe in istis honorariis elogiis, quæ stylobatis statuarum inscribi solent, ut vel in regula coronicis, ut hìc, vel in ipsa sima iuversa, aliqua verba extra elogium apponantur. Aliquando nomen ipsum legitur, vel pars nominis ipsius honorati, ut in Grutero ANICII · IVN pag. CCCLIII. 4, CL · CLAVDIANI · V · C · pag. CCCLXXXXI. 5, FL · STILICONIS · V · C · pag CCCCXII. 3, PETRONI · MAXIMI pag. CCCCXXXXII. 7, TARRVT CDLXXI. 8, CLEMENTIANI pag. MXCV. 8, AGORII pag. MCII. 2, & inter nostras HONORATIANIVM, AVCHENIVM, FILVMENVM, & MANNACHIVM.

224 HONORATIANII
CVSTODI · IVRIS · AC · LE
GVM · PARENTI · TOTIVS
HVMANITATIS · AMICO
CIVILITATIS · ET · IVSTITIAE
FL · HONORATIANO · V · C · PATRO
NO · EQVABILI · TANTARVM
PROVISIONVM · CONSIDERA
TIONE · OFFICIVM · SEDIS
CONSVLARITATIS · PROVIN
CIAE · NVMIDIAE · CLIENTELE
VOTO · STATVAE · ORNAMENTA · LOCAVIT

Schedis Barberinis.
In Domo Iacobillorum Via Populi.

 225 AV-

225 AVCHENII A

ANICIO · AVCHENIO · BASSO · V· C · QVAESTORI · CANDIDATO
VNO·EODEMQVE · TEMPORE· PRAETORI·TVTELARI· PROCONSVLI
CAMPANIAE · PRAEFECTO · VRBI · TRINI · MAGISTRATVS
INSIGNIA·FACVNDIÆ·ET·NATALIVM·SPECIOSA·LVCE·VIRTVTE·ORNANTI

Ex Castalione. B

226 FILVMENVM

D D D · ET · PRINCIPES · N · VALENTINIAN
VALENS · ET · GRATIANVS · SEMP · AVGG
FILVMENVM · IN · OMNI · ACLHETICO · CER C
TAMINE · AB · ORIENTE · AD · OCCIDENTE · VSQVE
VICTOREM · PAMMACHO · LVCTA · PRANCATI
CESTIBVSQ · IDEST · PYCME · LOCATIONE · STA
TVAE · IN · ACLETARVM · CVRIA · AETERNITA D
TIS · GLORIA · DIGNVM · ESSE · IVDICARVNT
QVOD · OMNES · XISTICI · GRATANTER
ACCEPERVNT · SEN · PARITER · SIMVLQVE E
P · R · INGENTI · FABORE · PROSECVTVS · EST

In impluvio Ædium Eminentissimi Chisii.

227 MANNACHIO
PRO·SINGVLARIBVS.ERGA
CIVITATEM·NOSTRAM
MERITIS· INDVSTRIAE
ET· ELOQVENTIAE· PRAECI
PVO·ET·IN·OMNI·ADFECTV
PRAESTANTISSIMO
FABRICATORI·EX·MAXI
MA·PARTE·ETIAM·CIVI
TATIS· NOSTRAE·MVLTA
ET·VSVI·ET·ORNATVI
ADDENTI · VMBRONIO
MANNACHIO· V· C · PA
TRONO·DIGNISSIMO
ORDO·CIVITATIS·AECLA
NENSIVM·STATVAM
PONENDAM· CENSVIT

è schedis Vaticanis.

Aliquando Curatoris operis nomen apponitur, ut CVRANTE CALOPODIO LOCATORE pag. MXXIV. 5.

Aliquando nomina, ut puto, alicujus Oppidi, aut Loci, sub clientela olim recepti, & propagationi honoris Patroni sui plaudentis, ut POPVLONII pag. CCCLXI. 1. 2, CCCLXII. 1. 2, CCCLXIII. 2, & TRITVRRII ex hoc fragmento in Hortis Barberinis: F

228 TRITVRRII
M · NVMMIO · ALBINO · V · C
QVAESTORI · CANDIDATO G
PRAETORI· VRBANO· COMITI
DOMESTICO·ORDINIS·PRIMI·ET
CONSVLI· ORDINARIO·ITERVM
L· NVMMIVS· SECVNDVS· EIVS H

Et quod conjecturam firmat, PHOSPHORII apud eundem Gruterum pag. CCCLXX. 3, ubi Portus hujus juxta Bizantium incolæ, de altera statua L. Aur. Symmachi, cui suam dedicant, *etiam apud Constantinopolim collocata* memoriam repetunt. I K

Aliquando denique secundo quodam & peculiari cognomine (quo frequenter usos Romanos, pluribus infrà Cap. sequenti exemplis docebimus) insigniri lapides extra ordinem placuit; ut in aperto rem constituit dedicatio illa, sive sepulchrale encomium apud Gruterum pag. MXCVIII. L

A MXCVIII. 1, in quo FAVSTINI & LAVDICIAE titulus præmittitur, hujus quidem in epigraphe expressæ, alterius ſub L. Nonii Veri nominibus, hoc FAV-
B STINI (ſive id agnomen, ſive cognomen fuerit) tacitè intellecto.

Sic itaque noſter INNOCENTIVS, additione quadam ad nomen ſvum MA-
C GI GERMANI STATORIS, ab amico, nominiſque ejus devoto ENGRATIO operis curatore nuncupatur: quemadmodum in Grutero LEVCADIVS
D pag. CCCCXVII.4, & rurſus MXC.16, AEGIPPVS pag. CDXL. 3, ACONTIVS pag. CDLXIII. 4, EVCHARIVS pag. DCCXXXII. 6, ARGENTIVS
E pag.MXCII.2, CVRETIVS pag. MCII. 8, & PETREIVS pag. MCX. 1; atque in noſtris GREGARIVS, SECVNDINVS, AQVILA, ARRADIVS, PAL-
F LADIVS, EVSEBIVS, DISCOLIVS, aliuſque ARGENTIVS.

229 GREGARII · V · C ☧
CHEIONIO · CONTVCIO · V · C ☧
G OB · EGREGIA · FACTA · ET · RA
RVM · VETERIS · SANCTITATIS
EXEMPLAR · INLVSTRATORI
PROSAPIAE · SVAE · CVIVS · OPE
H AVCTAM · INSTAVRATAMQ
TOTA · SE · PICENI · ET · FLAMI
NIAE · PROVINCIA · GRATV
LATVR · QVO · IVDICANTE · QVA
I SI · QVODAM · PARENTE
PRIMEVO · SINGVLAE · CI
VITATES · IN · PRISTINAM · FA
CIEM · REVOCATAS · ESSE · LETAN
K TVR · FORONOVANI
DESIDERIA · TOTIVS
PROVINCIAE · PRAE
CEDENTES · STATV
L AM · AD · VIVACEM · RECOR
DATIONEM · ET · SEMPITERNAM
MEMORIAM · POSVERVNT

In Ædibus Barberinis.

230 SECVNDINI
L · CREPEREIO
ROGATO · C · V
PONTIFICI
DEI · SOLIS
SEPTEMVIRO
ET · INSIGNI
LVPERCO
ISTARVM
AEDIVM
CONDITORI

Apud Chriſtinam Auguſtam.

231 AQVILA
SOLI
ALAGABALO
IVLIVS
BALBILLVS

Cippulo è regione Ædium Sfortiadum.

232 C · ARRADII
LVCIO · AVRELIO · AVXON
TI · LEONIDAE · V · C
QVAESTORI · PRAET · CVRA
TORI · CAPVENSIVM · OB · MVL
TA · PRAECLARA · IN · CIVES
PATRIAMQ · HONORIFI
CENTIAE · SVAE · MERITA
INSTITVTORI · NOVOR
AC · RENOVATORI · OPE
RVM · PVBLICORVM
AB · ORIGINE · PATRONO
OMNI · LAVDE
DIGNISSIMO
REGIO · COMPITI

Capuæ è ſchedis Barberinis.

233 PALLADI
PRVDENTISSIMO
ET
BENIGNISSIMO
PATRI
P · AELIO · DIONYSIO
P · V · RATIONALI
VETTENIA
SABINILLA · V · V *Virgo Veſtalis*

In Viridario Cancellariæ.

234 EV-

234 EVSEBII
Q·AVRELIO·NICOMACHO·V·C·
QVAEST·PRAET·PONTIFICI
MAIORI · CORRECTORI
LVCANIAE·ET·BRITTIORVM
COMITI· ORDINIS · TERTII
PROCONS · AFRICAE · PRAEF
VRB · COS · ORDINARIO
ORATORI · DISERTISSIMO
Q·FAB·MEMM · SYMMACHVS
V · C · PATRI · OPTIMO
Hortis Theophilis in Cœlio.

235 D M
OCTAVIO . ISOCHRY
SO·FILIO·DVLCISSIM
Q·V·AN·I·D·XXX·
CHRYSEROS·ET·F
PRIMITIBA · PAREN
ΕΥΨΥΧΙ · ΔΙΣΚΟΛΙ
Vinea Nobb. de Cavaleriis in Sarcophago.

236 ARGENTI·HAV
ARRIO · HO
RATO · EVTY
D CHETI·ACI M
LIA·CARNVS
COIVGI·DE
SE·B·M·F
Vrnula in Hortis Matthaiis.

Sponius, priorem in ordine referens Sect. V. pag. 186, tum titulum GREGARII, tum etiam nomen Provinciarum PICENI ET FLAMINIAE sollemni sibi negligentiâ omisit. Nec meliùs versatum videbis in alia EVSEBII, corrupto nomine Q. AVRELII NICOMACHI in Q. VALERIVM SYMMACHVM, & emendatâ BRITTIORVM in BRVTTIORVM regione, nullâ quidem ratione cogente; quia proximè ad tempora hujus nostræ Inscriptionis, CORRECTOR LVCANIAE ET BRITTIORVM *Fannius Victorinus V.C.* legitur in Grutero pag. MXCIV. 3, & in sequenti fragmento apud Gualtherum.

237 CORRECTORI·LVCANIAE
ET·BRITTIORVM
INTEGRITATIS · CONSTAN
CIAE·MODERATIONIS
ANTISTITI · ORDO
POPVLVSQVE REGINORVM

Ex elogiis, ad funebria epitaphia prætervecti, similia SYNCRATII, POEMENI & GAVDENTIORVM cognomenta, (sive cum Rickio ad Tacit. lib. I. Annal. c. 23. num. 4. *vocabula* appellanda sint) adinventa videmus.

238 D M
AVRELIVS · VITTALIO · HANC
MEMORIAM · CVM · SOLARIO
ET · CVVICVLO · A SOLO · FECIT
SIBI · ET · AELIAE · SOFIADI · CONIVGI
SVAE · ET · FILIS · SVIS · ET · AVRELIO
MERCVRIO · FRATRI · SVO · CVM
SVIS·ET·VLPIO·SECVNDINO·COGNATO·MEO
CVM · FILIS · SVIS · MEIS · FRATRIBVS .
ET·LIBERTIS·PATERNIS·ET·LIBERTABSQVE
SET · ET · MEIS · POSTERISQVE · OMNIVM
AEORVM · ET · QVIBVS · ME · VIVO · LOCA
DONAVI · IVVEO · ITVM · AMVITVM
VNIVERSOS · ABERE · ET · HOC · PETO
AECO · SYNCRATIVS · A BOBIS · VNIBERSIS
SODALIS · VT · SENE · BILE · REFRIGERETIS
SYNCRATIORVM
Præneste in Palatio Principis.

A 239 AVRELIO·LVPIANO·DEC·MVN
ARICINORVM·AEL·IVLIA
CONIVGI · DVLCISSIMO · B· M
POEMENI· DVLCIS·ET· HOC·EST
è schedis Barberinis.

B 240 CLAVDIORVM
VNGEITO ET IRENE
CVBICVLVM MEMO
C RIAE ATQVESIERVNT
COMMVNI IMPENDIS SVIS
FECERVNT ⟶ LIBERTIS LIB
ERTABVSQVE POSTERIS
D QVAE EORVM GAVDEN
TIORVM
In Muro ad Plateam Branchæ.

* *pag.* 73. L. *ANNI·CLI·*] Si ho-
E rum Collegiorum certum haberemus initium, tempus inscriptionis colligere in promptu esset: atqui variantibus præ locorum varietate eorum institutionibus,
F res in incerto vagatur. Quippe imperante Hadriano, cujus imperii exordium cadit sub anno ab V. C. DCCCLXX. Magistri Quinquennales Collegi Fa-
G brûm Tignar. numerabant lustrum XIII, ut in inscriptione 6. pag. CCLII. apud Gruterum; at postea Faustinæ Aug. tempore, simile Collegium XXVII. lustro-
H rum antiquitatem ostentat pag. CCLXI. 4, septuagenûm scilicet annorum differentiâ, quanta non intercedit inter exordium imperii Hadriani & obitum M. Aurelii Antonini, esto etiam quòd de Faustina juniore ejus coniuge inscriptio loquatur; horum enim extremorum distantia annos LXI. non excedit. Ex quo patet, unicum & communem ortum non fuisse istis Magistris Quinquennalibus, utì Vicorum Vrbis Magistris, quorum cùm sint certa principia ex Dione lib. LV. Ti. Claudio & Cn. Calpurnio Pisone Cos. anno Vrbis DCCXLVII. binæ proinde de jis inscriptiones consentiunt. En tibi (ut rem exemplo ex inscriptionibus petito confirmem) *Magistros Vici Sandaliari Regionis IIII. anni XVIII.* sub Consulibus Germanico Cæsare & C. Fontejo Capitone, hoc est A. Vr. DCCLXV. in inscriptione Gruteriana pag. LXIX. 5, numerum exactè implentes: Idem comperies in ea, quam Cap. IX. nostri Syntagmatis de Col. Traj. pag. 273. exhibuimus, in qua pariter annus Magisterii CVI, cum anno Vrbis DCCLIII, quo Trajanus tertium Consulatum gessit, ad amussim concurrit.

Discordat (ut verum fatear) hoc epistilii frustum, prostans in Viridario PP. Teatinorum ad Quirinalem:

241 VGVST · VICI · IOVIS · FAGVTAL
MP · NERVA· DIVI · NERVAE · F · TRAIAN
I ICO· PONT· MAX· TRIB· POT. XIIII · IMP · VI
POLLIONIS· TRIB·PLEB·AED·REG·III·VETVSTA
GISTRI · ANNI· CXXI· SVA· INPENSA· RESTITV
PHOEBVS A· NONIVS· A·L· ONESIMVS
CALLISTVS L·VALERIVS·L·L·EVTICHVS

K Sed, vel in partibus abruptis aliquid latuit, per quod annus CXXI. ad decimum tertium imperii annum, (qui ex præmissis CXVI. esse debuit) retroducendus non
L sit, ut primâ facie videtur; fieri enim potuit, ut Magistri anni CXVI. opus aliquod inchoaverint, cui Magistri anni CXXI. jam perfecto se inscripserint: Vel in eo Marmorarios lapsos fuisse dicendum est, & decusse per medium secto, itaut annus CXVI. resultet, epigraphe emendanda, quod Reinesio, & ei similibus, nullam difficultatem facesseret, mihi exorbere durissimum est, in marmore præsertim publicâ authoritate inscripto, atque oculis omnium exposito.

Idem

Idem dixerim de hoc alio fragmento apud Gruterum pag. CVI. 6, A

242 LARIBVS · AVG · ET · GENIS · CAESARVM
DESIG · X · P · P · PERMISSV · A · ANNI · CAMARTIS · T
ET · VIRTVTIS : MAGISTRI · ANNI · LXXXXII · A · S
IVLIVS · C · L · ZOSIMVS · M · BIRRIVS · M · L · HIERVS · M B

per quod, anno Consulatus Domitiani nono (de eo enim indubiè marmor loquitur) Magisterii annus XCII. trium annorum anticipatione jungi videtur, nisi eadem interpretatio qualitercumque succurrat, primum scilicet numerum noni consulatus Domitiani, opus incœptum, posterius, perfectum designare.

* *pag.* 73. L. *COLON · C · A · F · MED*] Lapis Mediolani existens, de alia Vrbe conjecturam non admittit. Notas illas C · A · F · *Copia Augusta Felix*, sine exemplo quidem, at non sine ratione explicamus; quia *Augusta*, in obsequium dominantis, ut aliæ Gallicæ Ariminum, & Verona, *Copia*, & *Felix* ob abundantiam & fertilitatem Agri, qui veriùs, àc Reatinus, sumen Italiæ vocari meretur, eas appellationes sortiri potuit. Nisi magis placeat *Claudiam Augustam Felicem* vocare, exemplo aliarum Gallicarum Vrbium, quæ *Claudiæ* nomen assumpserunt, ut Lugdunum & Narbo: præsertim quia, indicium suppetit ex hac recèns Mediolani reperta inscriptione, privato quoque cultu, ut publicum communemque imitarentur, à Vicanis Vici Venerii Claudio honores impertitos.

243 TI · CLAVDIO
DRVSI · F · CAESARI · AVG
GERMANICO
PONT · MAX
TRIB · POT · VIIII · IMP · XVI
CoS · IIII · CoS · DESIGN
P · P
VICVS · VENERIVS

Claudiæ appellationem inhæsisse Coloniæ Viruno in Norico, ultra notas COL · C · VIRVNO apud Gruterum pag. DLXIX. 7, expressum in nostris habemus. C

244 D · M
T · AVRELIVS · SVMMVS · EQ
SING · AVG · CLAVDIO
VIRVNO · NAT · NORIC D
VIX · ANN · XXVII · MIL
ANN · VIIII · P · AELIVS
SEVERVS · HERES
AMIC · OPTIM · F · C E
Ad Mausoleum D. Helenæ.

245 D · M
T · FL · SATVRNINO · SESQVI
PLIC · EX · NVMERO · EQVIT F
SINGVLARVM · AVG · CLAVD
VIRVNO · TVRMA · MACEDONS
MIL · AN · XXI · VIX · AN · XL
FACIVNDVM CVRAVIT · FLAVIVS G
SEXTILIVS · AMICO · BENE · MER
è schedis Chisiis.

Hinc ad rem nostram elicitur siglæ illius C. in laudata Gruteri inscriptione, de H CLAVDIA interpretatio, quemadmodum in CLAVDIA SABARIA ex notis C. S. optimè arguit idem in margine inscriptionis 1. pag. CCCLXXXIX. Vnde I non immutanda erat ab Vrsato in Monum. Patav. lib. I. Sect. II. pag. 112. nota illa CL. quartæ lineæ in hac inscriptione,

246 D · M K
D · CASTRITIO · VERO
ANTONIO
DEC · CL · CEL · AN · XXVI
IVLIA · Q · FIL · VERA L
MATER
V · F · ET · SIBI
Grut. pag. CCCLXXXVI. 3

quasi

A quasi COLCEL: *Coloniæ Celejæ* legi debuerit; cùm vera lectio ex jam dictis suppetat CLAVDIAE CELEIAE, confirmata insuper ex similibus prorsus notis
B pag. CDLXXXII. 7, & pag. CDXCVII. 10. & 11, quas Vrsatus non advertit; nam vel hisce quoque manum intulisset, vel priorem intactam ab importuna corre-
C ctione reliquisset.

Concordia tandem *Augusta Felix* vocari potuit, exemplo *Juliæ Concordiæ*, atque CONCORDIAE VLPIAE TRAIANAE AVGVSTAE FRVGIFERAE HADRVMETINAE Grutero jam exploratarum pag. CCCLXII. 2, & DXLIX. 7, quibus adde COLONIAS NERTOBRIGENSEM, & BENEVENTANAM ex sequentibus.

247 EX HISPANIA · VLTERIORE · PROVINCIA
BAETICA · MVNICIPIVM · CONCORDIA
IVLIA · NERTOBRIGENSES · PVBLICE

In Prædio D. Equitis Silvæ sub Tusculo tribus prioribus lineis abrasis.

D

248 IVLIAE · AVG
IMP · CAESARIS
SEPTIMI · SEVERI · PII
E PERTINAC · AVG · ARAB
ADIAB · PART · MAX
MATRI · AVGVSTI
ET · CASTRORVM
F COLONIA · IVLIA
CONCORDIA · AVG
FELIX · BENEVENTVM
DEVOTA · MAIESTATI
G AVGG · IN · TERRITORIO
SVO · QVOD · CINGIT
ETIAM · CAVDINORVM
CIVITATEM · MVRO · TENVS

H *è schedis Barberinis.*

Pleræque ex istis honorariis, atque additiis, ut sic loquar, Vrbium nuncupationibus, penitùs exolevissent, ni nostræ
I inscriptiones taciturnitati Historicorum succurrerent. Sic ultra Municipia FLAVIA, Aruense, & Axatitanum, de quibus Gruterus pag. CDXXXII. 7, & CDLXXVI. 1, aliud SALPESANVM ex hac inscriptione innotuit.

249 L · MARCIVS · L · F · L · N · L · PRON
C · ABN · QVIRINA · SATVRNIN
ANN · XIIX · MENSIVM · V · H · S · E
HVIC · ORDO · MVNICIPII · FLA
VII · SALPESANI · LAVDATIO
NEM · LOCVM · SEPVLTVRAE
STATVAM · PEDESTREM · IMPEN
SAM · FVNERIS · ORNAMENTA
DECVRIONATVS · DECREVIT
IDEMQVE · OMNES · HONO
RES · A · POPVLO · ET · INCOLIS
HABITI · SVNT
· · · RINA · PROCVLVS · PATER
· · · · · · · M · REMISIT

Ex Rod. Caro de Antiquit. Vtrariæ.

Sic de nomine VRBANAE FLAVIAE CONSTANTIS Foro Flaminii olim tributo, ignari prorsus erant Fulginates, ruderibus ejusdem Coloniæ propinqui, ante hanc epigraphen ibi repertam,

250 C · MATRINIO · AVRELIO · C · F · LEM · ANTONINO · P · V
CORRECTORI · TVSC · ET · VMBR · PONT · GENTIS
K FLAVIAE · ABVNDANTISSIMI · MVNERIS · SED · ET
PRAECIPVAE · LAETITIAE · THEATRALIS · F · O
AEDILI · QVAESTORI · DVVMVIRO · ITERVM · Q · Q · I · D
HVIVS · SPLENDIDISSIMAE · COLONIAE · CVRATORI
L R · P · EIVSD · COLON · ET · PRIMO · PRINCIPALI
OB · MERITVM · BENEVOLENTIAE · EIVS · ERGA
SE · VRBS · OMNIS · VRBANAE · FLAVIAE
CONSTANTIS · PATRONO · DIGNISSIMO

è schediis Bibliothecæ Chisiæ.

quæ de tanta re suffragium fert. Et eodem pacto, speciosa cognomina IVLIAE FELICIS, Lucoferoniæ, & Pisauro, ex A his tantùm monumentis asseritur.

251 M·SILIO·EPAPHRODITO·PATRONO
SEVIRVM·AVG
MAGISTRO·IVVENVM·ITERVM·IVVENES B
LVCOFERO
NENSES·PATRONO·OB·MERITA
QVOD·AMPHITHEATRVM
COL·IVL·FELICI·LVCOFER·S·P·F C
DEDICAVITQVE·L·D·D·D

Apud Holsten. in Not. ad Cluver.

252 C·TITIO·C·F·CAM·VALENTINO D
AEDILI·Q·IIVIR·QVI·TESTAMEN
TO·COLONIS·COLONIAE·IVL·
FELIC·PISAVR·DECIES·CENTENA
MILLIA·NVM. DEDIT·ITAVT·PER·SING E
ANNOS·EX·SESTERTIORVM·M·CCCC
VSVRIS·POPVLO·EPVLVM·DIE
NATALI·TITI·MAXIMI·FILI·EIVS
DIVIDERETVR·ET·EX·SESTERTIORVM F
DC·VSVRIS·QVINTO·QVOQVE·AN
NO·MVNVS·GLADIATORIVM·EDERETVR
PLEBS·VRBANA

Pisauri in basi statuæ.

Hinc ergo infero, sine caussa corrigi ab Holstenio in Not. ad Cluver. pag. 606. lin. 36. receptam lectionem FLAVIA FANESTRI in l. non dubium 5. lib. II. tit. IX. Codic. Theodos. vetus nomen IVLIA FANESTRI reponendo: quippe temporariæ (ut sic dicam) adulationis esse potuit tum in Colonia Fanestri FLAVIAE (quam etiam AELIVM MVNICIPIVM successu temporis dictam voluit P. Harduinus in Num. Antiq. pag. 170.) tum in Mediolanensi CLAVDIAE additamentum: Idque in nummis præsertim Coloniarum fit palàm, in quibus assumptam, ut tempori servirent, denominationem, brevì dimissam atque evanidam animadvertimus in Neroniana Patrensi, Flavia Corintho, Septimiis Laodicea, Nesibi & Tyro, Aurelia Antoniniana Alexandrina, aliisque, quos G summâ diligentiâ collegit, nec minori eruditionis provisu explicavit nuper Io: Vaillantius. Etenim, non jam ut olim H cognomina Vrbium à Senatu imponebantur honoris caussâ; *sed unaquæque sibi nomina quotquot vellet deligebat*, ut suo ævo moris fuisse firmat Dio lib. LIV. I

Suspectum fuit Leandro Alberto in descriptione Regionis XV. suæ Italiæ, testimonium de IVLIAE CHRYSOPOLIS nomine, quod lapis quidam quem K refert, simulque aspernatur, Parmensi Coloniæ impertit: atqui fidem de eo lapide apud ipsum labantem, optimè firmat auctoritas libri Anonymi de Geographia L nuper à P. Placido Porcheron editi, atque ingeniosis notis illustrati, ubi lib. IV. §. XXXIII. disertè legitur IVLIA CHRYSOPO-

SOPO-

A SOPOLIS QVAE EST PARMA · *M. Magi Marsi patris & filii*, ex quibus MAGIVS MARSIANVS nostræ Inscriptionis (in qua prolixiùs immora-
B mur) oriri potuit, memoria extat in Grutero pag. CXXVI. & CXXVII. sub tertio Antonini Pii consulatu.

* *pag*. 74. G. *ROGATOR*] In Comi-
C tiis Curiatis *Rogatores* adhibitos, *qui Cistam deferrent, in quas tabellas suffragii Populus coniiciebat*, ostendit Sigonius de Comit. Rom. lib. I. c. III In Comitiis verò
D Tributis, *non alium fuisse Rogatorem Tribuum, præter ipsum Magistratum, à quo habebantur Comitia*, contendit Nicolaus Gruchius in similis tituli tracta-
E tione lib. II. cap. IV. De prioribus hunc *Lycastum*, tanquam ex libertina conditione, fuisse oportet. Illud certè notandum, in nulla hactenus epigraphe, de
F tali Officio (sive Magistratu minori) neque in Thesauro Gruteri, neque alibi, quòd viderim, memoriam extare: Vnde inscriptioni, alibi quoque memorandæ,
G prærogativa raritatis accrescit.

* *pag*. 76. K. *HANC ARAM*] Aram esse idem àc Vrnam, Basim, seu Cippum ipsum funebrem, jam pridem notarunt
H Viri docti; ipseque magnus Gruterus promiscuè *Aram seu Vrnam sepulchralem* nominat ad titulum inscriptionis 8. pag. CMLXXXVIII. uti *aram*, *sive sepultu-*
I *ram* hic lapis:

253 SI QVIS EI ARAE SIVAE
SAEPVLTVRAE QVAM
K DOQVE MANVS INFER
RAE VOLVERIT INFERET
COLLEGIO PONTIFICVM
SS C M N̄

L *Ara rudi in Hortis Iustinianeis.*

patetque ex ultimis sequentis inscriptionis notis, quæ non aliam explicationem exposcunt, quàm HAEC ARA HEREDEM NON SEQVITVR, vel SEQVETVR, juxta illam legem, quæ communiter siglis hisce similibus concipi solet H · M · H · N · S, *hoc monumentum heredes non sequitur*; de qua suprà ad inscriptionem XI. post pag. 91. plura exempla cumulavi.

254 M · HIRRIVS · M · L · EROS
M · HIRRIVS · M · L
CRESCENS
FECERVNT · SIBI · ET
HIRRIAE · M · L · EVPLEAE
HIRRIAE · M · L · GRAPTE
H · A · H · N · S

Cippo sepulchrali Villa Corsina.

Præterea rem dubiam esse non sinunt subiectæ inscriptiones, in quibus viventes, sibi sepulchrum & memoriam constituere potuerunt; aram verò ad propriũ cultum posuisse, absonum est, & incredibile.

255 APLASIA · L · F
PAVLLINA
ARAS · TRES · SIBI · ET
Q · CORRIO · ANTIQVO
VIRO · SVO · ET
Q · CORRIAE · Q · F
PAVLLINAE
FILIAE · SVAE
TESTAMENTO · FIERI · IVSSIT
MACERIA · CIRCVNDATA

Gruter. pag. DCCL. I. 4.

256 CANVLEIE · SATV
RNINE · T · CANVLEIV
ATIMETVS · LIBERT · SVE
ARAM POSVIT · LIBES
ANIMO · SIBI · ET · SVIS

In Sarcophago ad Vicum Riariorum.

257 DIS · MANIB
TI · CLAVDIO
NICOMACO
ARAM · FECIT
SIBI


Hortis Iustinianeis in cippo ad cineres excavato.

O 2 258 DIS

258 DIIS · MANIBVS
D · LVCILIO · FELICI
D · LVCILIVS · SOTERI
PATRONO · B · M ·
F

è schedis Barberinis.

Et certè cipporum sepulchralium figura in summo nihil ab ara differt; quia inter volutarum cornua spatium quadratum & concavum continet, ut hìc vides.



Nec usus diversus est, cùm in ea ipsa ara sacra parentalia celebrarentur; quod tum conjecturâ assequi, tum experimentis comprobare possumus ex nostro ipso Museo; in quo cum hac inscriptione,

XII SALLVSTIAE
IVSTINAE · Q · ET
SABINAE · COIVGI
BENEM RENTI
SACNTISSIMAE *sic*
QVAE · VIXIT · ANNI
S · XLII · MENSIBVS
VIIII · D · XVIII · L · SEMIS
ONIVS · PHILIPPVS · MAR
ITVS · FECIT · LIBERTIS
LIBERTABVS · QVE · POS
TERIS · QVE · EORVM

arulam habemus à summo ad imum terebratam, quò libationes ex receptaculo illo superiori in amphoram cinerariam sub cippo in terra obrutam defluerent, cujus etiam amphoræ collum per semipedem integrum ampliori foramine cippo inserebatur. Plurimas postea aras observavimus similiter pertusas, quarum inscriptiones, & possessores indicamus.

259 D · M A
NVMISIAE
PRIMIGENIAE

Hortis Iustinianeis.

260 D · M B
SALVNDIAE
SP · F
PRIMIGENIAE

Ibidem. C

261 DIS · MAN
N · IVNIO
EPIGONO

Vinea PP. Tertii Ordinis Via Labicana. D

262 DIS · MAN
BILLIENAE
SECVNDAE
PAEZON · C · BELLICI E
NATALIS · SER · CONIVGI
DE SE BENEMERENTI

Villa Carpinea.

263 D · M F
CLAVDIAE
PRIMAE
VIX · ANN · I
MENSIB · VI G
DIEB · XVI

Hortis Iustinianeis.

264 D · M
SALINATORIAE H
APATES · QVAE
VIXIT · ANNIS · X.
MENSIBVS · V ·
SALINATORIA I
CYRILLA
MATER · FECIT

Ibidem.

Aræ nomen retinent Cippi sequentes, K quorum prior C · IVLII · RVFI, ut alii sex superiores, perfossus quoque visitur.

265 DIS · MANIBVS
C · IVLIO · RVFO · VIX · ANN · XVIIII · M · VI L
PIENTISSIMO
PARENTES · ARAM · POSVERVNT

Hortis Iustinianeis sub stemmate invenis.

266 DIS·

A 266 DIS · MANIBVS
M · QVINTILIO · M · F
POL · VIBIANO
IMMVNI · HONORATO
B CVRATORI · XVI · M ·
QVINTILIVS · VRBANVS ET ·
M · QVINTILIVS · BESIDIANVS
PATRI · SVO · ITEM · QVINTILIA ·
C IARINE · OPTIMO · ET · BENE
DE · SE · MERENTI · PATRONO · ET
CONIVGI · PERMISSV · PIENTIS
SIMORVM · TRIBVLIVM . ARAM
D POSVERVNT · VIXIT · ANN · LV

Vinea Nobb. de Marescottis à Muro Torto.

267 DIS · MANIBVS
SACR
E L · CORNELI SYNERGI
ET · CORNELIAE · VENERIAE
ACONTIVS . LIB
PATRONIS
E ARAM · DON · D

In Hortis Quirinalibus.

Corrigo obiter errorem ex Phigio in Gruterum derivatum pag.CCCCLVI.6, & deinde ex Roscio in Holstenium in Annot. ad Cluverium pag. 62., de ara illa, seu cippo sepulchrali, Manibus *Tiberii Molli Clementis*, non *Selici Clementis*, ante Aedem S. Silvestri in Soracte Oppido erecto, qui sic legi debet.

G

H

268 DIS · MANIB
I TI · MOLLI · CLE
MENTIS · SEVIRI
MVNICIPIO · CA
PENAE · ARAM
K POSVERVNT · FIL
ET · LIBERTI

* *pag. 76. K. HABEAT GENIVM IRATVM*] Diras ejusmodi deprecationes colligere potes ex Grutero, atque aliis: suntque;

L

'MITEM ISIDEM IRATAM HABEAT SVORVM OSSA ERVTA
ATQVE DISPERSA VIDEAT

pag CCCIV. 1

LAESERIS HVNC TVMVLVM SI
QVISQVIS IN TARTARA PER-
GAS
ATQVE EXPERS TVMVLI LAE-
SERIS HVNC TVMVLVM

pag. DCLXVII. 10

QVISQVIS EVM LAESIT SIC CVM
SVIS VALEAT

pag. DCCX. 10

ILLI DEOS IRATOS QVOS OM-
NES COLVNT

pag. DCCCXVI. 7

HABEBIT SACRA ISIDIS ILLIVS
QVIETAE IRATA

pag. DCCCCXVII. 1

MANES IRATOS HABEAT

pag. DCCCCXXII. 3

MANIVM NVMINA IRATA
SVNTO

ex Boissardo To. III. par. V. pag. 53.

Reinesius hanc inemendatam affert Class. XVII. num. 168.

269 C · IVLIVS · C · L
BARNAEVS
OLLA EIVS SI QVI
OVVIOLAVIT AD
IFEROS NON RECIPIA
TVR

Correxit eam Sponius Sect. I. art. VII, sed meras nugas agit de idiotismo OV pro simplici V, Gallorum suorum more, abundante præsertim secundâ literâ V; cùm pronum sit τὸ OVVIOLARE à verbo OBVIOLARE deducere, quo utitur inscriptio 13. pag.CMXCVI. apud Gruterum, eo usu, quo *ouvertit*, & *ouvius* pro *obvertit* & *obvius* dici solitum, ex Mario Victorino Grammatico ostendit Dausquejus.

Execrationem ex acerbi doloris sensu exprimit nostra hæc inscriptio, rudi certè stylo, & barbarâ emendatione notabilis.

XIII D

XIII

D ❦ M
L · ABVCCIVS · AQVI
LA · ET · LVCCEIA · FELICI
TAS · HOC · LOCO · SACRA
RVNT · VBE · POSTA · EST
A
ABVCIA · VERNE · NOS
A
TRE · BENEMERENTI
E
FORTVNATA · ANNORVM
XVIII · DIEB · XXIII · SI QVI
H
VIC · LOCO · MANVS · IN
H
TVLERIT · ABEAT · DOLOREM
H
MEVM · QVEM · EGO · ABVI

Turpiculâ Dirarum obnuntiatione, sui sepulchri violatores deterret C. Cæcilius Florus, in hac inscriptione, in schedas Barberinas relata per claræ piæque memoriæ Virum Ferdinandum Vghellium, quem inter intimos amicos habui dum in humanis versatus fuit.

270 C · CAECILIVS · C
ET · Ɔ · L · FLORVS
VIXIT · ANNOS · XVI
ET · MESIBVS · VII · QVI
HIC · MIXERIT · AVT
CACARIT · HABEAT
DEOS · SVPEROS · ET
INFEROS · IRATOS

Inter Christianos quoque mos viguit, utcumque sui cadaveris quieti prospiciendi, ut apud Arringum in Roma Subterr. lib. IV. cap. XXVII.

271 MALE · PEREAT · INSEPVLTVS
IACEAT · NON · RESVRGAT
CVM · IVDA · PARTEM · HABEAT
SI · QVIS · SEPVLCHRVM · HVNC
VIOLAVERIT

quæ verba, *pietati, & mansuetudini* A
Christianæ difformia, importuno indiscretoque zelo reputat Reinesius Class. XX. num. 440.; tanquam si impios & sacrilegos (tales enim sepulchrorum vio- B
latores existimavit ipsamet erronea paganorum religio) denunciatione Divinæ ultionis deterrere, immite aliquod facinus fuerit apud veræ pietatis cultores. C
Offendissent Reinesianam mansuetudinem sequentes quoque, quas non propterea proferre veremur.

272 LOCVS · SERINI · SVBD · REG D
QVEM · COMPARAVIT · AB · IS
PECIOSA · ABBA · CON · TV
TA · CONGREGATIONE
SVA · SI · QVIS · AVTEM · LO E
CVM · ISTVM · BIOLABE
RIT · PARTEM · ABEAT · C
VM · IVDA · TRADITIOR
EM · DNI · NOSTRI · IHV F
XPI · AMEN

Ex schedis Barberinis, dicitur effossa inter Basilicam Liberianam, & Sanctam Praxedem.

273 S HVNC TITVLVM G
IPLAS HANTRA SEPVL
MORA QVE CLAVDVNT
SSE POTES XPI ANCIL
TA NOMI · · ANNA H
ENS VELAMINE SACRO
STRAVIT AT XPM
SEPVLCRVM VIOLARE
ET SIT ALIENVS A REGNO I
NSE MARTIO DIE

Fragmentum in pavimento Eccl. S. Mariæ in Cosmedin.

274

ƆCVI	AHF ⏀
ƆNIFATIA	ACE ⏀ · K
AVVSLICT	CAECI
QVIVIXITA	I MVIDE
TVSESTINPA	OBRIS ⏀ :
NDICTIONEP	⏀
QV I S CVMPI	ERIT INDE L
OCVMISTVME	SORVM ·
TAVERINT H	TPARTECVMIVD

Ad D. Gregorii ad Clivum Scauri.

Hujus

A Hujus etiam, sibi fortè invisæ apud Gruterum pag. MLXII. 1. clausulam eidem Reinesio obiicimus.

ET·SI·QVIS·SE·PRAESVMSERIT·
B CONTRA · HVNC · TVMVLVM ·
MEVM · BIOLARE · ABEA · INDE·
INQVISITIONEM · ANTE · TRIBV-
NAL · DNI · NRI

Vtque parumper hac occasione digrediar, similes malas precationes precatos videmus pro vinculo mutuę fidei Nepesinæ Civitatis Milites & Consules, in hac prope Portam lateralem Cathedralis Ecclesiæ parieti infixâ inscriptione, in qua de Anacleto II. pseudo-Pontifice fit mentio:

C 275 ✠ ANNO DOMINI MILL · C · XXXI·
TEMPORIB · ANACLETI II· PP
MEN · IVL · INDIC · VIIII · NEPESINI
MILITES NEC NON ET CONSVLES
D FIRMAVERVNT SACRAMENTO VT SI
QVIS HEORVM NOSTRAM VVLT FRANGERE SOCIE
TATEM DE OMNI HONORE ATQVE DIGNITATE
DOMINO VOLENTE CVM SVIS SEQVACIB· SIT EIE
E CTVS· ET INSVPER CVM IVDA ET CAYPHA AT
QVE PYLATO HABEAT PORTIONEM · ITEM
TVRPISSIMAM SVSTINEAT MORTEM VT GALE
LONEM QVI SVOS TRADIDIT SOCIOS ET
F NON EIVS SIT MEMORIA SED IN ASELLA
RETRORSVM SEDEAT ET CAVDAM IN MANV
TENEAT

ex qua etiam apparet, viguisse tunc temporis
G opprobrium illud, à Græcis ad Italos derivatum, ut Asino insidentes facie caudæ obversâ in ignominiosum veluti triumphum hostes ducerentur. Sic Ana-
H stasium C P Patriarcham jubente Constantino Copronymo habitum refert Zonaras To.III.Annal. Istomet Sęculo XII. Mediolanenses Beatrici Augustæ, Asinæ
I impositæ, pro fræno caudam tradidisse fertur: quod tamen dedecus non impunè stetit, dirutâ in vindictam, & solo æquatâ Vrbe à Friderico Aenobarbo, uxoris ludibrium
K ulciscente. Sic postea *Syrales*, apud Cantacuzenum Histor. lib. III. cap. XXIX. *mento & capite rasis Asino imponitur, sic ut facie ad clunes obversus, majo-*
L *ris caussâ dedecoris, caudam bestiæ pro fræno tenere cogeretur.*

Character Nepesinæ istius inscriptionis est Longobardicus, cum pluribus litterarum nexibus, ac scripturæ compendiis, quæ consultò omisimus, significationi tantùm incumbentes.

* *pag. 78. F. Dianam altè succinctam*] Dianam igitur hic, sed malè cognitam habemus: alibi eandem, ubi nullatenus adfuit, agnovit Sponius in Miscell. pag. CCCXIII. num. XIX, & pro Atalanta supposuit, in marmore illo Venationis Apri Calydonii primùm ab ipsa vulnerati; ita turpissimâ celebris facti ignoratione eruditionem ementitus, suæ memorię lapsũ Sculptori imputat, *Sed cur in hoc marmore cernitur cũ aliis Diana, quę huic venationi tantum abest ut adfuerit, quin potiùs, Meleagrum ob hoc facinus punierit, utpote quæ Aprum ipsum irata adversus Oeneum Meleagri patrem in Calydonium misisset agrum. An non ergo fuerit Sculptoris memoriæ lapsus?*

* *pag. 80. A. DEBITA SACRATIS MANI-*

MANIBVS OFFICIA] Inscriptionem illam ex qua hoc distichon sumpsi, inter Christiana monumenta repositam à Grutero, primo intuitu miratus fui, ob importunam illam MANIVM usurpationem: Idemque dubium eadē de caussa se obtulit in alia pag. MLXI. 7, ubi dicitur SANCTIQVE TVI MANES NOBIS PETENTIBVS ADSINT; attamen clausula QVIEVIT CVM PACE in prima, & *depositionis* certa expressa dies, promissaque psalmodia in hac altera, A inscriptiones fuisse à Christianis positas evincunt. Facile siquidem erat tunc ex inextinctæ gentilitatis fratibus, poëtico præsertim stylo, aliqua imitari inconsiderate B potius quàm impiè, quæ adultæ jam veræ religionis temporibus resecata sunt. Quis enim nunc fata iniqua incuset, ut hæc inscriptio è Cœmeterio Priscillæ Viâ Salariâ in Vinea Angelonia C nuper eruta?

276 ·DACIA QVEM GENVIT SVCEPIT INCLITA RO
·AERORE PATRIAE TANTVM LVCTVSQ ❦ REMI D
·CVI PATER ALEXANDER QVIQ ❦ EO NOMINE DIC
·MATER DIOCLIA ANNOQ ❦ VICENSIMO VI
·VM POLLET STVDIIS FATIS DECESSIT INI E
·DEPOSIT · XVIIII · KAL · SEPT · DIE V

Quis *Lachesim*, & *Tænareas aquas* in mortualibus Christianorum elogiis hodie commemoraret, ut ista apud Arringhum?

277 ❦ EPITAPHIVM REMO ET ARCONTIAE F
QVI NATIONE GALLA GERMANI
FRATRES ❦ ADVLTI VNA DIE
MORTVI ET PARITER TVMVLATI
SVNT G
HAEC TENET VRNA DVOS SEXV SED DISPARE FRATRES
QVOS VNO LACHESIS MERSIT ACERBA DIE
ORA PVER DVBIE SIGNANS LANVGINE VESTIS
VIX HIEMES LICVIT CVI GEMINARE NOVEM H
NEC THALAMIS LONGINQVA SOROR TRIETERIDE QVINTA
TAENAREAS CRVDO FVNERE VIDIT AQVAS
ILLE REMI LATIO FICTVM DE SANGVINE NOMEN
SED GALLOS CLARO GERMINE TRAXIT AVOS I
AST HAEC GRAIVGENAM RESONANS ARCONTIA LINGVAM
NOMINA VIRGINIO NON TVLIT APTA CHORO
DEPOSITI NONIS NOVEMB · CONS · DIOSC · V · C

Non tamen inter istos à Paganis acceptos ritus repono cum P. Mabillonio in Itin. Ital. pag. 140. *Deorum Manium* (ut sibi videtur) in Christianorum monumentis inscriptionem: vel *ex ritu Gentilium, qui corporum resurrectionem ignorabant*, ut vir eruditissimus ait, DOMVS AETERNAE pro Sepulchro usurpatam appellationem. Quia notas illas D MA, K quas expendit in mea illa quam affert epigraphe LEOPARDI pag. 73. DEO MAGNO, seu MAXIMO tribuendas puto, ostendamque plenius Cap. VIII. L Inscriptionum Christianarum, ubi eam exponam. Aliam DOMVS AETERNAE commemorationem, non à Gentilitate

A tilitate, ſed à ſacra potius pagina deſumptam, opinari debemus. Quippe in Libro Eccleſiaſt. cap. XII. verſ. 5. ita habetur, *Ibit homo in domum æternitatis ſuæ*, & B Pſalm. XLVIII. verſ. 12. *Sepulchra eorum domus illorum in æternum*. Quamquam igitur Ethnici ſpe reſurrectionis orbati, ita & ipſi loqui ſoliti fuiſſent; aliter tamen hanc loquendi formam accipere poterant Chriſtiani, ut explicat ex SS. Patrum ſententia P. Cornelius à Lapide ad illum Eccleſiaſtici locum. Tot ergo priſcæ ſanctitatis Fideles, quot in ſequentibus inſcriptionibus vides.

XIV

C

☧
DOMVS
AETERNA SEPTI
MINI ET CRESCE
NTINES

D

E

278 DOMVM AETERNE
VALERIANE BENE·MERENTI·QVII VIXIT·ANNIS XXXIII
MENSIBVS DVO DIEBVS XII MARITVS ET GENVSALIVS
F MERETI FECERVNT IN PACEM
Hortis Perettis.

279 HAEC DOMVS ETERNA SEPTIMI
ET POIOC PCENIES
G *Ex Arringo.*

280 D·Q·AETERNAM IVLIA AGRIPPAE *domum quietis*
POSVIT OBSEQVENTI MARITO
Ex MS. Benedicti Hegii in Bibliotheca S. Mauri.

H 281 SCIPIO ET POLICRONIA SEVIVI
ETERNVMQAM DOMVM PRIOR MA
In pavimento Sancti Sabbæ.

282 RNA DOMVS·IN QVA NVNC IPSA SECVRA QVIESCIS
I SPIRITVS·A·CARNE·RECEDENS
SANCTIS PRO MERITIS ET OPERA TANTA ☧
METVISTI·SEMPER·QVIESCIS·SECVRA
VS TERRAE·PIGNVSQVE RECEPTVS
K ENDORI·CVM LVMINE·CLARO
S QVAE TE SEMPER DEO DICASTI
TAS·SED PRO·FACTIS AD ALTA VOCARIS
CA·PACATIANO·CVM MVLTA DEBEBIT· Y
L ATIANVS·ELEVTERIAE MATRI·SVAE·LOCVM FECIT
AN·PL·M·LXXV. MENS·II·D·X·DEP·IIII·KAL·IVN·DORMIT
D·N·CL·IVLIANI·AVG·IIII·ET FL·SALLVSTI·CON·
ESPERIVS·QVEM·NVTRIT·ISCRIPSIT
Ex ſchedis Barberinis ad D. Salvatoris de Curte.

283 MALLIVS TIGRINVS OB REFRIGERIVM C······ DOMVM AETERNAM VIVVS FVNDAVIT A

Interamnæ ex eisdem schedis.

284 A ☧ Ω B

TIGRIS · SE · VIVA · FECIT . SIBI · DOM
· · · · · NALEM

Mediolani ad D. Ambrosii ex eisdem schedis.

285 IVLIAE CARE COIVGI SVAE C
NTI ET SIBI DOMV ETERNA ☧

Ad os putei Vin. PP. Soc. Iesu in Pariolo.

286 HAEC DOMVS AETERNA SEPTIMI
ET · · · · · · · · · · · D

Ex Arringo in Roma Subterranea.

287 DOMVS ETERNA EX· ····
ET TIGRIS IN PACE

Ex eodem.

288 MAXIMINA
DOMVM AETERNAM
VIVA SIBI POSVIT
SI QVIS ALIVD CORPVS
SVPERPOSVERIT
DET · FISCO ✱ CCC . MILIA

Ad D. Pancratii Agri Brixien. ex Rubeo.

289 FLORENTINA
QVAE·VIXIT·ANNOS·XXVI
CRESCENS · FECIT
VENEMERENTI·ET·SIBI·ET
SVIS·DOMV·AETERNA
IN PACE

In Cœmeterio ad duas Lauros.

290 SECVNDINVS · MVLOMEDICVS
FECIT · SIBI · DOMV
AETERNA

Apud Sfortias ex meo MS.

Tot (inquam) Christianos primis & incorruptis Ecclesiæ temporibus, paganicam superstitionem adeò apertè retinuisse, nec pium, neque credibile est asserere.

Hoc aliud apud Reinesium Clas.XVI. num. 66, emendatum è schedis Barberinis, in quibus apud Martium Milesium extare dicitur, inter Christiana monumenta, ut ipse vult, recipi non sinit designatio terreni, quod sacrum Ethnici vocabant pedum XV. in fronte, & XXX. in agrum, à Christiano ritu omninò abhorrens. E

291 MEMORIA·VALERIORVM·M·M
FELICI·ET·CONSTANTI·SIBI·SV
ISQVAE· POSTERISQVE· EORVM
HEREDES· FECERVNT· HABET·IN·A
GRO· PED·XXX· IN FRONTE. PED·XV F
HOMO · RESPICE · CASVS · ET · AB
ALIENA · MEMORIA · RECE
DE · DOMVS · H · AETERNA

* *pag.*80.G. *CEPOTAPHIVM*] G
Vocem hanc peregrinam Cepotaphii Latinis Scriptoribus incognitam, à duabus græcis κῆπος *hortus*, & τάφος *sepulchrum* derivatam agnoscimus;& proinde H apud Mediæ Græcitatis authores usurpatam ostendit laboriosissimus æquè ac doctissimus Carolus du Fresne in Glossario, pro *sepulchro* scilicet *in horto*, sive subdiali, I quale circumscribit hic lapis Villæ Carpineæ;

292 L · STERTINIVS
MAGNVS K
ARIAM · MACERIA
CLVSAM · SIBI · ET
SVIS · POSTERISQVE
EORVM L

& eleganter *hortulum religiosum* vocat Inscriptio num. 2. pag. DCCCIX. apud Gruterum: sive etiam *memoriolam cum ortulo*

A *ortulo sumiacente*, ut vocari vidimus in altera hujus Cap. Inscriptione num. 155.

Suffragantur quoque sequentes huic recenti vocabulo.

293 · · · · · · · CARPVS · · · · · · · ·
· · · · · AELIVS · · · · · AELIVS DIGNVS
B PACCIVS CHARITO ET SOCII
HOC CEPOTAPHIVM MVRO CINCTVM
CVM SVO IVRE OMNI EX AVCTORITATE
ET IVDICIO PONTIFICVM POSSEDERVNT

C *Museo Ciampino.*

294 IN HOC CEPOTAPHIO
LO · CVM SVPERFICIO
GERVLONIA MARIA
D ET · AVR · SENTIA · ET ·
FILIORVM · LIB · LIB
QVE · POSTERISQVE
· EORVM ❧

E *In Ædibus Congregationis Sanctissimæ Annunciationis.*


* *pag.* 87. L. *FATALIS DIES*] Hunc eundem, *Parcarum diem*, nempe
F Turni vitæ ultimum, eodem sensu vocavit Poëta Aeneid. XII. vers. 150: Et hinc liquet, Parcas apud Romanos easdem esse cum Fatis, prout utraque hæc numina Mortem significant; unde haud im-
G meritò copulantur apud Gruterum pag. DCLV. 1. PROPERAVIT HORA TRISTA FATALIS MEA, moxque,
H EN HOC IN TVMVLO CINERES NOSTRI CORPORIS INFISTAE PARCAE DEPOSIERVNT, & pag. CMLXXIX. 1.

I · · · · · QVOI · FATVM GRAVE
PARCAE · AC · FINEM · VITAE · STATVERVNT

* *pag.* 88. D. *FATIS EXTINCTVS INIQVIS*] Serietatem sententiæ hujus
K inscriptionis in jocum vertit sequens fragmentum in atrio Aedium Nobb. de Cinciis, sub vase utrinque ansato, & Tigribus hinc indè alterum pedem anteriorem
L super eo imponentibus.

295 CVM MIHI MORS ANIMAM
RAPIET · ET · IAM · NON POTE
RO BIBERE · FATAQVE VI
sic NVM IQVA APSTVLERINT
SIC SEPELITE ROGO SENECA

* *pap.* 90. A. *SAL · MARTIALIS CAPVLATVS*] Ad hanc inscriptionem ita adnotat Sponius Sect. V. pag. 179. *Setia Colonia & Vrbs Latii, patria Valerii Flacci, cujus populi, Setini Plinio vocantur. Cognominata autem videtur SALonina MARTIALIS ab Imperatore seu Cæsare Salonino & Marte: sicuti Salona in Dalmatia, quæ in antiqua inscriptione IVLIA SALONA MARTIA apud Gruterum, & Narbona, quæ Narbo Martius, cognominantur. Capulatus, idem quod sepultus.* Ego tamen, qui plana amplecti, & ancipitia vitare solitus sum, eo pacto explicaverim, ut Nomicius SALius MARTIALIS CAPVLATVS, nomine scilicet Sacerdotii illius Marti Gradivo, ut ait Livius lib. I. cap. 20, à Numa primum instituti, vocatus sit; unde *Salios* absolutè *Salios Martis* vocat vetus Scholiastes Iuvenalis ad vers. 126. Satyræ II. *Capulatus* autem, non quòd *sepultus*, (ridiculè profectò, quia Nomicius, paullò infrà, vivus monumentum hoc sibi fecisse afferit) sed quia capulum, sive manubrium, aut apicem Saliaris pilei, seu cassidis, in hanc formam pro gestamine habuerit, ut Marmor Capitolinum pag. 35, & Mediceum pag. 42. inter Miranda Antiq. ostendunt.



Quæ autem à simi-

litudinę nuncupationis Iuliæ Salonæ Martiæ deducuntur, non viri docti judicium, sed delirantis somnium sapiunt: non enim idem est, Colonias Martias, ut Narbonem atque Salonas, ac Martiales, sinè ullo exemplo appellare. Nec denique archaïsmus ille NOMEICI in usu literæ O pro V, & diphtongi EI pro I simplici, ætati Salonini, qui tertio post Christum sęculo ad finem inclinante floruit, convenire potest. Obiicient fortasse, Salios extra Vrbem æquè inusitatè induci: Sed meminerint, non abhorrere à Virorum Doctorum fide, Sacerdotia Metropolis in Colonias transferri; ut de Vestalibus Tiburtinis extant testimonia apud Gruterum pag. CCCXV. 5, & MLXXXVIII. 3: & de Lupercis Laurentibus Lavinatibus ostendemus ex nostri Musei inscriptione P. Sufenatis Cap. VI. inter Sacra. Specialiter verò, Salios Veronenses videtur innuere hoc fragmentum inscriptionis relatum per Octavium de Rubeis, in suo libro, cui titulus *Memorie Bresciane*.

296 C · V I R A C I O
L O N G I N O
VI · VIR · V E R O N
E T · S A L I O · E T
QVINCTIAE · P · F · QVINTAE

Et expressiùs Salios Arcis Albanæ agnoscit hæc inscriptio, in Castro S. Petri in Sabinis ad Flumen Farfarum, fragmento Columnæ commissa.

297 P · AEL · P · F · PAL A
TIRONI
SALIO · ARCIS
ALBANAE · QVEM
I M P · CAES B
A N T O N I N V S
A V G · P I V S
GERM · SARM · BRITT
AGENTEM · AETATIS C
ANNVM · XIIII
MILITIA · PRIMA
PRAEFECTVRA
EQVIT · BRAVCO D
NVM · D · EXORNARE
DIGNATVS · EST
D · EC · DEC
BLANDVS · PATER E
PRO · AMORE · CIVI
TATIS · SVMMAM · ET
SVMPTVM · OMNEM

Ac si fidem meretur Alexander ab Ale- F
xandro lib. I. Cap. XXVI, ex eo Salios
Larinates laudare liceret, dubio quamvis
de hoc ejus illustratore Tiraquello: quia G
locus Ciceronis in Orat. pro A. Cluentio,
unde Authorem id arripuisse creditur, eos
Salios non nominat, sed *Ministros publi-*
cos Martis, *atque ei Deo veteribus insti-*
tutis religionibusque Larinatium conse- H
cratos: qui, seu è Flaminibus Martiali-
bus, seu Servi publici, ut Laurentio Pi-
gnorio placuit in Comment. de Serv. pag. I
30, seu ex alio hodie incognito Sacerdo-
tum genere, esse potuerunt.

CAPVT

CAPVT. TERTIVM

AFFECTVS · COGNATORVM · ATQVE · PARENTVM IN · FILIOS · ET · CONTRA

E I

D · M ·
ACINDYNI · V · A · VI · D · X ·
OCTAVII · EVTYCHVS · ET
CHARITE · FILIO · D · F ·

F

OCTAVIVS Eutychus &
Octavia Charite, sentent-
tię Reinesii Epig. 128. Clas.
G XIV. robur addere viden-
tur, qui ibi vult, *uxores
maritorum familias regulariter sequi*.
H Atqui ego, pace tanti viri, hanc regulam
nec agnosco, nec admitto: observavi
enim, inter veterum atque ingenuarum
familiarum coniuges perrarò id accidere;
I & solùm in libertina aliqua gentilitate
latè patente, utpote in Aeliis, Aureliis,
Flaviis, Vlpiis &c, quandoque, (nec ta-
men ita sępe, ut ad regulam sumendam
K sufficiat) coniuges, veluti societate vete-
ris famulitii se matrimonio jungentes,
commune nomen habuisse. Temerè igi-
tur regulam hanc obtrudit Reinesius sui-
L met ipsius immemor; quippe inter duo
supra ducenta epigrammata Classis XIV.
Affectus Coniugum, non bene XXX. nu-
merantur mulieres eodem cum viro no-
mine insignitæ, quarum etiam bona pars, coniugis sui libertæ, aut collibertæ esse potuerunt, ut legitur in duodecima, 68, 72, 112, 131, 135, 137, & 172; vel fortuito nominum concursu, aut pręcedentis cognationis affectu, eundem coniugalem thalamum, idemque nomen sortiri.

Puncta inter verba frequentissimè observabis; in fine tamen versus (ut in hac nostra inscriptione) rarò interpungi solere, temporibus præsertim correctioris orthographiæ, minùs fallaci regulâ, quàm Reinesiana à nobis explosâ, stabilire possumus.

II

D M
ÆL · SECVNDIN FILI
FEC · AEL · VITALIS
LIBR · B · M · ET · S

Aelium Secundinum Aelii Vitalis filium simul, ac *libertum* interpretamur, ut in simili notâ ad Inscr. XVI. Cap. I. opinati fuimus: vel si magis placet *librarium* intellige, non quidem uti servile mini-

ministerium, sed ingenuo quoque homini conveniens, ut dicemus ad Inscriptionem L· VOLVSI hujus Capitis.

III

ALEXANDRO
SVAE· SORORES · PIAE
MYRTIS · STIBAS
NEPHE · PRIMA
SECVNDVS · MAGIST

Titulus iste solis cognominibus incertæ Gentis inscribitur, nec in se notabile quidquam continet.

IV

A N T H O
A V G · L I B
FLAVIA IAN^V ARIA
P A T R I · S V O
BENE · MERENTI

Inter libertos incerti domini Anthum nostrum reponere possemus; nî ejus filia aliquem ex tribus Auggg. Flaviæ Gentis patronū ipsius indicaret; sub incertitudine adhuc, an ab Vespasiano, an ab alterutro ex ejus filiis, libertate donatus fuerit.

V

❦ Γ Λ Υ Κ Ι Τ Α
Τ.Ω · Τ Ε Κ Ν Ω
Α Σ Κ Λ Ε Π Ι Α Δ Η
ΤΙΩ · ΕΤΩΝ· ΙΒ·ΠΛ
ΗΝ ΗΜΕΡΑΣ·Η·ΚΑΙ
ΓΛΥΚΥΤΑΤΩ ΑΝΔ
ΡΙ ΠΟΛΥΒΙΩ ΟΣ
ΤΙΣ Ε Π Ε Ζ Η Σ Ε
Η Μ Ε Ρ Α Σ · Θ · ΤΩ
ΤΕΚΝΩ ❦.

Dulcissimo filio Asclepiadetio an. XII. minus dies VIII. &	*dulcissimo viro Polybio qui supervixit dies IX. filio*

Initiale illud folii signum, quod jacens A
in fine repetitur, in tanto amissi filii co-
niugisque luctu, si usquam alibi, hìc prę-
cipuè *dolorem cordi materno intimum*
significare, dici posset cum Boldonio in B
Epigraph. lib. V. cap. IV. membr. III.
pag. 606; vel *cor spinâ transfixum* cum
Grassero in Sax. Nemaus. pag. 236. *Nu-*
gas tamen *istas esse* optimè ratiocinatur C
Reinesius in Præfat. pag. 7, ostendens,
genus hoc interpunctionis libero & idio-
tico Marmorariorum lusu adhibitum.
Rectissimè inquam; quia in faustis quo- D
que inscriptionibus, ubi nulla doloris
notæ occasio est; persępe reperitur in
Grutero, præsertim inter opera publica
(ut cęteris recensendis abstineam) pag. E
CLI. 6, CLX. 4, CLXI 2, CLXXIII. 1,
CLXXVII. 6, & CLXXXI. 10. Extra
Gruterum recurre ad Inscriptiones 229,
& 234. Capitis antecedentis; istasque in- F
spicito, quarum tertia, ab eodem Q. Fabio Memmio Symmaco, qui aliam patri
constituit, Prosocero suo Flaviano dicata conspicitur. G

1 A·ANTONIO·A·FIL· ❦ · POM
PELAGIANO ❦ IIII ❦ VIRO
EQVITI · ROM ❦ RARISSI
MO · INNOCENTISSIMO H
QVE· CVR·R· P · ET · PATRO
NO · DECVRIONES
AVGVSTALES ❦
ET · PLEBS ❦ I
PETILINORVM
L · D · D · D

Atin. ex Gualthero.

2 DIANAE · INVICT K
AE·SACRVM·M·VL
PIVS · MARTIALIS
MIL·LEG·XXX·VLPIAE
ET·VLPIA·PAMPHI L
LA · VOTO · SVSCE
PTO ❦ L ❦ M ❦

è schedis Barberinis.

3 VI-

A 3 VIRIO · NICOMACO · FLAVIANO · V·C
QVAEST · PRAET · PONTIF · MAIORI
CONSVLARI ❦ SICILIAE
VICARIO ❦ AFRICAE
B QVAESTORI · INTRA · PALATIVM
PRAEF · PRAET · ITERVM · COS · ORD ❦
HISTORICO · DISERTISSIMO
Q · FAB · MEMMIVS · SYMMACHVS · V·C
C PROSOCERO ❦ OPTIMO

Hortis Theophilis in Cœlio.

4 Q · MANLIVS · Q · F · SERG · RVFVS
DEC · IVDEX · EX · QVINQ · DECVRIIS · EQVO · PVBLCO
D TESTAMENTO · FIERI · IVSSIT
ET · EPVLO ❦ DEDICARI
IN·HOC·OPVS·STATIA·SEX·F·FIDA·MTER·ADIECIT·HS·XXXV·ET·SVMME
OPERI·ET·EPVLO·RELICTAE·XX·FISCO·INTVLIT·HS.XIIICC·SOLO·PVBLICO

E *Perasti in Dalmatia.*

5 ❦ ΑΣΚΛΗΠΙΩ
ΚΑΙ ΥΓΕΙΑ ❦
ΣΩΤΗΡΣΙΝ
F ΠΟΛΥΙΟΚΟΙΣ

ΑΙΛΙΩ ΑΔΡΙΑΝΩ
ΑΝΤΟΝΕΙΝΩΙ
·ΣΕΒΑΣΤΩ ΕΥΣΕΒΕΙ
Π . Π

Messanæ ex Gualthero.

Aesculapio & Hygiæ Servatoribus Tutelaribus

Aelio Hadriano Antonino Augusto Pio Patri Patriæ

G 6 C · MAESIO · AQVILLIO
FABIO · TITIANO C V CoS
OPTIMO CIVI ET PATRONO BENEME
RENTI ❦ ORDO·ET·POPVLVS·SPLEN
DIDISSIMAE COL AVG HIMEREORVM
H · · · RMIT·PECVNIA SVA POSVIT

Thermæ ex eodem.

7 Q · LIVIO · Q · F · PALA
VELENIO · · · · SEVER
I DVCENAR · TRIB · SEM
LEG · · · · · · · PRAEF
SEM · · · · · · CLASSIC
PATRONO · HERCVLA
K NOR·CAENINENSI·MA
GISTR·IVVENT·TREBVL
MVTVESCAE·QVI·OBLA
TA ❦ SIBI · STATVA ❦ AB
L EIS · HONORE CONTEN
TVS · IMPENSAM · REMISIT
L · D · D · D

Ad D. Victoriæ extra Opp. Montis Leonis.

8 IOVI · OPTVMO · MA
XIMO · SACRVM
T·CORVNCANIVS · T·F
AIMILIA·PRIMIGENIVS
ET·T·CORVNCANIVS·T·F
SECVNDINVS · ET
CORVNCANIA FVSCV
LA · VOTO · SVSCEPTO
M ❦ L ❦ F

9 SOLI · SANC
TISSIM ❦ IN
VICT ❦ SEX
ALBIVS · SEX
FIL · PAL · VIPSA
NVS · VII VIR
EPVLON · PA
TER · PATR
DEI · SOL · IN
QQ · S·P·D

è schedis Barberinis utraque.

Duo

Duo item fragmenta dedicationum similium apud eundem Gualtherum, Melitæ alterum, alterum Gauli, foliis exornantur. In sequenti autem inscriptione ab optimo sene Ioanne Lucio nostro olim excepta, nedumverba, sed syllabæ ipsæ, eodem pacto distingvuntur.

10 IMP · CAESARI
DIVI · ANTONINI · FIL
DIVI · HADRIANI · NEP
DIVI · TRAIANI · PARHI
CI ❦ PRO ❦ NEPOTI
DIVI NERVAE ❦ AB
NE ❦ POTI
M · AVRELIO · ANTO
NINO · AVG · ARME
NIACO · TRIB . POT
XVIIII · CoS · III ❦
IMP · ❦ II
D ❦ D

Arbi in Dalmatia.

Attulimus in nostro Syntagmate de Col. Traj. Cap. VII. pag. 205. dedicatoriam hancce,


11 SANCTO · SILVANO · SACR
EVTYCHES · COLLEGI ·
MAGNI · LAR · ET · IMAG



SER · ACTOR · D · D ·
HORTIS · ABONIANIS
ARAM · MARMOREA
CVM · SVO · SIBI · SIGILLO
❦ · SILVANI · ❦

neglectis tunc foliis, quæ Exceptori Epigrammatis nihil ad rem facere videbantur. Sed viso postea marmore, quod prostat ad D. Salvatoris de Curte trans Tiberim, hìc opportunè integram omnino ostendimus. Reinesio igitur ex tot documentis, pluribusque adhuc, quæ serio quærentibus occurrerent, libenter subscribimus, ubi *mysterium cordolii*, *vel aliud secretum* in hac folii, sive pendentis, sive surrecti, configuratione explodit. A B C

VI



D E F G H

Quinguaginta ferè exempla diphtongi AE pro A simplici jungit Scaliger in Indice Grammaticalium, unde mira non accidet pseudographia tertii versus. Nec pariter rara admodum est efformatio illa literæ A, ab ultima vetustate ad infima Imperii Romani tempora sic scribi solitę. I

12 Q · FOVRIO · A · F K

In sepulchro Furiorum sub Tusculo annis superioribus detecto.

13 A · FOV · P · F

Ibidem in urnula. L

Nec minorem scripturæ antiquitatem præsefert lamina cuprea à nobis Cap. I. num. LV. & LVI. allata.

14 D·M

A 14 D · M
SABINA · NVTRIX · MAR
TINAE · ALVMNAE · SVAE
QVAE · VIX · ANN · III ·
B *sic* MENSIBVS · IIII
BENE·MERENTI·FECIT
Apud Borrominum Architectum.

C 15 D · M
T · BAIENVS
CHRESIMVS
BARENIAE
SVCESSAE
D CONIVGI
KAR · FEC
Hortis de Vecchiis ad Arenulam.

E 16 D · M
CORNELIVS · VIC
TOR ET CORNELIVS
ROGATVS FILIVS
F FECERVNT SIBI ET
SVIS LIBERTIS LIBER
TABVSQ POSTERISQ
EORVM INF P·XII·INAG·P·XII
Museo Ciampino.

G 17 DIIS·MANIBVS·V·A·L
A·LAPPIVS·DAMA
F·LAPPIAE·HERMIONI
H COIVGI·S·ET·SI·ET·S
Hortis Matthæiis.

18 D M
C·IVLIO
I C·F·VALE
RIANO
PATRI
In Sarcophago ad DD. Sergii & Bacchi.

K VII
D · M
L·CALPVRNI · HYPNI
VIX·ANN·V·M·VI·D·XIII
HYPNVS · ET · PRIMA
L ET·M·CESTIVS·FAVSTVS
PARENT·FIL·DVLCISSIMO
FECERVNT

Quo pacto Hypnus simul & Faustus unius ejusdemque filii se se parentes in solidum (ut II. CC. voce utar) dicere possint, ignoro; & ænigmatis loco doctioribus propono. Cæterùm lapis est optimæ atque emendatissimę notę, neque ullam inquinatioris sęculi barbariem ex characterum forma pollicetur.

VIII
DIS MANIB
Q·CALPVRNIO VOLVSIO
sic deletū ~~IVLAE VIX M VIIII~~
AFRODISIVS ET DIONYSI
AS PARENTES

Quinto huic Calpurnio Volusio pater fuit Q. Calpurnius Afrodisius, ita enim sub expresso prænomine ac nomine filii patris nomen seu pręnomen latet, & contrà; ut exemplis probat Reinesius in Præfatione initio paginæ 6, aduersùs Boldonium Teanensem Episcopum, sibi ingratissimum.

IX
D M
CASSIAE · FESTAE
L · ARRVNTIVS · STA
CHYVS · FEC · CONIV
GI · KARISSIMAE · B · M
ET · SEX · GELLIO · FES
TO · FILIO · ET · HYGIAE
VERNAE · HAVETE
AMICI · ET AMICAE
BONI·EVTYCHE·ET·OECONO
ME · ET · PRINCEPS · AGO
MEMORIAE VESTRAE
GRATIAS
B B

Loquacula vèl post obitum femina ista, sive sub ejus persona vir superstes, amicos, amicasque compellat, eisque perurbanè grates persolvit. Solidiorem gratiam parsimoniæ defuncti refert in hac inscriptione heres.

Q 19 D·M

XIII D ☧ M
L · ABVCCIVS · AQVI
LA · ET · LVCCEIA · FELICI
TAS · HOC · LOCO · SACRA
RVNT · VBE · POSTA · EST
A
ABVCIA · VERNE · NOS
A
TRE · BENEMERENTI
E
FORTVNATA · ANNORVM
XVIII · DIEB · XXIII · SI QVI
H
VIC · LOCO · MANVS · IN
H
TVLERIT · ABEAT · DOLOREM
H
MEVM · QVEM · EGO · ABVI

Turpiculâ Dirarum obnuntiatione, sui sepulchri violatores deterret C. Cæcilius Florus, in hac inscriptione, in schedas Barberinas relata per claræ piéque memoriæ Virum Ferdinandum Vghellium, quem inter intimos amicos habui dum in humanis versatus fuit.

270 C · CAECILIVS · C
ET · Ↄ · L · FLORVS
VIXIT · ANNOS · XVI
ET · MESIBVS · VII · QVI
HIC · MIXERIT · AVT
CACARIT · HABEAT
DEOS · SVPEROS · ET
INFEROS · IRATOS

Inter Christianos quoque mos viguit, utcumque sui cadaveris quieti prospiciendi, ut apud Arringum in Roma Subterr. lib. IV. cap. XXVII.

271 MALE · PEREAT · INSEPVLTVS
IACEAT · NON · RESVRGAT
CVM · IVDA · PARTEM · HABEAT
SI · QVIS · SEPVLCHRVM · HVNC
VIOLAVERIT

quæ verba, *pietati*, *& mansuetudini Christianæ difformia*, importuno indiscretóque zelo reputat Reinesius Class. XX. num. 440., tanquam si impios & A
sacrilegos (tales enim sepulchrorum violatores existimavit ipsamet erronea paganorum religio) denunciatione Divinæ ultionis deterrere, immite aliquod facinus fuerit apud veræ pietatis cultores. Offendissent Reinesianam mansuetudinem sequentes quoque, quas non propterea proferre veremur. B C

272 LOCVS · SERINI · SVBD · REG D
QVEM · COMPARAVIT · AB · IS
PECIOSA · ABBA · CON · TV
TA · CONGREGATIONE
SVA · SI · QVIS · AVTEM · LO E
CVM · ISTVM · BIOLABE
RIT · PARTEM · ABEAT · C
VM · IVDA · TRADITIOR
EM · DNI · NOSTRI · IHV F
XPI · AMEN

Ex schedis Barberinis, dicitur effossa inter Basilicam Liberianam, & Sanctam Praxedem.

273 S HVNC TITVLVM G
APLAS HANTRA SEPVL
MORA QVE CLAVDVNT
SSE POTES XPI ANCIL
TA NOMI · · ANNA H
ENS VELAMINE SACRO
STRAVIT AT XPM
SEPVLCRVM VIOLARE
ET SIT ALIENVS A REGNO I
NSE MARTIO DIE

Fragmentum in pavimento Eccl. S. Mariæ in Cosmedin.

274

ↃCVI	AHF ☧
ONIFATIA	ACE ☧ · K
AVVSLICT	CAECI
QVIVIXITA	IMVIDE
TVSESTINPA	OBRIS ☧ ·
NDICTIONEP	☧
QV I S CVMPI	ERIT INDE L
OCVMISTVME	SORVM
TAVERINT H	TPARTECVMIVD

Ad D. Gregorii ad Clivum Scauri.

Hujus

A Hujus etiam, sibi fortè invisæ apud Gruterum pag. MLXII. 1. clausulam eidem Reinesio obiicimus,

ET·SI·QVIS·SE·PRAESVMSERIT·
B CONTRA·HVNC·TVMVLVM·
MEVM·BIOLARE·ABEA·INDE·
INQVISITIONEM·ANTE·TRIBV-
NAL·DNI·NRI

Vtque parumper hac occasione digrediar, similes malas precationes precatos videmus pro vinculo mutuę fidei Nepesinæ Civitatis Milites & Consules, in hac prope Portam lateralem Cathedralis Ecclesiæ parieti infixâ inscriptione, in qua de Anacleto II. pseudo-Pontifice fit mentio:

C 275 ✠ ANNO DOMINI MILL·C·XXXI·
TEMPORIB · ANACLETI II· PP
MEN·IVL·INDIC·VIIII·NEPESINI
MILITES NEC NON ET CONSVLES
D FIRMAVERVNT SACRAMENTO VT SI
QVIS HEORVM NOSTRAM VVLT FRANGERE SOCIE
TATEM DE OMNI HONORE ATQVE DIGNITATE
DOMINO VOLENTE CVM SVIS SEQVACIB· SIT EIE
E CTVS· ET INSVPER CVM IVDA ET CAYPHA AT
QVE PYLATO HABEAT PORTIONEM·ITEM
TVRPISSIMAM SVSTINEAT MORTEM VT GALE
LONEM QVI SVOS TRADIDIT SOCIOS ET
F NON EIVS SIT MEMORIA SED IN ASELLA
RETRORSVM SEDEAT ET CAVDAM IN MANV
TENEAT

ex qua etiam apparet, viguisse tunc G temporis opprobrium illud, à Græcis ad Italos derivatum, ut Asino insidentes facie caudæ obversâ in ignominiosum veluti triumphum hostes ducerentur. Sic Ana- H stasium C P Patriarcham jubente Constantino Copronymo habitum refert Zonaras To.III.Annal. Istomet Sęculo XII. Mediolanenses Beatrici Augustæ, Asinæ I impositæ, pro fræno caudam tradidisse fertur: quod tamen dedecus non impunè stetit, dirutâ in vindictam,& solo æquatâ Vrbe à Friderico Aenobarbo, uxoris lu- K dibrium ulciscente. Sic postea *Syrales*, apud Cantacuzenum Histor. lib. III. cap. XXIX. *mento & capite rasis Asino imponitur, sic ut facie ad clunes obversus, majo-* L *ris caussâ dedecoris, caudam bestiæ pro fræno tenere cogeretur*.

Character Nepesinæ istius inscriptionis est Longobardicus, cum pluribus literarum nexibus, ac scripturæ compendiis, quæ consultò omisimus, significationi tantùm incumbentes.

* *pag.* 78. F. *Dianam altè succinctam*] Dianam igitur hîc, sed malè cognitam habemus: alibi eandem, ubi nullatenus adfuit, agnovit Sponius in Miscell. pag. CCCXIII. num. XIX, & pro Atalanta supposuit, in marmore illo Venationis Apri Calydonii primùm ab ipsa vulnerati; ita turpissimâ celebris facti ignoratione eruditionem ementitus, suæ memorię lapsũ Sculptori imputat, *Sed cur in hoc marmore cernitur cũ aliis Diana, quę huic venationi tantum abest ut adfuerit, quin potiùs, Meleagrum ob hoc facinus punierit, utpote quæ Aprum ipsum irata adversus Oeneum Meleagri patrem in Calydonium misisset agrum. An non ergo fuerit Sculptoris memoriæ lapsus?*

* *pag.*80.A. *DEBITA SACRATIS MANI-*

MANIBVS OFFICIA] Inscriptionem illam ex qua hoc distichon sumpsi, inter Christiana monumenta repositam, à Grutero, primo intuitu miratus fui, ob importunam illam MANIVM usurpationem: Idemque dubium eadē de caussa se obtulit in alia pag. MLXI. 7, ubi dicitur SANCTIQVE TVI MANES NOBIS PETENTIBVS ADSINT; attamen clausula QVIEVIT CVM PACE in prima, & *depositionis* certa expressa dies, promissaque psalmodia in hac ultima, A inscriptiones fuisse à Christianis positas evincunt. Facile siquidem erat tunc ex inextinctæ gentilitatis frasibus, poëtico præsertim stylo, aliqua imitari inconsi- B deratè potius quàm impiè, quæ adultæ jam veræ religionis temporibus resecata sunt. Quis enim nunc fata iniqua incuset, ut hæc inscriptio è Cœmeterio Pri- C scillæ Viâ Salariâ in Vinea Angelonia nuper eruta?

276 ·DACIA QVEM GENVIT SVCEPIT INCLITA RO
·AEROREM PATRIAE TANTVM LVCTVSQ ♁ REMI D
·CVI PATER ALEXANDER QVIQ ♁ EO NOMINE DIC
·MATER DIOCLIA ANNOQ ♁ VICENSIMO VI
·VM POLLET STVDIIS FATIS DECESSIT INI
·DEPOSIT· XVIIII · KAL · SEPT · DIE V E

Quis *Lachesim*, & *Tænareas aquas* in mortualibus Christianorum elogiis hodie commemoraret, ut ista apud Armringhum?

277 ♁ EPITAPHIVM REMO ET ARCONTIAE F
QVI NATIONE GALLA GERMANI
FRATRES ♁ ADVLTI VNA DIE
MORTVI ET PARITER TVMVLATI
SVNT G
HAEC TENET VRNA DVOS SEXV SED DISPARE FRATRES
QVOS VNO LACHESIS MERSIT ACERBA DIE
ORA PVER DVBIE SIGNANS LANVGINE VESTIS
VIX HIEMES LICVIT CVI GEMINARE NOVEM H
NEC THALAMIS LONGINQVA SOROR TRIETERIDE QVINTA
TAENAREAS CRVDO FVNERE VIDIT AQVAS
ILLE REMI LATIO FICTVM DE SANGVINE NOMEN
SED GALLOS CLARO GERMINE TRAXIT AVOS I
AST HAEC GRAIVGENAM RESONANS ARCONTIA LINGVAM
NOMINA VIRGINIO NON TVLIT APTA CHORO
DEPOSITI NONIS NOVEMB · CONS · DIOSC · V · C

Non tamen inter istos à Paganis acceptos ritus repono cum P. Mabillonio in Itin. Ital. pag. 140. *Deorum Manium* (ut sibi videtur) in Christianorum monumentis inscriptionem: vel *ex ritu Gentilium, qui corporum resurrectionem ignorabant*, ut vir eruditissimus ait, DOMVS AETERNAE pro Sepulchro usurpatam appellationem. Quia notas illas D MA, K quas expendit in mea illa quam affert epigraphe LEOPARDI pag. 73. DEO MAGNO, seu MAXIMO tribuendas puto, ostendamque plenius Cap. VIII. L Inscriptionum Christianarum, ubi eam exponam. Aliam DOMVS AETERNAE commemorationem, non à Gentilitate

A tilitate, sed à sacra potius pagina desumptam, opinari debemus. Quippe in Libro Ecclesiast. cap. XII. vers. 5. ita habetur, *Ibit homo in domum æternitatis suæ*, & B Psalm. XLVIII. vers. 12. *Sepulchra eorum domus illorum in æternum*. Quamquam igitur Ethnici spe resurrectionis orbati, ita & ipsi loqui soliti fuissent; aliter tamen hanc loquendi formam accipere poterant Christiani, ut explicat ex SS. Patrum sententia P. Cornelius à Lapide ad illum Ecclesiastici locum. Tot ergo priscæ sanctitatis Fideles, quot in sequentibus inscriptionibus vides.

XIV

C

DOMVS
AETERNA SEPTI
MINI ET CRESCE
NTINES

D

E

278 DOMVM AETERNE
VALERIANE BENE· MERENTI · QVII VIXIT · ANNIS XXXIII
MENSIBVS DVO DIEBVS XII MARITVS ET GENVSALIVS
F MERETI FECERVNT IN PACEM

Hortis Perettis.

279 HAEC DOMVS ETERNA SEPTIMI
ET POIOC PCENIES

G *Ex Arringo.*

280 D · Q · AETERNAM IVLIA AGRIPPAE *domum quietis*
POSVIT OBSEQVENTI MARITO

Ex MS. Benedicti Hegii in Bibliotheca S. Mauri.

H 281 SCIPIO ET POLICRONIA SEVIVI
ETERNVMQAM DOMVM PRIOR MA

In pavimento Sancti Sabbæ.

282 RNA DOMVS · IN QVA NVNC IPSA SECVRA QVIESCIS
I SPIRITVS · A · CARNE · RECEDENS
SANCTIS PRO MERITIS ET OPERA TANTA
METVISTI · SEMPER · QVIESCIS · SECVRA
VS TERRAE · PIGNVSQVE RECEPTVS
K ENDORI · CVM LVMINE · CLARO
S QVAE TE SEMPER DEO DICASTI
TAS · SED PRO · FACTIS AD ALTA VOCARIS Ω
CA · PACATIANO · CVM MVLTA DEBEBIT · Y
L ATIANVS · ELEVTERIAE MATRI · SVAE · LOCVM FECIT
AN · PL · M · LXXV . MENS · II · D · X · DEP · IIII · KAL · IVN · DORMIT
D · N · CL · IVLIANI · AVG · IIII · ET FL · SALLVSTI · CON ·
ESPERIVS · QVEM · NVTRIT · ISCRIPSIT

Ex schedis Barberinis ad D. Salvatoris de Curte.

283 MALLIVS TIGRINVS OB REFRIGERIVM C······ DOMVM AETERNAM A
VIVVS FVNDAVIT

Interamnæ ex eisdem schedis.

☧

284 A ω B

TIGRIS · SE · VIVA · FECIT . SIBI · DOM
····· NALEM

Mediolani ad D. Ambrosii ex eisdem schedis.

285 IVLIAE CARE COIVGI SVAE C
NTI ET SIBI DOMV ETERNA ☧

Ad os putei Vin. PP. Soc. Iesu in Pariolo.

286 HAEC DOMVS AETERNA SEPTIMI
ET ············ D

Ex Arringo in Roma Subterranea.

287 DOMVS ETERNA EX·····
ET TIGRIS IN PACE

Ex eodem.

288 MAXIMINA
DOMVM AETERNAM
VIVA SIBI POSVIT
SI QVIS ALIVD CORPVS
SVPERPOSVERIT
DET · FISCO ✻ CCC . MILIA

Ad D. Pancratii Agri Brixien. ex Rubeo.

289 FLORENTINA
QVAE·VIXIT·ANNOS·XXVI
CRESCENS · FECIT
VENEMERENTI·ET·SIBI·ET
SVIS·DOMV·AETERNA
IN PACE

In Cœmeterio ad duas laurus.

290 SECVNDINVS · MVLOMEDICVS
FECIT · SIBI · DOMV
AETERNA

Apud Sfortias ex meo MS.

Tot (inquam) Christianos primis & incorruptis Ecclesiæ temporibus, paganicam superstitionem adeò apertè retinuisse, nec pium, neque credibile est asserere.

Hoc aliud apud Reinesium Clas.XVI. num. 66, emendatum è schedis Barberinis, in quibus apud Martium Milesium extare dicitur, inter Christiana monumenta, ut ipse vult, recipi non sinit designatio terreni, quod sacrum Ethnici vocabant pedum XV. in fronte, & XXX. in agrum, à Christiano ritu omninò abhorrens. E

291 MEMORIA·VALERIORVM·M·M
FELICI·ET·CONSTANTI·SIBI·SV
ISQVAE· POSTERISQVE· EORVM
HEREDES· FECERVNT· HABET·IN·A
GRO· PED·XXX· IN FRONTE. PED·XV F
HOMO · RESPICE · CASVS · ET · AB
ALIENA · MEMORIA · RECE
DE · DOMVS · H · AETERNA

* *pag.*80.G. *CEPOTAPHIVM*] G
Vocem hanc peregrinam Cepotaphii Latinis Scriptoribus incognitam, à duabus græcis κήπος *hortus*, & τάφος *sepulchrum* derivatam agnoscimus;& proinde H apud Mediæ Græcitatis authores usurpatam ostendit laboriosissimus æquè ac doctissimus Carolus du Fresne in Glossario, pro *sepulchro* scilicet *in horto*, sive subdiali, quale circumscribit hic lapis Villæ Carpineæ; I

292 L · STERTINIVS
MAGNVS K
ARIAM · MACERIA
CLVSAM · SIBI · ET
SVIS · POSTERISQVE
EORVM L

& eleganter *hortulum religiosum* vocat Inscriptio num. 2. pag. DCCCIX. apud Gruterum: sive etiam *memoriolam cum ortulo*

A *ortulo sumiacente*, ut vocari vidimus in altera hujus Cap. Inscriptione num. 155.

Suffragantur quoque sequentes huic recenti vocabulo.

293 · · · · · · · CARPVS · · · · · · · ·
· · · · · AELIVS · · · · · AELIVS DIGNVS
B PACCIVS CHARITO ET SOCII
HOC CEPOTAPHIVM MVRO CINCTVM
CVM SVO IVRE OMNI EX AVCTORITATE
C ET IVDICIO PONTIFICVM POSSEDERVNT

Museo Ciampino.

294 IN HOC CEPOTAPHIO
LO · CVM SVPERFICIO
GERVLONIA MARIA
D ET · AVR · SENTIA · ET ·
FILIORVM · LIB · LIB
QVE · POSTERISQVE
· EORVM ❧

E *In Ædibus Congregationis Sanctissimæ Annunciationis.*


* *pag.* 87. L. *FATALIS DIES*] Hunc eundem, *Parcarum diem*, nempe
F Turni vitæ ultimum, eodem sensu vocavit Poëta Aeneid. XII. vers. 150: Et hinc liquet, Parcas apud Romanos easdem esse cum Fatis, prout utraque hæc numina Mortem significant; unde haud im-
G meritò copulautur apud Gruterum pag. DCLV. 1. PROPERAVIT HORA TRISTA FATALIS MEA, moxque, EN HOC IN TVMVLO CINERES
H NOSTRI CORPORIS INFISTAE PARCAE DEPOSIERVNT, & pag. CMLXXIX. 1.

I · · · · · QVOI · FATVM GRAVE
PARCAE · AC FINEM VITAE STATVERVNT

* *pag.* 88. D. *FATIS EXTINCTVS INIQVIS*] Sericatem sententiæ hujus
K inscriptionis in jocum vertit sequens fragmentum in atrio Aedium Nobb. de Cinciis, sub vase utrinque ansato, & Tigribus hinc indè alterum pedem anteriorem
L super eo imponentibus.

295 CVM MIHI MORS ANIMAM
RAPIET · ET · IAM · NON POTE
RO BIBERE · PATAQVE VI
sic NVM IQVA APSTVLERINT
SIC SEPELITE ROGO SENECA

* *pap.* 90. A. *SAL · MARTIALIS CAPVLATVS*] Ad hanc inscriptionem ita adnotat Sponius Sect. V. pag. 179. *Setia Colonia & Vrbs Latii, patria Valerii Flacci, cujus populi, Setini Plinio vocantur. Cognominata autem videtur SALonina MARTIALIS ab Imperatore seu Cæsare Salonino & Marte: sicuti Salona in Dalmatia, quæ in antiqua inscriptione IVLIA SALONA MARTIA apud Gruterum, & Narbona, quæ Narbo Martius, cognominantur. Capulatus, idem quod sepultus.* Ego tamen, qui plana amplecti, & ancipitia vitare solitus sum, eo pacto explicaverim, ut Nomicius SALius MARTIALIS CAPVLATVS, nomine scilicet Sacerdotii illius Marti Gradivo, ut ait Livius lib. I. cap. 20, à Numa primum instituti, vocatus sit; unde *Salios* absolutè *Salios Martis* vocat vetus Scholiastes Iuvenalis ad vers. 126. Satyræ II. *Capulatus* autem, non quòd *sepultus*, (ridiculè profectò, quia Nomicius, paullò infrà, vivus monumentum hoc sibi fecisse asserit) sed quia capulum, sive manubrium, aut apicem Saliaris pilei, seu cassidis, in hanc formam pro gestamine habuerit, ut Marmor Capitolinum pag. 35, & Mediceum pag. 42. inter Miranda Antiq. ostendunt. Quæ autem à simi-



 litudine

litudine nuncupationis Iuliæ Salonæ Martiæ deducuntur, non viri docti judicium, sed delirantis somnium sapiunt: non enim idem est, Colonias Martias, ut Narbonem atque Salonas, ac Martiales, sine ullo exemplo appellare. Nec denique archaïsmus ille NOMEICI in usu literæ O pro V, & diphtongi EI pro I simplici, ætati Salonini, qui tertio post Christum sęculo ad finem inclinante floruit, convenire potest. Obiicient fortasse, Salios extra Vrbem æquè inusitatè induci: Sed meminerint, non abhorrere à Virorum Doctorum fide, Sacerdotia Metropolis in Colonias transferri; ut de Vestalibus Tiburtinis extant testimonia apud Gruterum pag. CCCXV. 5, & MLXXXVIII. 3: & de Lupercis Laurentibus Lavinatibus ostendemus ex nostri Musei inscriptione P. Susenatis Cap. VI. inter Sacra. Specialiter verò, Salios Veronenses videtur innuere hoc fragmentum inscriptionis relatum per Octavium de Rubeis, in suo libro, cui titulus *Memorie Bresciane*.

296 C · V I R A C I O
L O N G I N O
VI · VIR · VERON
ET · SALIO · ET
QVINCTIAE · P · F · QVINTAE

Et expressiùs Salios Arcis Albanæ agnoscit hæc inscriptio, in Castro S. Petri in Sabinis ad Flumen Farfarum, fragmento Columnæ commissa.

297 P · AEL · P · F · PAL A
TIRONI
SALIO · ARCIS
ALBANAE · QVEM
IMP · CAES B
ANTONINVS
AVG · PIVS
GERM · SARM · BRITT
AGENTEM · AETATIS C
ANNVM · XIIII
MILITIA · PRIMA
PRAEFECTVRA
EQVIT · BRAVCO D
NVM · D · EXORNARE
DIGNATVS · EST
DÆC · DEC
BLANDVS · PATER E
PRO · AMORE · CIVI
TATIS · SVMMAM · ET
SVMPTVM · OMNEM

Ac si fidem meretur Alexander ab Alexandro lib. I. Cap. XXVI, ex eo Salios Larinates laudare liceret, dubio quamvis de hoc ejus illustratore Tiraquello: quia locus Ciceronis in Orat. pro A. Cluentio, unde Authorem id arripuisse creditur, eos Salios non nominat, sed *Ministros publicos Martis*, *atque ei Deo veteribus institutis religionibusque Larinatium consecratos*: qui, seu è Flaminibus Martialibus, seu Servi publici, ut Laurentio Pignorio placuit in Comment. de Serv. pag. 30, seu ex alio hodie incognito Sacerdotum genere, esse potuerunt.

F G H I

CAPVT

CAPVT . TERTIVM

AFFECTVS · COGNATORVM · ATQVE · PARENTVM IN · FILIOS · ET · CONTRA

E I D · M ·
ACINDYNI · V· A· VI· D · X ·
F OCTAVII · EVTYCHVS · ET
CHARITE · FILIO· D· F·

OCTAVIUS Eutychus & Octavia Charite, sententiç Reinesii Epig. 128. Clas. XIV. robur addere videntur, qui ibi vult, *uxores maritorum familias regulariter sequi*.
G
H Atqui ego, pace tanti viri, hanc regulam nec agnosco, nec admitto :. observavi enim, inter veterum atque ingenuarum familiarum coniuges perrarò id accidere;
I & solùm in libertina aliqua gentilitate latè patente, utpote in Aeliis, Aureliis, Flaviis, Vlpiis &c, quandoque, (nec tamen ita sçpe, ut ad regulam sumendam
K sufficiat) coniuges, veluti societate veteris famulitii se matrimonio jungentes, commune nomen habuisse. Temerè igitur regulam hanc obtrudit Reinesius sui-
L met ipsius immemor; quippe inter duo supra ducenta epigrammata Classis XIV. *Affectus Coniugum*, non bene XXX. numerantur mulieres eodem cum viro nomine insignitæ, quarum etiam bona pars, coniugis sui libertæ, aut collibertæ esse potuerunt, ut legitur in duodecima, 68, 72, 112, 131, 135, 137, & 172; vel fortuito nominum concursu, aut prçcedentis cognationis affectu, eundem coniugalem thalamum, idemque nomen sortiri.

Puncta inter verba frequentissimè observabis; in fine tamen versus (ut in hac nostra inscriptione) rarò interpungi solere, temporibus præsertim correctioris orthographiæ, minùs fallaci regulâ, quàm Reinesiana à nobis explosâ, stabilire possumus.

II D M
.EL SECVNDIN FILI
FEC · AEL · VITALIS
LIBR · B · M · ET · S

Aelium Secundinum Aelii Vitalis filium simul, ac *libertum* interpretamur, ut in simili notâ ad Inscr. XVI. Cap. I. opinati fuimus: vel si magis placet *librarium* intellige, non quidem uti servile mini-

ministerium, sed ingenuo quoque homini conveniens, ut dicemus ad Inscriptionem L· VOLVSI hujus Capitis.

III
ALEXANDRO
SVAE· SORORES · PIAE
MYRTIS · STIBAS
NEPHE · PRIMA
SECVNDVS · MAGIST

Titulus iste solis cognominibus incertæ Gentis inscribitur, nec in se notabile quidquam continet.

IV
A N T H O
A V G · L I B
FLAVIA IANVARIA
P A T R I · S V O
BENE : MERENTI

Inter libertos incerti domini Anthum nostrum reponere possemus; nî ejus filia aliquem ex tribus Auggg. Flaviæ Gentis patronũ ipsius indicaret; sub incertitudine adhuc, an ab Vespasiano, an ab alterutro ex ejus filiis, libertate donatus fuerit.

V
❦ Γ Λ Υ Κ Ι Τ Α
Τ Ω · Τ Ε Κ Ν Ω
ΑΣΚΛΕΠΙΑΔΗ
ΤΙΩ · ΕΤΩΝ· ΙΒ ·ΠΛ
ΗΝ ΗΜΕΡΑΣ·Η·ΚΑΙ
ΓΛΥΚΥΤΑΤΩ ΑΝΔ
ΡΙ ΠΟΛΥΒΙΩ ΟΣ
ΤΙΣ ΕΠΕΖΗΣΕ
ΗΜΕΡΑΣ·Θ·ΤΩ
ΤΕΚΝΩ ❦.

Dulcissimo filio Asclepiadetio an. XII. minus dies VIII. & dulcissimo viro Polybio qui supervixit dies IX. filio

Initiale illud folii signum, quod jacens in fine repetitur, in tanto amissi filii coniugisque luctu, si usquam alibi, hìc præcipuè *dolorem cordi materno intimum* significare, dici posset cum Boldonio in Epigraph. lib. V. cap. IV. membr. III. pag. *606*; vel *cor spinâ transfixum* cum Grassero in Sax. Nemaus. pag. 236. *Nugas* tamen *istas esse* optimè ratiocinatur Reinesius in Præfat. pag. 7, ostendens, genus hoc interpunctionis libero & idiotico Marmorariorum lusu adhibitum. Rectissimè inquam; quia in faustis quoque inscriptionibus, ubi nulla doloris notæ occasio est; persæpe reperitur in Grutero, præsertim inter opera publica (ut ceteris recensendis abstineam) pag. CLI. *6*, CLX. 4, CLXI 2, CLXXIII. 1, CLXXVII. *6*, & CLXXXI. 10. Extra Gruterum recurre ad Inscriptiones 229, & 234. Capitis antecedentis; istasque inspicito, quarum tertia, ab eodem Q. Fabio Memmio Symmaco, qui aliam patri constituit, Prosocero suo Flaviano dicata conspicitur.

A B C D E F G

1 A·ANTONIO·A·FIL· ❦ · POM
PELAGIANO ❦ IIII ❦ VIRO
EQVITI · ROM ❦ RARISSI
MO · INNOCENTISSIMO H
QVE· CVR·R· P · ET · PATRO
NO · DECVRIONES
AVGVSTALES ❦
ET· PLEBS ❦ I
PETILINORVM
L · D · D · D

Atin. ex Gualthero.

2 DIANAE · INVICT K
AE·SACRVM·M·VL
PIVS · MARTIALIS
MIL·LEG·XXX·VLPIAE
ET·VLPIA·PAMPHI L
LA · VOTO · SVSCE
PTO ❦ L ❦ M ❦

è schedis Barberinis.

3 VI-

A 3 VIRIO·NICOMACO·FLAVIANO·V·C
QVAEST·PRAET·PONTIF·MAIORI
CONSVLARI ❦ SICILIAE
VICARIO ❦ AFRICAE
B QVAESTORI · INTRA · PALATIVM
PRAEF · PRAET · ITERVM · COS · ORD ❦
HISTORICO · DISERTISSIMO
Q· FAB · MEMMIVS · SYMMACHVS · V·C
C PROSOCERO ❦ OPTIMO

Hortis Theophilis in Cœlio.

4 Q· MANLIVS · Q · F · SERG · RVFVS
DEC · IVDEX · EX · QVINQ · DECVRIIS · EQVO · PVBLCO
D TESTAMENTO · FIERI · IVSSIT
ET · EPVLO ❦ DEDICARI
IN·HOC·OPVS·STATIA·SEX·F·FIDA·MTER·ADIECIT·HS·XXXV·ET·SVMME
OPERI·ET·EPVLO·RELICTAE·XX·FISCO·INTVLIT·HS.XIIICC·SOLO·PVBLICO

E *Perasti in Dalmatia.*

5 ❦ ΑΣΚΛΗΠΙΩ
ΚΑΙ ΥΓΕΙΑ ❦
ΣΩΤΗΡΣΙΝ
F ΠΟΛΥΙΟΚΟΙΣ

ΑΙΛΙΩ ΑΔΡΙΑΝΩ
ΑΝΤΟΝΕΙΝΩΙ
·ΣΕΒΑΣΤΩ ΕΥΣΕΒΕΙ
Π . Π

Messanæ ex Gualthero.

Aesculapio Servatoribus
& Hygiæ Tutelaribus

Aelio Hadriano Augusto Pio
Antonino Patri Patriæ

G 6 C·MAESIO · AQVILLIO
FABIO· TITIANO C V CoS
OPTIMO CIVI ET PATRONO BENEME
RENT❦ORDO·ET·POPVLVS·SPLEN
DIDISSIMAE COL AVG HIMEREORVM
H · · · RMIT·PECVNIA SVA POSVIT

Thermæ ex eodem.

7 Q · LIVIO · Q· F· PALA
VELENIO · · · ·SEVER
I DVCENAR· TRIB · SEM
LEG · · · · · · · PRAEF
SEM · · · · · · CLASSIC
PATRONO · HERCVLA
K NOR·CAENINENSI·MA
GISTR· IVVENT· TREBVL
MVTVESCAE· QVI · OBLA
TA ❦ SIBI · STATVA ❦ AB
L EIS· HONORE CONTEN
TVS· IMPENSAM · REMISIT
L · D · D · D

Ad D. Victoriæ extra Opp. Montis Leonis.

8 IOVI· OPTVMO · MA
XIMO·SACRVM
T·CORVNCANIVS· T·F
AIMILIA·PRIMIGENIVS
ET·T·CORVNCANIVS·T·F
SECVNDINVS· ET
CORVNCANIA FVSCV
LA · VOTO · SVSCEPTO
M ❦ L ❦ F

9 SOLI · SANC
TISSIM ❦ IN
VICT ❦ SEX
ALBIVS· SEX
FIL · PAL · VIPSA
NVS· VII VIR
EPVLON · PA
TER · PATR
DEI · SOL · IN
QQ · S·P·D

è schedis Barberinis utraque.

Duo

Duo item fragmenta dedicationum similium apud eundem Gualtherum, Melitæ alterum, alterum Gauli, foliis exornantur. In sequenti autem inscriptione ab optimo sene Ioanne Lucio nostro olim excepta, nedum verba, sed syllabæ ipsæ, eodem pacto distingvuntur.

10 IMP · CAESARI
DIVI · ANTONINI · FIL
DIVI · HADRIANI · NEP
DIVI · TRAIANI · PARHI
CI ❦ PRO ❦ NEPOTI
DIVI NERVAE ❦ AB
NE ❦ POTI
M · AVRELIO · ANTO
NINO · AVG · ARME
NIACO · TRIB . POT
XVIIII · CoS · III ❦
IMP · ❦ II
D ❦ D

Arbi in Dalmatia.

Attulimus in nostro Syntagmate de Col. Traj. Cap. VII. pag. 205. dedicatoriam hancce,

11 SANCTO · SILVANO · SACR
EVTYCHES·COLLEGI·
MAGNI · LAR · ET · IMAG




SER · ACTOR · D · D ·
HORTIS · ABONIANIS
ARAM · MARMOREA
CVM · SVO · SIBI · SIGILLO
❦ · SILVANI · ❦

neglectis tunc foliis, quæ Exceptori Epigrammatis nihil ad rem facere videbantur. Sed viso postea marmore, quod prostat ad D. Salvatoris de Curte trans Tiberim, hîc opportunè integram omnino ostendimus. Reinesio igitur ex tot documentis, pluribusque adhuc, quæ serio quærentibus occurrerent, libenter subscribimus, ubi *mysterium cordolii*, *vel aliud secretum* in hac folii, sive pendentis, sive surrecti, configuratione explodit.

A B C

VI



D E F G H

Quinguaginta ferè exempla diphtongi AE pro A simplici jungit Scaliger in Indice Grammaticalium, unde mira non accidet pseudographia tertii versus. Nec pariter rara admodum est efformatio illa literæ A, ab ultima vetustate ad infima Imperii Romani tempora sic scribi solitę. I

12 Q · I'OVRIO · A · I' K

In sepulchro Furiorum sub Tusculo annis superioribus detecto.

13 A · I'OV · P · I'

Ibidem in urnula. L

Nec minorem scripturæ antiquitatem præsefert lamina cuprea à nobis Cap. I. num. LV. & LVI. allata.

14 D·M

A 14 D · M
SABINA · NUTRIX · MAR
TINAE · ALUMNAE · SUAE
QUAE · VIX · ANN · III ·
B *sic* MENSIBUS · IIII
BENE · MERENTI · FECIT
Apud Borrominum Architectum.

15 D . M
C T · BAIENUS
CHRESIMUS
BARENIAE
SUCESSAE
D CONIUGI
KAR · FEC
Hortis de Vecchiis ad Arenulam.

16 D · M
E CORNELIUS · VIC
TOR ET CORNELIUS
ROGATUS FILIUS
FECERUNT SIBI ET
F SUIS LIBERTIS LIBER
TABUSQ POSTERISQ
EORUM INF P·XII·INAG·P·XII
Museo Ciampino.

G 17 DIIS·MANIBUS·V·A·L
A·LAPPIUS·DAMA
F·LAPPIAE·HERMIONI
H COIUGI·S·ET·SI·ET·S
Hortis Matthaiis.

18 D M
C·IULIO
I C·F·VALE
RIANO
PATRI
In Sarcophago ad DD. Sergii & Bacchi.

K VII D · M
L·CALPURNI · HYPNI
VIX·ANN·V·M·VI·D·XIIII
HYPNUS · ET · PRIMA
L ET·M·CESTIUS·FAUSTUS
PARENT·FIL·DULCISSIMO
FECERUNT

Quo pacto Hypnus simul & Faustus unius ejusdemque filii se se parentes in solidum (ut II. CC. voce utar) dicere possint, ignoro; & ænigmatis loco doctioribus propono. Cæterùm lapis est optimæ atque emendatissimę notę, neque ullam inquinatioris sęculi barbariem ex characterum forma pollicetur.

VIII DIS MANIB
Q·CALPURNIO VOLUSIO
sic deletũ ~~IULAE VIX M VIIII~~
AFRODISIUS ET DIONYSI
AS PARENTES

Quinto huic Calpurnio Volusio pater fuit Q. Calpurnius Afrodisius, ita enim sub expresso prænomine ac nomine filii patris nomen seu prętnomen latet, & contrà; ut exemplis probat Reinesius in Præfatione initio paginæ 6, aduersùs Boldonium Teanensem Episcopum, sibi ingratissimum.

IX D M
CASSIAE · FESTAE
L · ARRUNTIUS · STA
CHYUS · FEC · CONIU
GI · KARISSIMAE · B · M
ET · SEX · GELLIO · FES
TO · FILIO · ET · HYGIAE
VERNAE · HAVETE
AMICI · ET AMICAE
BONI·EUTYCHE·ET·OECONO
ME · ET · PRINCEPS · AGO
MEMORIAE VESTRAE
GRATIAS
B B

Loquacula vèl post obitum femina ista, sive sub ejus persona vir superstes, amicos, amicasque compellat, eisque perurbanè grates persolvit. Solidiorem gratiam parsimoniæ defuncti refert in hac inscriptione heres.

Q 19 D·M

19 D · M
SEMPRONIO · DONATO · HOMIN
FRVGALISSIMO · QVI · VIXIT · AN
NIS · LXV · MENS · II · DIES · V · HOR · VII
CVIVS · FRVGALITATI · HERES · MA
XIMAS · GRATIAS · AGET · AMPLIVS · MEREN
TI · HERES · HONORABIT
Apud Nobb. de Alliis.

Siglæ illæ B B in ima tabula, repetunt, ut puto, appellationem præcedentem BONI; seu, ut Scaligero placet ad inscriptionem Gruteri 6. pag. CCLXXXIV. *bonis bonis*, id est OPTIMIS. Et quidem hac eâdem formulâ, AMICI OPTIMI AVETE, concepta est inscr. 3. pag. CMXXXV. apud eundem.

HAVETE, peculiari quadam Marmorariorum pseudographiâ, ut sic vocem, hìc dicitur; quod veluti tritum, semel tantùm, sed *passim* usurpatum, observat Scaliger in Indice Eor. quæ ad Gramm. pert. Similem aspirationis abusum (modò abusus dici debeat, & non vel derivationis lex, vel vetustior usus id exposcat, ut innuit Dausquejus in hoc Verbo pag. 150.) vidisti in τῷ ARGENTI HAVE Inscr. 236. Cap. antecedentis, & in istis quoque habemus.

20 RVBRIA · PRIMA A
ALBANIESIS
P · RVBRIVS · REVTILIS
AMICE · HAVE · ET · VALE · EGO · HIC
SITVS · SVM B
Hortis Matthaeiis.

21 AMANDA · HAVE
D · M
ET · MEMOR C
VRSILIAE · C · F
AMANDAE
VRSILIA
CHERVSA D
SORORI
PIENTISSIMAE
Ex Collectaneis Archinti. E

22 DIS · MANIBVS
IVLIAE · FORTVNATAE
FECIT · LITOS · CONIVGI
CARISSIMAE · ET
SANCTISSIMAE F
BENE · DE · SE · MERITAE
VIXIT · ANNIS · XIIII
MENSIBVS · X G
DIEBVS · XX
HAVE · VALE
In Hortis Perettis.

23 HIC · EST · SEPVLTA H
PACILIA · SOSPITA · PIA
PROBA · BONIS · PROBATA · SVMMA · QVAE
VIXIT · FIDE · QVI · BENE · COGNORVNT · COGNITAM
BENE · EXISTVMANT · HAVE · ET · VALE · QVAE
OPTAS · EVENIANT . TIBI . ET · TVIS I
L · AQVILLIVS · FAVSTVS · DE · SVO · FECIT

24 D · M
FVLVIVS · CHARISIVS · IN · HYPOGEO · · · · ·
INSTRVXIT · N · XIII · SIBI · ET · SVIS · LIB · · · · K
CHARISI · HABE . ET · TV · QVI · LEGES · BE · · ·
EGO · OMNIBVS · MEIS · BENE · FECI · ET · QV · · ·
PSI . PER · ERRORE · IGNOSCETIS · DECE · · ·
IS · SCIATIS · AMICI · TRES · VXORES · H · · · L
QVIDEM · DOLVI · SET · NON · SVNT · QVA · · ·
MODO · QVARTARIA · SORTEM · DVCTAM · SV · · ·
Ex schedis Barberinis utraque.

25 PV-

A 25 PVBLICIA · AGATIA
HAVE
PVBLICIVS · BRVTANVS
D · S · P

B *Thermæ ex Gualthero.*

26 PROSDOCIONIS · OSSA
HIC·SITA·SVNT·VIXIT·ANN·XXV
SINE·CONTVMELIA·DAT·DONVM
HORESTES·BENEMERENTI·CONIVGI·SVÆ
HAVE · NVMQVID · VIS · VALE

è schedis Barberinis.


27 C · CAVDIO · C · L · TRIVM · · · · ·
CAVDIA · C · L · PHILVMNIA · PATRI · SVO
BENEMERENTI·VERACI·ET·INNOCENTI
C HANC·STATVAM·EREXIT·HAVE·SALVE

Neapoli ex Capaccio.

28 Q · MARC · · · · · · · · · · ·
HAVE DVLCE NOBEIS NOME · · · · ·
D STEPHANE VITAE NOSTRAE · · · ·
VERE CHORONAM TE ACEPI · · · ·
MOSCHIS TVA TE SALVTAT ET D · · ·
ET BLANDA DVLCIS PVPA DELIC · · ·
E ET QVEM TV TVIS MANIBVS NV · · ·
O FATVM INFELICEM QVI TE N · · ·
HAVE CASTA CONIVNX ET M · · · ·
HAVE MI DIODORE AMICE FRA · · ·
F NAM ET AMICI OFFICIA ET PIETAT · · ·
HAVE PVPA BLANDA ANIMA M · · ·
QVEM NVPER PARARAM VT HAB · · ·

Ex schedis Vaticanis apud P. Ciaconem sub Pincio.

G X



H

I

K


L

Delphines circa gubernacula revoluti, atque Encarpus cum aviculis, suas significationes, & quidem elegantes habent, consultæ tardæque festinationis, & coniugalis

galis concordiæ: ſed ego *fortuito Marmorariorum luſui* (ut paullò ſuprà allatis Reineſii de foliorum interpunctione verbis utar) hæc & ſimilia ſymbola tribuenda cenſeo, in urnulis hiſce pro defunctorum cineribus collocandis ſine delectu à ſuperſtitibus quæſitis. Quin imò majores quoque arcas ita inconſultò comparatas pluries agnovi; dum cęteris ornamentis diligenter expletis, defuncti effigies rudis & indiſtincta, prout ab incertis de ea Statuariis, ita utplurimùm heredum neglectu reperitur. A B

Cavaria gens, hìc primùm è tenebris vetuſtatis emergit.

XI C



D

E

Pro operculo alicujus Oſſuarii lapidem hunc VIII. unciarum pedalium diametros inſervîſſe, docent adhuc ferri plumbati veſtigia, quo urnulæ ſuæ affixus diutiſſimè permanſit; itaut facies inferior inſcripta vetuſtatem vix ſenſiſſe appareat; ſuperiorem verò, ſitu penè exeſam videamus. Lepuſculi in ea effigies, ad inane & puerile quoddam oblectamenti genus appoſita fuit; ut in aliis conſimilibus ludicris imaginibus ad Inſcriptionem SATVRNINI Cap. V. fieri ſolitum à puerorum parentibus, oſtendemus. F

XII G

D M	D M
TI·CL·NEPTVNALI	STEPHANO
FILIO·PIISSIMO·FEC	ACTES·N
TI·CL·THALLVS	PISTORI·VIX·A·XXIV
TI·CL·THESEI	SATVRNINVS
LIBERTVS	SORORIS·F
	CONSACRAVIT

H

I

ACTE prędicta Stephani domina, eſt ipſamet Claudia Acte Neronis liberta & pellex, quam *parùm abfuit quin ſibi juſto matrimonio copularet, ſubmiſſis conſularibus viris, qui regio genere ortam pejerarent*, ut ait Svetonius cap. 28. Incertâ equidem coniecturâ Triſtanus To. I. pag. 242. Comment. Hiſtor. eandem Acten hanc eſſe exiſtimat Neronis concubinam, quam D. Chryſoſtomus à Sancto Paulo cùm Romæ commoraretur ad Chriſtianam religionem converſam tradit; cùm non ſolâ iſtâ concubinâ Neronis libido contenta fuerit, quin ſimul cũ Acte alias plures habuiſſe compertum ſit K ex Svetonio ibidem, *utique poſtquam meretricem, quam fama erat Agrippinæ ſimillimam, inter concubinas recepit*. Incertiori adhuc, ad pręallata Svetonii verba minimùm reſpiciens, nec Xiphilinum L à ſe expenſum rectè intelligens, Acten, *cujus genus, ut ſplendorem ei adſtrueret*

ad At-

A *ad Attalum Regem porrigebat*, ut Lipsius
in Tacit. Ann. lib. XIII, aliique ibidem
adnotant, ab Attalo nescio quo adoptatam somniat; ait enim, *que Neron l'avoit*
B *achetèe estant nèe en Asie, & que l'aimant
bien fort, il la fit adopter en la famille
d'Attalus, personnage du mesme pays, &
des plus riches*: addens pariter de suo, &
C eâdem fide, *qu'Agrippine jalouse extremement d'elle, la fit fustigier*. Ne autem
nobis vicissim obiiciatur eadem de Acte
Neronis in nostra hac Acte inanis divi-
D natio; sciant, hunc lapidem ab Excellentissimo D. Alexandro Matthæjo Iovii
Duce mihi perhumaniter concessum, inter alios hosce plures in suis Hortis Cœ-
E liis extitisse, quos de Claudia Acte Neronis liberta loqui certum est.

29 DIIS · MANIBVS
F HELIO
ACTES · AVG · L
LIBERTO
A CVBICVLO

G 30 D M
TI · CLAVDIVS
CRESCENS
ACTES · L · CVRSOR
H MVSAE · LIB
IDEM · COIVGI · B · M
FEC · ET · SIBI · ET · SVIS
V · A · XXII

31 D · M · S
CL · FELICI
EVNVCO
ACT · LIB
V · A · L
LIB · P · B · M

32 DIS · MANIBVS
TI · CLAVDIO · ONESIMO
ACTES · LIB · CLAVDIA
FELICVLA · CONIVGI · SVO
BENEMERENTI · FECIT
VIXIT · CVM · EO · ANNIS · XII

33 DIS · MAN
TI · CLAVDI · AVG · LIB
EPICTETI · ACTEANI
VIXIT · ANNIS · LXXXV
CL · ZOSIME · PAT
BENEMERENTI · FECIT

34 D · M
THALLO
ACTES · N · SER
CVB · VIX · ANN · XXIII
FEC · DIADVME
ET · PHOCION · ET
PHILETVS · CONS

35 DIS · MAN
BVLIMIONI · LIB
CLAVDIAE · ACTES
FECIT · DIONYSIA
COIVGI · B · M
VIX · A · XL

I 36 D · M
TI · CLAVDIO
CRISPO · ACT · N̄ · L
PHOEBE · LIBERTA
K CONIVGI · B · M
FECIT · V · A · XXXV

D · M
TI · CLAVDIVS
CRISPVS · ACT · N̄ · L
ET · PHOEBE · MATER
FORTVNATO · FILIO
FECER · QVI · V · A · XV
MEN · V

L Alias proinde sequentes, libertis famosi
hujus scorti tribuimus.

37 AVDIAE · APHRODIS
RMES · AVG · LIB · ACTIANVS · F

Fragmentum ad S. Eusebii Via Prænestina.

38 THELYCO
EVTYCHI
ACTES · AVG · L · L
ALVMNO · A MANV
VIXIT · ANN · XX

penes Lapicidam ad Caetanos.

39 CLAVDIO
ACTES · LIB
ARTEMAE
HELPIS
LIB

è schedis Barberinis.

De eadem Acte Neroniana intelligit duas istas inscriptiones Reinesius Class. IX. num. 14. & Class. XIII. num. 17.

D · M · S · A
GLAVDIAE·ACTES·AVG·L·AVCTAE
TI·CLAVDIVS·DEMETRIVS ET
TI · CLAVDIVS · EVPASTVS
CONLIB·OPT·DE·SE·MERITAE
F B

Hanc corrigo ex veteri meo Codice MS. & quidem opportunè, ut Claudiæ Actes, non item Augusti, Claudia hæc Aucta liberta intelligatur. C

40 DIS · MANIBVS
CLAVDIAE · ACTES · AVG · L · L · AVCTAE
TI · CLAVDIVS · DEMETRIVS
VXORI · ET D
TI · CLAVDIVS · EVPLASTVS
CONLIB · OPTIME · DE · SE
MERITAE · FECIT

E

41 D · M
CLAVDIO · STORACI · A
CTES · LIB · SCR · CVBICVLA
RIORVM · VIX · A · LX
PATRI · B · M · P
CLAVD · STORAX · ET

D · M
MOSCHIDI · ACTES
LIB · MATRI
B · M · P F
GLYPTVS

Neptunalis cognomen nostri hujus Tiberii Claudii; similequè in hisce aliis,

29 P · ATTIVS · NEPTVNALIS
HERMETI

Venetiis ex schedis Lilii Vaticanis.

30 L. CORNELIO
FELICI
LICTORI · III
DECVRIAR
C · SAVFEIVS
EPAPHRODITVS
LICTOR · III
DECVRIAR
AMICO · BONO
FECIT
C · SAVFEIO · NEPTVNALI
SAVFEIAE · PRIMAE
EVTYCHO · SAVFEI

Hortis Strotiis ad Vimin.

favet correctioni Reinesii, quam ad marmor Thomasini adhibuit Clas. I. num. 97, in quo NEPTVNIDIALIS legitur. G

XIII D · M
T · COELI · SENT
INIANI · CENT ·
COH · VIIII · PR · P · V ·
T · COELIVS EN
TINIANVS · FIL ·
PATRI · B · M · F ·
ET · CALIDIA PYRA
LLIS · MARITO
OPTIMO · F ·

H I K

Exemplo Prętorię illius Cohortis, quę ad Prætorum primò, deinde ad Consulum tutelam ab omni exercitu selecta fuit, Prætorias hasce Cohortes Augustus instituit, sive novem, ut Tacitus habet Annal. lib. IV. cap. 5, sive decem, numerò, L

A merò, ut disertè tradit Dio lib. LV. nu-
merum quoque militum his verbis præ-
scribens, *Stipatores autem corporis decem*
mille erant in decem Cohortes distincti.
B In hac nobilium Scriptorum varietate,
Iustus Lipsius de Magnit. Rom. lib. I.
cap. IV. Taciti dictum tuetur, & Dionem
erroris arguit, cùm tamen potuisset, (quod
C innuit, simulque respuit) utrumque pro
suo ævo intelligere. Variavit enim res,
tum in Prætoriis, tum in Vrbanis Cohor-
tibus; nam & in istis discordat Tacitus à
D Dione, hic etenim sexmillenos urbanos
milites numerat in quattuor Cohortes
distributos οἱ τῆς πόλεως φρουροὶ ἑξακισχίλιοι,
καὶ τετραχῇ νενεμημένοι, *Vrbis custodes sex*
E *millia, & in quattuor partes divisi*.
Tacitus, numerum militum reticens, (ut
in Prætoriis) tres tantùm ponit, *quam-*
quam insideret Vrbem proprius miles,
F *tres Vrbanæ, novem Prętoriæ cohortes*.
Nec tantùm sub Vitellio, *confuso militię*
ordine, ut ait idem Tacitus Hist. lib. II.
cap. 93, *sedecim Prætoriæ, quattuor Vr-*
G *banæ Cohortes, queis singula millia inef-*
sent, scriptæ sunt; verùm etiam sub Ne-
rone vetus numerus immutatus apparet,
quia in inscriptione illa Gruteri pag. MC-
H II. 4. Telesino & Paulino Cos. *Cobors*
XVI. Vrbana enunciatur; quæ, si con-
tinuatâ progressione post novem Præto-
rias numerari debeat, (ut mox docere
I conabor) jam septem Cohortes Vrbanæ
tunc temporis, etiam ante Vitellii immu-
tationem recensebantur. Vnde non adeò
mordicùs Taciti numero inherere opor-
K tebat, ut hunc alium lapidem pag. CDX-
VI. 1, ingeniosè magìs forsan, quàm ve-
rè ita interpretaretur, quasi Gavjus per
hysterologiam, ad Tribunatum XII. CO-
L HOR. PRAETOR. non ante Claudium
vel tempore Claudii, ut fert ipsa titulo-
rum series, sed Vitellii, sub quo seniorem
militasse fingit, promotus fuerit.

44 C · GAVIO · L · F
STEL · SILVANO
PRIMIPILARI · LEG · VIII · AVG
TRIB · COH · II · VIGILVM
TRIB · COH · XIII · VRBAN
TRIB · COH · XII · PRAETOR
DONIS DONATO · A · DIVO · CLAVDIO
BELLO · BRITANNICO
TORQVIBVS · ARMILLIS · PHALERIS
CORONA · AVREA
PATRONO : COLON
D · D

Idem Lipsius, in retinendo suarum IX. Cohortium Prętorianarum numero usq; ad Vitellium adeò tenax; in Vrbanis sub eodem Vitellio ita parsimoniam in largitatem convertit, ut ex lectura Cohortis XIII · Vrbanæ in antedicta C. Gavii inscriptione, suam *libidinem* fateatur *legendi in Tacito quattuordecim Vrbanas Cohortes*. Sed animadvertendum est, stare simul posse quattuor illas Vitellianas Cohortes cum numero decimętertię Cohortis Vrbanæ; quoniam primam Cohortem ex Vrbanis *decimæ* titulo affectam invenio: Nam, ut modò tetigi, continuatâ progressione post novem munere suo digniores Prætorias Cohortes sub Tiberio, de quibus Tacitus, quasque ex primæva Augusti institutione ita numeratas admitto; subsequentes numeros X, XI, & XII, tres primi illius censûs Cohortes Vrbanas occupasse puto: quas ad Constantini tempora perdurasse, seu tandem ad pristinum numerum, numerandique rationem rediisse, docet hæc inscriptio.

45 DOMINO · NOSTRO
FL · CLAVDIO · CONSTANTINO
FORTISSIMO · HAC
BEATISSIMO · CAESARI
FL · VRSACIVS · V · P
TRIBVNVS · COHORTI
VM · VRBANARVM
X · XI · ET · XII · ET · FORI
SYARI · · · · · · · ·

Gruterus pag. CCLXXXII. 4

Nescio

Nescio certè an mihi ante alios prima hæc cogitatio occurrerit, sed utcumque res se habeat, vel de novitate inventi, vel de societate consilii gaudebo, meæque sententiæ ex aliena firmitudinem additam, libens lætus inspiciam. Probatio ex nostrarum inscriptionum segete insurgit: observabis enim, tam inter Gruterianas, quàm inter has nostras,

46 D · M A
C · VISERTI · PVDI
MIL · COH · X · VRB
PETTONI · ARTORIAE
NICENI · BEN · MER · FEC B
SIB · ET · LIB · LIBERTABVSQ
POST · EORVM

Apud Paribenium. C

47 CN · POMPEIO · SEX · F
QVIR · HOMVLLO
AELIO · GRACILI · CASSIANO · LONGINO D
P · P · BIS · LEG · II · AVG · ET · LEG · X · FRETENS
TRIB · COH · III · VIG · TRIB · COH · X · VRB
TRIB · COH · V · PR · DONIS · DONATO · AB
IMP · TORQ · PHAL · ARM · COR · AVR E
HAST · PVRA · PROC · AVG · PROVINCIAE
BRITANNIAE · PROC · AVG · PROVINC
DVARVM · LVGVD · ET · AQVIT · PROC
AVG · A RATIONIBVS F
HEREDES

In Ædibus Barberinis.

48 DIS · MANIBVS
C · VAPVSIVS · C · F · TROM
ATHEMOTORV · POMPEIOP
CILIC · MIL · COH · X · VRB
7 · IVLIAN · MILIT. ANN
X · VIX · ANN · XXXII · M · VI
T · P · I
IN · FRON · P · IIII · A RETR · P
VII S

è schedis Barberinis.

49 D · M
L · VARENO · L · F
SEVERO · MILITI
COH · XI · VRBANAE
D · VARENVS · VENVSTVS
FILIO · PIENTISSIMO
ET · VARENA · PRIMA
FRATRI · KARISSIMO
FECERVNT
VIXIT · ANNIS · XVIII
MENSES · IIII · DIES · XII

Fulginei ex Fabio Pontano.

50 D · M
C · IVL · C · F · FABIA · ROMA G
SEIO · IVNIORI · VETERANO
AVG · MILITAVIT · IN · CHORTE
XI · VRB · 7 · VALERI · ANNIS · X
MISSVS · HONESTA · MISSIONE H
V · IDVS · IANVARIAS · APPIO
ANNIO · ATILIO · BRADVA
T · VIBIO · VARO · COS · VIXIT
ANNIS · XXXX · DIEBVS · XX I
FECIT · IVLIA · PALESTRICE · CO
IVGI · BENEMERENTI

Ex Museo Ciampino.

51 D *figura militis hastati* M K
P · ACILIO · P · F · C
QVINTIANO
THESS · MIL · COH · XI
7 · SABINI · VIX · AN · XX L
MIL · AN · XV · M · VIII · D
TEST · FIERI · IVSS

Vinea Arrighi Via Appia.

A 52 DIS · MAN
C · ANICIO · IVSTO
CHO· XI· VRB· VIX· AN·XXX
M· A · XVII · NAT · ARRETIO
B FECIT · STATILIA · HELPIS · CON·
B · M · ET · FIL · ANICIAE · IVSTAE
VIX· A· IIII· M·VII· D·X· ET· M·PON
TIO· FORTVNATO · MIL· CH· XII· VR
C V·A·XXXV· MIL· A·XV· NAT·PICENO
FECIT· STATILIA · HELPIS · ET · SIBI
ET · P · T · R · Q· SVIS

In Domo Attavantum ad Cursum.

D 53 C · PETRONIVS
C · F · SCAP
IVSTVS
FLORENTIA
E MIL · COH · XII
VRB · 7 · SEVERI
MILIT · ANN · V
VIX · ANN · XXIIII
F T · P · I

Vinea Bonamonteta Via Cassia.

54 ....
.... C · F · VLPIA PETAVIO
G NE · C · IVLIVS · IVLIANVS
VET · AVG · N · VIX · ANN
XXXVIII · MEN · I · D · III
MILIT · ANN · XVIII · IN
H COH · V · PR · P · V · 7 · CRATILI
ANI · C · IVLIVS · GLAVS
MIL · LEG · II · PARTHICE · AN
TONINIANAE · P · F · AETER
I NE· C· IVLIVS · T · MIL · COH · XII
VRB · FRATRES · ET · C · AN
TONIVS · RIPANVS · VETRA
NVS · EREDES · BENE · MER
K CVRARVNT

è schedis Barberinis.

55 D · M · S
CL · VALENTINO · MIL
L COH · XII · VRB · 7 · LAETILI
MIL · ANNO · I · VIX · ANN
XIX · FRATRI · B · M · F

Vinea PP. Prædicatorum ad Portam Salariam.

56 D · M
M · PHILLIVS
APVLEIVS
CRESCENS
VET·EX·COH·XII·VRB
T · F · I · VETTIAE
VEREC · CON
M · APVLEIVS
FELIX · LIB · ET
HERES
PONI · CVRAV

57 Q · PHILLIO · M · F · ROM
AFRO · MIL · COH
XII · VRB · MILITAVIT
ANN · XIII · VIXIT
ANN · XXXXV
P · PHILLIVS · AEMILIA
NVS · Ϛ COHORTIS · X
PRAETORIAE
FIL · INCOMP · B · M · P

Ferraria ex schedis Barberinis utraque.

58 D · M · S
C · IVLIVS · C · F
AEMILIA
RVFVS
DYRRACH
MIL·COH·XII·VRB
7 · SEDATI
MILITAVIT
ANNIS · XIII
VIX · A · XXXIII

è schedis Barberinis.

59 D · M
T · LVCCONI · QVARTINI ·
MIL · COH · IX · PR · 7 · VLP ·
V · A · XXV · MIL · A · VI ·
ET · T · LVCCONI ·
PATERNI · MIL · COH · XII ·
VRB · 7 · VALERI · V · A · XXI ·
MIL · M · IIII · DOMO ·
REIS APOLLINARIB ·
IVLIA · QVARTIA ·
MAT · F

Vinea PP. Prædicatorum.

60 V · F
C·GAVIVS·L·F·ASPER
L·GAVIO·Q·F·PATRI
GRACCIAE·A·F·QVINTAE·MATRI
A·GAVIO·L·F·MANSVETO·FRATRI
MILES·CHOOR·VRB·XII
VIXIT·ANNOS·XXXVI
MILITAVIT·ANNIS·QVINQVE

Apud Empolum è ſchedis Barberinis.

61 D · M
L·PATVLCIO·L·F·OVF·CELSO
TARR·MIL·COH·XII·VRB
7·CLAVDI
VIXIT · ANN · XXIII
MILIT · ANN · III ·

Ad D. Cæſarii.

XIV

MILITES · COH · XII · VRB
A · APONIVS · SABINIANVS · TVDER
Ɔ · VERI · STIP · XVIIII · C · AVRELIVS
ALEXANDER · DYRR · Ɔ · TREBI · STIP
VIIII · L · AELIVS · DONATVS · BENEV
Ɔ · TREBI · STP · XIIII · IMAGINES · DOMINO
RVM · NN · ET · AEDICVLAM · ET · ARAM · DE
SVO · FECERVNT · DEDICAVERVNT
VII · KAL · OCTOB · DVOB · AVGG · SEVE
RO · III · ET · ANTONINO · PIO · COS

XV

T·TVSSANIVS
TVTVS · TVDER · N
XII · VRB · Ɔ · VERNAS
LAM·VETVSTATE·V
PLICTIS · COLVMNI
ORNAMENTIS · CVM
SIGNO · VICTORIAE · ET
VNA · CVM · PRIMITIV
N · VERNA · PEDISSEQ
ABIGEI · FEC

à tergo antecedentis muroque obverſa.

De Militibus XIII. Cohortis Vrbanæ, præter Gruterianas, haſce duas inſcriptiones apud Sponium invenio, in Ant. Lugdunen. cap. VIII. pag. 191,

62 · · · S · MANIB A
· · · TI·M·F·CLAMAR·C·L
· · ARA · AGRIPP
MILITI·COH · XIII · VRB
HEREDES B
PONENDVM · CVRAVER

63 D · M
P · OCTAVIO · PRIM
MIL · COH · XIII C
V R B
QVI·VIXIT·ANN·XLII
MILIT · AN · XXI
HER · BENEMER D
P · C

malè tamen per hæc verba explicatas, *Il y à apparence que cette XIII. compagnie ſurnommee Vrbana, à hyverné quelque temps icy, car cette inſcription n'eſt pas la ſeule, qui nous face voir, que des ſoldats de cette compagnie y etojent morts*; dum ejus Cohortis ſtationem & hyberna ab Vrbe Lugdunum transfert; quandò facilius ac planius eſt, concipere, Milites Vrbanos, numeroſæ nec minùs quàm millenariæ Cohortis in Provincia illa mortem obiiſſe: Aliàs quippe, & Empoli, & Ferrariæ, ubi ſepulchra Militum XII. Coh. Vrbanæ ſuprà legimus, illius Cohortis caſtra fuiſſe, dicendum eſſet. E F G H

64 D M
IANVARIO · ET · COSTA
NTIO · SERVO · INNOCENTI I
SSIMO · QVI · VIXIT · ANNIS · XVI
CVRTIVS · FELIX · MIL · COH
XIIII · VRB · BENEMERENTI
FECIT K

Ad D. Silveſtri in Quirinali.

65 D · M
M · AVRELIO
VITO · C L
COH · XIIII
VRB

In Ædibus Barberinis.

66 D·M·

A 66 D · M · M · ANTONI · M · F · FAB
PHOEBI · MIL · COH · XIV · VRB · 7
PERENNIS·STIPENDIORVM·IIII·SECVTORIS·TRIBVNI
VIX · ANNIS · XX · M · VI · D · XX · H · III · EPI
B DECTVS·ET·PHOEBE·PARENT·INFELICISSIMI·FECERVNT
Ex Reinesio Ep. XLI. ad Rupertum.

67 D · M
CN · IVLI · PICENTIS · MIL · CO
C XIIII · VRB · 7 · TERENTIANI
ARESPICI · ORDINATO
FECIT
CN · IVLIVS · THEAGENES
D PATER · FILIO · PIISSIMO
Hortis Iustinianis.

Obſervabis (inquam) ex iſtis inſcriptionibus, omnes de Cohortibus Vrbanis
E loquentes à *decimâ* incipere. Vnde ſolitarias illas inſcriptiones apud Gruterum pag. CCCLXXXVII. 8, & pag. DXIX. 10, quæ de VIII & VIIII. mentionem
274 * IN
VIRDIARO · PARTIS
P · XIX
M·LIVIVS·M·F·CASSIVS
DON
è schedis Barberinis.

Tres tandem aliæ ex eodem noſtro Muſeo Inſcriptiones in venditionem,ſeu donationem loci,ollarumvè conſentiunt. *

XXIV

CN·TVCCIVS VETTIDIA
SEX · F · COL Ɔ · L
PROCVLVS HILARA
o o
SEX·TVCCIVS·SEX·L·ZENO
EMIT · A · CN · MINVCIO
STEPHANO · OLLAS · III

* XXV A

HVNC · LOCVM
VEDIA . TERTIA
T · FLAVIO
INIPHEO B
DEDIT · DONAVIT
B · M

XXVI

* MAECENATIAE C
FAVSTAE
C· MAECENAS ·TYRANNVS· LIBERTAE
SVAE·ET·TERENTIAE·LEPIDAE·OLLAS
II · DEDIT D

Seriem quandam hereditariæ ſucceſsionis in ſepulchro per plures ſubſequenter gradus, oſtendit noſtra hæc inſcriptio, quam è Vinea Boſii miſerè fractam compoſui, integramque repertam, Excellentiſsimi D Federici Ducis Cæſarini munere adquiſivi. E

F

XXVII

L·VALERIVS·L·L o L·VALERIVS·L·Ɔ·L
ALEXSANDER·SIBI·ET·S SELEVCVS · SIBI · ET · SVI
VALERIA·L·L·ATTICE VALERIA·L·Ɔ·L·ARTEMIS G
L · VALERIVS · L · L · LIMEN · F L·VALERIVS·L·Ɔ·L·HYLLVS
VALERIA · L · L · IRENE L·VALERIVS·L·Ɔ·L·PHILEROS
L· VALERIVS · L·L· FAVSTVS L·VALERIVS·L·Ɔ·L·DIOGENES
VALERIA · L · L · VRBANA VALERIA·L·Ɔ·L·MARTA H
VALERIA · L · F · ATTICE L·VALERIVS·VRBANVS
L·VALERIVS·L · L · IANVARIVS VALERIA · ARESCVSA
L VALERIVS·PAPIA HVNC LOCVM·MONV· RELIQVID· L·VAL· HIERONI· HEREDI· SVO·
-HIERO·L·VALERIO·AMPHIONI·ET·DIOGENI·HEREDIBVS SVIS I
INDE·NOBIS·REL·EST

Extat hæc in Grutero pag. undemilleſimâ 2. fideliter excepta; niſi quòd, ob anguſtiam paginæ, in duas lineas narrationem ſub corona inferiori diſtribuit,quam unicam in marmore legimus: ad quod nos quoque coacti ſumus, & hìc, & in quinto antecedentis Inſcriptionis verſu, qui unitus quarto in autographo cernitur.

Sequentes verò, partem referunt, qua quiſque ex pluribus ſociis commune monumentum habentibus, potiebatur.

275 D · M
T·VAL·AELIANVS·ET·SEX·AR K
RVNTIVS · CICERO · EX · PAR
TIBVS· AEQVIS· SIBI· ET·SVIS
LIBERTIS · LIBERTABVSQVE
POSTERISQ · SVORVM L
EX· DONATIONE· IVNTA
THEOPHLE
è ſchedis Barberinis.

276 Q

A 276 Q · COSSVTIVS Q · L
SPERATVS · LICTOR
EX · III · DECVRIS · QVI
MAGISTRATIBVS · APPAREN
B ET · COSSVTIAE · PRIMAE · LIBERTAE
Q · COSSVTIVS · Q · Ↄ · L
CORINTHVS · ET · LICINIAE
CINNAMINI · EX · PART · CORINH
C COSSVTIORVM·DVORVM·POSTERIS·EORVM·LIB·LIBERTABVS
M·DECIVS·SALIANDER·SIBI·ET·SVIS·LIBER·LIBERTAB
Vinea Nobb. de Eustachiis Via Latina.

277 P · SEXTILIVS · CLADVS
D ET·P·SEXTILIVS·PRIMVS
CONSOR
P · SEXTILIVS · PAPA · F
TVTELA · LAIS · ET · TVTELA
E LAIS·F·SIBI·ET·SVIS·POSTERISQ
EORVM

CLADI · P · DIM

CLAVDIA · GRI
C·ANNIVS·PRA
T·CLADIAE·SAECLA
RIS F SIBI · E T SVIS
POSTERISQ· EORVM

GRIPHILLA · P · DIMI

F *Vinea Morona ad Viam Appiam intra Vrbem.*

278 D · M
VISELLIAE · ROME · FILI
AE· L· VISELLIVS·EPAGAT
G HVS· FECIT· SIBI· ET·SVIS·LIB
LIBERTABVSQVE·POSTERIS
QVE·EORVM· C·TERENTIVS·MERCV
RIAL·PRO·PARTE·DIMIDIA·FECIT·SIBI
H ET·SVIS·LIB· LIBERTABVSQ· POST· EORVM
Vinea Caroli Valle.

279 IN
VIRDIARIO
PARTIS
I TERTIAE
C · TERENTI
ACTI ET
C · TERENTI
K CERINTHI
EX HOC · LOCO
VSQVE AD
SCALARIA
L OLLAE
NVMERO
LXVIII
è schedis Barberinis.

280 IVRIS· HVIVS · MONVM
C· RAMMI· CONOPIS
ET·MVSSIAE·LIBADIS
DIMIDIVM· ET·DVODECVM
ALLONIAE·C·F POTITIAE
PARS · QVARTA
PROCVLEIAE · C · L
PARS . VI · SIBI · ET · SVIS
è schedis Barberinis.

281 V· A · PAPIVS · A· L · HILARVS· SIBI
ET·PAPIAE·A·L·SECVNDAE·L·SVAE
ET·SVIS·EX·TOTO·PRO·PARTE·TERTIA
V · SEX · CAESIVS · SEX · L · ANOPTES · SIBI
Vinea Nobb. de Naris.

282 DIS · MANIB
C·GENICILI ❦
COSMI · PIISSIMI
SANCTISSIMI
GENICILLIA · LANTHANVSA
VXOR · FECIT· P· P· DIMIDIA
LOCI · HVIVS · SIBI · ET · SVIS
LIBERTIS· LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE· EORVM· FECIT
Hortis Iustinianeis.

283 L·LI-

283 L · LICINIVS · LVCVLLI · L · APRODISIVS A
LICINIA · L · L · ATHENAIS
EX · PARTE · DIMIDIA · SOCIA
FABIA · Ɔ · L · LAIS
L · LICINIVS · L · L · ARTEMA B
L · LICINIVS · L · L · AVCTVS
LICINIA · L · L · PRIMA
M·VINEIVS·VRBANVS·VINEIA·M·F·SABINA
Hortis Iustinianeis. C

XXVIII
P · CORDI
ERVCTI
PARTE · DEXTERIORE
INTROEVNTIBVS
PRO · PARTE
QVARTA · OLLAE
NVMERO · XXXVII

Ex sortitione etiam ollas adquisitas fuisse reperio in hac inscriptione pluriès memorati Monumenti Palangariorum Viâ Aureliâ,

284 D·VETVRIDI·SECVNDIONIS
EX·SORTITIONE·OLLAS
OSSVARIAS · VIIS

Ex qua pariter colligi potest, dividuas fuisse ollas, itaut dimidiæ ollæ jus ad sepulturam sufficeret: Quia scilicet quandoque (ut ad nostram Inscriptiptionem A. Quintilii Ampliati hujus eiusdem Capitis adnotabimus) ossa & cineres in unum adiicere sollemne erat: probantque compendiariam hanc (ut sic dicam) sepulchri rationem sequentes tituli ejusdem monumenti Palangariorum, in quibus duæ tantùm unius Columbarii ollæ *sibi & suis* destinantur.

285 D · LAELIVS · SALVI
IVLIA · APOLONIA
SIBI · ET·SVIS·OL·DV

286 L · ANNIVS · L·L · FELIX
OLLA·DVAS·SIBI·ET·SVIS

Aliud rursus (an idem?) divisionis genus per *sortem* & *loca* in hinc duabus inscriptionibus habetur.

287 M·FABI·FELICIS·CVR D
CVM · M · AEMILIO
CHRESTO
MONVMENTVM · EX E
PECVNIA · SOCIORVM
XXXVI · FECERVNT
RAT·PAR·SOR·II· LOCO·XXVII

288 C · RABIRI · C · L F
FAVSTI
SORS · IIII · LOC · VIII
è schedis Barberinis utraque.

Quòd si *sors* non denotet seriem Columbariorum, *locus* autem numerum ollarum ab imo ad summum, sive à solo ad fastigium, ascendendo in computatione, ut in Columbariis & ollis suprà Cap.I. pòst Inscript.LI. observavimus: Ego, quid aliud significent, planè sum ignarus. G H

Postquam de modo comparandi sepulturam jam multis dictum est, accedat obscura hæc & barbara inscriptio, pretium ipsius sepulchri, sive sarcophagi, quod vir vxori suæ emit, exprimens. I

289 V'BIHXN EMIT VX K
ORI SARTOPHAGV
AVREIS IX
In Museo Ciampino.

Precarium permissum expositum reperi in sequenti fragmento; non quidem eo precarii genere quod Vlpianus in l. 1. D. de precar. ita definit, *utendum* scilicet *con-* L

cet con-

A cet *concessum tandiu quandiu is qui concessit patitur, tunc recepturus, cùm sibi libuerit*;

290 OHLIENA · HELPIS
B FRATRI · PIISSIM
PRECARIO · PER
MISSV

Vinea Didaci Casalis Via Appia.

C nam mortvus inlatus in alienum locum, etiam invito domino loci, extrahi non poteſt, ſi inferens loci pretium præſtare velit, l. is qui 7. D. de relig. & ſumpt. fun.; D ſed ſimpliciter tanquam de loco precibus impetrato: Et ita laxè ſumit Wilelmus Goëſius ſimile verbum apud Siculum Flaccum de condit. agror. par. IX. in ſuis E eruditiſſimis Notis pag. 130; itaut minimè opus ſit emendatione illâ, quam tentat Rigaltius, qui *perrarò*, non autem *precariò* legendum ducit. In eundem ſen- F ſum intelligendæ ſunt ſeqq. inſcriptiones:

291 DIS · MANIBVS
P · AELI · PONTIANI · QVI
VIXIT · ANNIS · XVIII
MESE · VNO · DIEBVS · XIX
PARENTES · FILIO · DVLCISSI
MO · LOCVM · PRECARIO · PETIER
VNT · A · T · EREDIO · GALO

à ſchedis Barberinis.

292 PRECARIO
A MARCIA
REPENTINA
C · IVNIVS · PH
ILETVS · POSV
IT · IVLIAE · LARC
IAE · F · SVE · V · A · I · M · XI

Ad D. Silveſtri in Quirinali.

Imò & ſimplex *permiſſum* Inſcr. 247. & 259. ſuprà, ſimile precarium importare putaverim; facultatê ſcilicet permiſſionem revocandi per dictam l. is qui abdicatâ.

XXIX

G

H

I

K

L



Glycon Eubemero filio memoriæ gratia vixit anno I. menſibus X

Fingitur, ut puto, infantem iſtum Eubemerum ad Elyſium Campum, ſive Heſperidum Hortos delatum, ut pervigilem Draconē corū cuſtodem ſibi devinciat, propitiumque reddat, ad aram, accenſo igne ſub ingreſſum poſitam, paterâ quam defert, libationem peragere velle, quò ſibi aditus ad piorum & beatorum ſedem permittatur. Heſperidum Hortos cum Elyſio confundere Strabo videtur, ubi lib. III. in ul-

in ultima Hesperia Elysium Campum terræ terminum constituit, in quem Proteus apud Homerum Odyss. δ. vers. 553. Menelaum à Diis mittendum fore dixit; ibidemque à posterioribus Poëtis vulgatam esse expeditionem Herculis in Geryonis boves, atque in Hesperidum aurea mala. Haud tamen tria tantùm, ut Antiphanes Comicus ex Athenæo lib. III. credidit, ea fuisse, hinc patet, sed quinque, ut etiam habet nummus Getæ à Tristano allatus To. II. pag. 285. sinè ulla inscriptione, aut nota loci; & proinde ab

Ill. Spanhemio ex Museo Christinæ Au- A
gustæ suppletus Dissert. IV. pag. 294.
ΕΠΙΣΤΡΑ .... ΝΟΥΣ ΑΝΕΘΕ ΠΕΡ-
ΓΑΜΗΝΩΝ Β ΝΕΩΚΟΡΩΝ, quo in
nummo Serpens eâdem figurâ & positu B
àc noster conspicitur.

Ad hoc idem fortasse alludit marmor,
quod è schedis Peniæ Sacræ Rotæ Audi-
toris cum sua marginali nota hic exprimi C
curavi; ubi similiter puerulo equestri in-
gressû sacrificio impetrat ad aram mater
cum victima consistens, à Serpente ob-
vio, & arborem suis spiris circumplexo. D

E

F



Ad Carinas in marmore scalptum. Repertum in Vinea Leonis Strozzii.

G

H

I

Idem crediderim de arbore atque Serpente tumulo Vlpiæ Marcellinæ Veneris Cælestis Antistitis insculpto, & nuper eleganti Commentario Caroli Patini marmoris possessoris illustrato: quamvis ibi Serpentem *abblandire* creditum, & cupressum simulatam opiner; cui cogitationi virum eruditissimum insistere video in græcanico monumento L. Mur-

dii, huic nostro persimili, nisi quòd canis
& pedissequus ibi abundant. Si verò illi K
hæc nostra explicatio placeret, ego mihi
de ea maximè meritòque placerem. Ad
eandem deniq; significationem trahi pos-
se nonnemo ait figuras illas, quas se non L
intelligere ingenuè fatetur Arringhus ad
Sarcophagum quem exponit in Roma
Subterr. lib. II. cap. X. pag. 289. juvenis
nempe

A nempe liba vel panes offerentis Serpenti arborem circumvecto, arâ (ut in nostro lapide) intermediâ, excitatoque super ea igne: Et, demptâ arâ, oblatio vasis, & adductio pueri in hac alia ex eisdem schedis Peniæ figurâ; cujus marmoreum archetypum Neapoli in Aedibus Ducis Matalonæ dicitur extare.

B

C

D

E

F



XXX

D M
G HIC SVN POSITI GYMNICI
TRES· FRATRES
EVPVS· Q· VIX· A· V· M· VIII· D· XIII
L.
H ELENCHIVS·Q·VIX·A·I·M·VII
VINCENTIVS· Q· V· A· V·
·M· VIIII· D· XXVIIII·
I PATRONI· ALVMNIS· SVIS·
B· N· M· R· BVS·
FECERVNT·
K ET BASILIV PATER
S

Gymnicus, nomen gentilitium trium horum infantium signat; non enim eorum ætas aliquid quod ad ludos gymni-
L cos pertineat, suspicari permittit. Et quamvis nomen hoc derivativo carere videatur, quia in IVS non desinit juxta legem per Sigonium adsertam, & passim deinde per Antiquarios receptam; (quod tamen pro certo assumi nequit, quia Gymnici quasi Gymnicii, solitâ in hisce nominibus ultimi elementi præcisione, vocari poterunt) nihil adhuc difficultatis hinc emergeret; quippe talis regula non ita constans est, quin plura nomina ab ea aberrent, ut advertit Spanhemius Dissert. VI. pag. 523; observaveratque idem Sigonius, etiam ante Imperii tempora id obtinuisse, & postmodum *cum libertate hanc etiam religiosam præscriptionem lábi ex omni parte cœpisse*: hæc autem inscriptio ex literarum forma oblonga & coacta, atque ex literis M. A. Q. ita efformatis, circa III. post Imperium seculum incisam se prodit.

Lapis erat utrinque inscriptus, & vetustior ex characteris nota apparet aversæ partis epigraphe, quam inter affectus coniugum Cap. sequenti sub nomine VALERIAE NICE reperies.

Vincentii cognomen inter ethnica monu-

monumenta semel tantùm in Grutero offendi; Christianis familiare, nostræque genti domesticum nomen, ut in Vincentio optimis moribus Sacerdote, mihi fratre, tibi autem patruo, meministi.

Basilius pater pleno jam lapide intrusus, effecit, ut in hac Classe marmor referretur, veriùs à Patronis memoriæ alumnorum libertinorum positum.

Notæ quoque illæ B.N.M.R. BVS *benemerentibus*, per syllabarum aliquot initia significantes, è sæculi barbarie proveniunt. Alias, extra veterem praxim, per quam unica in vocabulo, eaque initialis tantùm litera apponebatur, non inutile erit exponere, ne ad similes, & quæ de novo emergere possunt, exempla, vel probabilis conjecturæ rationes, atque argumenta deficiant. A

293 D · M
A ··· CALP · RVSTICVS
EVOK · VIX · ANN · L · M B
IX · CALP · PHOTINVS ·
LIB · PATRONO
M · R · T · *merenti*
Pisis apud Nobb. de Tortis. C

294 PONTIA · M · F
PRIMILLA · FECIT · SIBI · ET
M · SENTIO · FELICI · ET
C SENTIO · FELICI · ET D
LVCILLAE · COCCIAE · VIXIT · ANNO
MEN · VII · ET
PONTICE · ZOE · VIX · ANNO · M · X
PONTIAE · SP · F · PROCVLAE
P · R · Q · EOR *posterisq.* E
è schedis Barberinis.

295 D · M · S · AVRELIA · MARCIA
NA · CIVES · PANNONIA · QV
E · VIXIT · ANNIS · L · M · II · D · VII · A F
VR · SERENIANVS · CONIVG
I · KARISSIME · CVM · QVA · VI
XIT · ANN · XXXIII · ET · AVRELI
A · MARCIA · FILIA · B · N · M · F *benemerenti* G
ECERVNT · IN · PACE
Villa Nobb. de Bolognettis Via Nomentana.

296 D · M
CLAVDIO · ANTIOCHO H
ET · CL · FELICITATI · PARTB *parentibus*
BENE · MERTB · FECIT *merentibus*
In Cœmeterio B. Castuli.

297 DEO · SANCTO · NVMINI · I
DEO · MAGNO · LIBERO ·
PATRI · ET · ADSTATORI ·
ET · CONSERBATORI · H · I · COLL · *huius* K
· VELABRENSIVM ·
DOMITIVS · SECVND · CVRAT ·
ET · RESTAVRATOR · FRATRIB · SVIS
Ex ruinis Velabri 11. Decembris 1659. L

298 CRESTE QVE VIXIT
ANNIS III VI ET DP *deposita*
X KAL IAN IN PCBNM *pace benemerenti*
Villa Carpinea.

299 D M

A 299 D ❦ M ❦

C · CALPVRNI · THEO
POMPI · CONIVGIS
KARISSIMI · ET · TI
B CLAVDI · NATALIS · FI · LI
DVLCISSIMI · VIXIT
ANNIS · X · M · II · D · XVIIII
CALPVRNIA · SOTERIA · B · N · F · *benemerenti*

C *Hortis Iustinianeis.*

300 SVETRIVS · HERMES · HIC · SITVS
EST · CVI · TERTIA · CONIVNX
ARAM · CONSTITVIT · DIGNO
D MERITOQVE · MARITO
CVM · QVO · CONCORDIAM
TAM · MVLTOSQVE · PER · ANNOS
VIXIT · ET · TENERO · CASV · SBTA *subtracta*
E MARITO · EST
DE · CVIVS · FAMA · MVLTI · CVM
LAVDE · LOCVNTVR
QVOD · FVERIT · CVLTOR · DOMINI
F RERVMQVE · ET · AMATOR

è schedis Barberinis, dicitur extare in Ædibus Caffinellis.

XXXI SOMNO ❦ AETERNALI
G MANLIVS · AGATHIAS · ET · AV
EPAPHRODITVS · ET AVR · DATI
ET · LIB · LIB · Q̄ · P · T · R · Q̄ · EOR *posterisq.*
H · M · D · M ·

H Vide easdem Notas suprà num. 52, & apud Gruterum pag. MCX. 1; quam inscriptionem emendatiorem ex nostro Archivo producere hìc juvat.

301 D ❦ M ❦

I VALERIAE · BERECVNDAE · IATROMEAE
REGIONIS · SVAE · PRIMAE · Q · V · ANN · XXXIIII
M · VIIII · D · XXVIII · VALERIA · BITALIS · FILIA ·
K MATRI · DVLCISSIMAE . ET · P · GELLIVS · BITALIO
COIVGI · SANCTISSIMAE · B · M · F · C · R · ET · SIBI ·
ET · GELLIO · CHRESIMO · FRATRI · ET · IVLIAE · CHRE
STE · SORORI · ET · EGO · BITALIO · CHRESTEN · S · S ·
L QVEM · VICE · FILIAE · ATTENDO · ET · LIBERIS
EORVM · HOC · MONIMENTVM · ET · LOCI · SCA
LARE · CVBICVLI · SVPERIORIS · F · C · ET · LIB · LIB · Q̄ ·
P · T · R · Q · EORVM · PETREI · BIBAS · ❦

302 D·M

302 D·M.L·VERVLANVS
AGATHOPVS·ET·TE
TEDIA·SIMILIS
EVTYCIDI·VERNA
CVLAE·SVAE
F·C·R *fecerunt*
è schedis Barberinis.

303 D · M · S
VIVIA·HILA
RA·C·VIVIO
THYRANNO
PATRONO
B·N·M·F *bene m.*
Vinea Caroli Valle.

304 D · M
APHRODITE
P S *posuit*
ZOSIMVS·FIL
Ad Cœnobium D. Francisci Via Triumphali.

305 M·AEMIL·BVBALL
I·DECIMIA·VICTOR
CONIVGI·B·M·R·F *merenti*
Vrnula apud Nobb. de Cavaleriis.

306 M·PINNIVS·M·L·SVRVS
F·S·ET·PINNIAE·RESTVTAE
CONLIB·
BENE·MERENTI·ET
LIB·LIBERT
PTR·EOR *posteris*
ITEM·COERANA
PINNIORVM
Hortis Matthaiis.

307 D · M
T·FLAVIVS·PROCLVS
ET FLAVIA CLEMENTILLA
ET FLAVIE PROCLEN·P·T
Q·V·A·IIII·M·X
D·XX V
F·C·R *fecerunt*
Vinea Brunona.

extat in fronte Sarcophagi, in quo Nymphæ insident Tritonibus squamatis in facie, pectore, & ventre.

308 OCCEIAE·BITA A
NI·ALVMNAE
LCISSIMAE
ERVN·L·AV
IVS·STATORI B
BETTVEDI
TIS·ET·GRAP
Q·V·A.N·
V·M·S·VIII *menses* C
D·I·
Vinea Cortesia ad Circum Gallieni.

Hinc porrò Reinesius ad Inscriptionem 168. Class. I. hasce siglas in Grutero pag. CX. 1. AVG. COL. N. P. C, *Augustalis Coloniæ Napucæ* optimè interpretatur: hincque Eminentissimus solertissimusque Norisius ad Num. Licin. cap. IV. τῷ OB DV *oblationem devotam* significari voluit; prout ex notis B N F *beneficiarium* in hac inscriptione Villæ Cæsarinæ, quam Cap. VII. de Col. Traj. adduximus, intelligi credimus. D E F

309 D *imago militis* M
AVR·IVLIANVS·EVOK·EX·BNF G
SALARIOR·VIIII·CHOR·III·VIX
ANN·XXXXVII·MIL.ANN·XXVIIII
NAT·DACIA·IVLIA·VRSA
PATRI·B·M·F H

Ex aliis passim DP *depositum* indubiè intelligimus; & supra Cap. II. num. 171. 178. & 184. SQ pro *sequitur*, & A S., I ac A. E. pro *abest* usurpari vidimus. Hincque etiam poterat Guil. Fleetvuood (quem honoris, & grati animi caussâ nomino, ob decoram nimiùm de me, K meisque studiis mentionem habitam in sua Antiq. Inscript. Sylloge) poterat, inquam, mirari desinere, quomodo in hac inscriptione Narniensi, *Cassius*, quem L Episcopum agnoscit, anno XXI. ætatis suæ contra Canones Ecclesiasticos ad Episcopatum assumi potuisset:

310 CAS-

A 310 CASSIVS · IMMERITO · PRAESVL · DE · MVNERE · CHRISTI
HIC · SVA · RESTITVO · TERRAE · MIHI · CREDITA · MEMBRA
QVEM · FATO · ANTICIPANS · CONSORS · DVLCISSIMA · VITAE
ANTE · MEVM · IN · PACEM · REQVIESCIT · FAVSTA · SEPVLCHRVM
TV · ROGO · QVISQVIS · ADES · PRECE · NOS · MEMORARE · BENIGNA
B CVNCTA · RECEPTVRVM · TE · NOSCENS · CONGRVA · FACTIS
SD · ANN · XXI · M · IX · D · X · RQ · IN · PACE · PRID · KAL ·
IVL · P · C · BASILII · VC · ANN · XVII ·

C Etenim, non anni vitæ, sed anni quibus S D idest *sedit* ibi enumerantur; ut expresſè habetur in hisce duabus, quas idem ex Reinesio excepit:

311 D · P · S · SANC · M · D · M · N
AVRELIANI · EPISC · IN · PACE
· · · PLVS · M · LXXX · SEDIT · ANN · XXXVII
DP · EST · OCTAB · K

Flett. pag. 353. 2 Reines. Clas. XX. num. 27.

D 312 HIC REQVIESCIT IN PACE MISENVS
EPISCOPVS · · · · P · M · LXXVI · DEPOS
III · ID · IANVAR · FL · FELICIS · V · C · CON · ET SE
DIT ANN · · · · · M · X · D · XVI

Flett. pag. 446. 8. Reines. Clas. XX. num. 355.

E

Ex quibus illæ etiam breviaturæ accrescent, in prima nempe R Q *requiescit*, in altera D P S *depositio*, & SANC. M. F D M N *domini*.

Quò copiosiores, eò abstrusiores sunt notæ istius inscriptionis Christianæ in Porticu nostræ Vaticanæ Basilicæ olim extantis,

313 LOC · DVLCITI · ET · EVTICHITIS · NOT · ECCL
ROM · Q · C · P · R · B · R

G *quem compararent*, cum Reinesio explicandæ.

Idem compendium Phocas inter Græcos imitatus est, in nummo relato per H D. de Cange in Hist. Bizant. pag. 110, in quo literæ Φ K syllabas sui nominis initiales notant.

XXXII

I
D ⸙ M
ILIADI ⸙ HELVIDIAE
PRISCILLAE · DELICIO
V · A · II · M · XI · D · XXIIII ⸙
K
HELVIDIA · LAODICE ·
FILIAE · DVLCISSIMAE

Ex Sirmondo Gruterus pag. MCXX.
L 2. hanc inscriptionem vulgaverat; at non omninò exactè, omissis præsertim apicibus illis, quibus syllabæ longæ signari hic, & in hisce aliis, solitæ sunt.

314 Q · SEPTIMIO · Q · F
SCA · PRIMO
PRAEF · FABR · AED
II VIR · PONT
HVIC · PVBLICE · DD · FVNVS
LOCVSQVE · SEPVLTVRAE
DATVS

Florentiæ apud Nobb. de Bonarrotis.

315 D ⸙ M
T · FLAVIO · VETTONI
PATRI · INDVLGENTISSIMO
T · FLAVIO · VETTIANO
FLAVIA · VETTILIA
FECIT

In Xenodochio Lateranensi.

316 T · TITIO · ADIVTORI
ET
TITIAE · THAIDI
T · TITIVS · GEMELLVS
FECIT

Sassinæ ex Antonino.

317 DIS

317 DIS·MA'NIBVS
Q· VILIO' CHRESIMO
B·M·VIXIT·A'N·
LXXVI·FECE'RVNT
CASTVS F CLARVS
L I B

Vinea Caroli Valle.

318 DI'S·MA'NIBVS
P·AVIDIO'·P·F·SERGIA
MATRINIO'·CAES·N̄
A' APOTHEC· TRICLINI
VIX· ANN·XLII·M·II
EX · TESTAMENTO
P·AVIDIVS·P·F·SER
LATINVS
FRAT·PIISSIMO'· HER
F E C

è schedis Lilii Vaticanis.

319 SEX·SERVILIVS.Ↄ.L A
VEIE'NTO
RE'SIA·T.L·CLEOPATRA
RE'SIA·T.L·PRIMA

Villa Corsina. B

320 D · M
FLA'VIAE
ZOSIME
FLA'VIA C
IA'NVA'RIA
FILIA'E
FE'CIT

è schedis Lilii Vaticanis. D

321 DIS · MA'NIBVS
L·AEMILIO·L·L
EPAPHRODITO
REFRIA·IV'NIA·VIRO E
SVO·BENEMERENTI·FECI'T

322 IV'CVNDA
LAE'TILIA

P·SILIVS·CELADVS
Q· SATRIENVS
COSMVS F

Hortis Matthaeiis utraque.

Apices, inquàm, nomine generico, potiùs quàm accentus, quorum vicem & varietatem minimè implent, eos vocandos monet Lipsius de rect. pron. lin. lat. cap. XIX; & rectè quidem, quia sic Terentio Scauro, & Quinctiliano audiunt: ita enim ille, *Apex linea transversa vocalibus longis superposita*; hic verò lib. I. cap.VII. *longis syllabis omnibus apponere Apicem ineptissimum est, quia plurimae naturâ ipsâ verbi quod scribitur, patent.*

Primum illorum in lapidibus usum temporibus ipsis Augusteis observo in utroque Pisano Cenotaphio, parcissimè quamvis, quia vix quater in priori Tabula, bis toties in secunda leguntur, in G solis istis verbis *manibus*, *magistratus*, sive *macistratus*, *bos*, *atri*, *luctu*, *casu*, *colonia*, & *iussu*. H

Paullò frequentiores apices continet contemporaneum hoc Orationis funebris fragmentum, aureum illud latinae puritatis sęculum redolens. I

323

* ME·PATRIAE·REDDITVM·A'SE·N	AM·NISI·PARASSES·QVOD·SERVAR
INA'NITER·OPE'S·SVAS·POLLICERE	TVR·ITA·NON·MINVS·PIETA'TI·TV
ME·DEBE'O	
QVID·EGO. NVNC·INTERIORA·N	OSTRA·ET·RECONDITA·CONSILIA·S
E'RVAM·VT·REPENTINIS·NVN	CIIS·AD·PRAESENTIA·ET·INMINEN
TVS·TVIS·CONSILIIS·CONSER	VATVS·SIM·VT·NEQVE·AVDACI
TEMERE·PASSA·SIS·ET·MODER	ATIORA·COGITANTI·FIDA·RECE
SOCIOSQVE·CONSILIORVM·	MEORVM·AD·ME·SERVANDVM·D
TVAM·ET·VIRVM·EIVS·C·CLVV	IVM·CONIVNCTO'·OMNIVM·PER
SI·ATTINGERE·CONER·SATIS·IS	TI'·MIHI·TIBIQVE·SALVTA'RITER·M
ACERBISSVMVM·TAMEN·INVIT	O·MIHI·ACCIDISSE·TVA'·VICE·FATEBC
	CIVE

CIVE·PATRIAE·BENIFICIO·ET IVDICIO·APSENTIS·CAESARIS·AVGVSTI
DE·RESTITVTIONE·MEA·M·LEPIDVS·CONLEGA·PRAESENS·INTERP
PEDE'S·PROSTRATA·HVMI·NON·MODO·NON·ADLEVATA·SED·TRA
MODVM·RAPSATA·LIVORIBVS·CORPORIS·REPLETA·FIRMISSIMO
RE'S·EDICTI·CAESARIS·CVM·GRATVLATIONE·RESTITVTIONIS·ME
AM·CONTVMELIOSIS·ET·CRVDELIBVS·EXCEPTIS·VOLNERIBVS·PA
VT·AVTOR·MEORVM·PERICVLORVM·NOTESCERET·QVOI·NOC
QVID·HAC·VIRTVTE·EFFICACIVS·PRAEBERE·CAESARI·CLEMENTIA
STODIA'·SPIRITV'S·MEI·NOTARE·INPORTVNAM·CRVDELITATEM
PATIENTIA

SED·QVID·PLVRA·PARCAMVS·ORATIONI·QVAE·DEBET·ET·POTEST·E
MA·OPERA·TRACTANDO·PARVM·DIGNE·PERAGAMVS·QVOM·PR
MERITORVM·TVORVM·SOCIVS·OMNIVM·PRAEFERAM·TITVLVM
PACATO·ORBE·TERRARVM·REDDITA·REPVBLICA·QVIETA·DEINDE·N
TEMPORA·CONTIGERVNT·FVERVNT·OPTATI·LIBERI·QVOS·ALIQVA
DERAT·SI·FORTVNA·PROCEDERE·ESSET·PASSA·SOLLEMNIS·INSERVIE
STRVM·DEFVIT·PROCEDENS·ALIAS·SPEM·FINIEBAT·QVID·AGITAV
QVE·INGREDI·CONATA·SIS·FORSITAN·IN·QVIBVSDAM·FEMINIS
LIA·IN·TE·QVIDEM·MINIME·ADMIRANDA·CONLATA·VIRTVTIBVS
DIFFIDENS·FECVNDITATI·TVAE·ET·DOLENS·ORBITATE·MEA·NE·TENEN
TE·SPEM·HABENDI·LIBEROS·DEPONEREM·ATQVE·EIVS·CAVSSA·ESS
ELOCVTA·ES·VOCVAMQVE·DOMVM·ALTERIVS·FECVNDITATI
MENTE·NISI·VT·NOTA·CONCORDIA·NOSTRA·TVIPSA·MIHI·D
DICIONEM·QVAERERES·PARARESQVE·AC·FVTVROS·LIBEROS·T
QVE·TVIS·HABITVRAM·ADFIRMARES·NEQVE·PATRIMONI·NOS
FVERAT·COMMVNE·SEPARATIONEM·FACTVRAM·SED·IN·EODEM
ET·SI·VELLEM·TVO·MINISTERIO·FVTVRVM·NIHIL·SEIVNCTVM·NI
HABITVRAM·SORORIS·SOCIAEVE·OFFICIA·PIETATEMQVE·MIHI·D
FATEAR·NECESSE·EST·ADEO·ME·EXARSISSE·VT·EXCESSERIM·MENTE·ADEO
TVIS·TVOS·VT·VIX·REDDERER·MIHI·AGITARI·DIVERTIA·INTER·NOS
FATO·DICTA·LEX·ESSET·POSSEM·ALIQVID·CONCIPERE·MENTE·QVA
ESSE·MIHI·VXOR·CVM·PAENE·EXVLE·ME·VITA·FIDISSVMA·PERMAN
QVAE·TANTA·MIHI·FVERIT·CVPIDITAS·AVT·NECESSITAS·HABENDI·LI
FIDEM·EXVEREM·MVTAREM·CERTA·DVBIIS·SED·QVID·PLVRA
APVT·ME·NEQVE·ENIM·CERTE·TIBI·SINE·DEDECORE·MEO·ET·CO
TATE·POTERAM

TIBI·VERO·QVID·MEMORABILIVS·QVAM·INSERVIENDO·MIHI·C
VT·QVOM·EX·TE·LIBEROS·HABERE·NON·POSSEM·PER·TE·TAMEN
DENTIA·PARTVS·TVI·ALTERIVS·CONIVGIO·PARARES·FECVNDITAT
VTINAM·PATIENTE·VTRIVSQVE·AETATE·PROCEDERE·CONIVGIVM
LATO·ME·MAIORE·QVOD·IVSTIVS·ERAT·SVPREMA·MIHI·PRAESTA
STITE·TE·EXCEDEREM·ORBITATE·FILIA·MIHI·SVPSTITVTA
PRAECVCVRRISTI·FATO·DELEGASTI·MIHI·LVCTVM·DESIDERIO·TVI·NEC·LIBE
RVM·RELIQVISTI·FLECTAM·EGO·QVOQVE·SENSVS·MEOS·AD·IVDICIA·TV
OMNIA·TVA·COGITATA·PRAESCRIPTA·CEDANT·LAVDIBVS·TVIS·VT·SINT
DESIDEREM·QVOD·INMORTALITATI·AD·MEMORIAM·CONSECRAT
FRVCTVS·VITAE·TVAE·NON·DERVNT·MIHI·OCCVRRENTE·FAMA·TVA·FIRMA
DOCTVS·ACTIS·TVIS·RESISTAM·FORTVNAE·QVAE·MIHI·NON·OMNIA·ERIP
BVS·CRESCERE·TVI·MEMORIAM·PASSA·EST·SED·QVOD·TRANQVILLI·STATVS
AMISI·QVAM·SPECVLATRICEM·ET·PROPVGNATRICEM·MEORVM·PERICVL
TATE·FRANGOR·NEC·PERMANERE·IN·PROMISSO·POSSVM
NATVRALIS·DOLOR·EXTORQVET·CONSTANTIAE·VIRES·MAERORE·MERSOR·ET·QVIBV
IN·NEC·VERO·MIHI·CONSTO·REPETENS·PRISTINOS·CASVS·MEOS·FVTVROSQVE·E
CIDO·MIHI·TANTIS·TALIBVSQVE·PRAESIDIIS·ORBATVS·INTVENS·FAMAM·TVAM·N

TIENDO· HAEC· QVAM·AD·DESIDERIVM·LV'CTVMQVE·RESERVATVS· VIDEOR | A
VLTVMVM · HVIVS · ORATIONIS · ERIT · OMNIA·MERVISSE·TE·NEQVE OMNIA·CONTIGISSE·M
TIBI · LEGEM · HABVI · MANDATA · TVA·QVOD·EXTRA MIHI·LIBERVM·FVERIT · PR
TE· DI· MANES· TVI· VT· QVIETAM·PATIANTVR· ATQVE· ITA·TVEANTVR· OPTO

è Cœmeterio B. Helenæ in Museo Carpineo.

De Augusto namque, illiusque temporibus inscriptionem loqui, dubitare non sinunt verba illa vigesimæ quinctæ lineæ PACATO ORBE TERRARVM, quę Ianum clausum post Actiacam victoriam indicant.

Ejusdem ævi, utpotę de libertis ejusdem Augusti loquentes sunt, * Vejentanum istud psephisma in honorem C. Iuli Gelotis, & fragmentum dedicationis imaginis C. Iuli Narcissi è nostro Museo. B C

324
CENTVM·VIRI·MV'NICIPII AVGVSTI VEIENTIS D
ROMAE IN AEDEM · VENERIS · GENETRICIS · CVM · CONVENIS
SENT·PLACVIT·V'NIVERSIS· DVM·DECRETVM · CONSCRIBERE'TVR
INTERIM · EX · AVCTO'RITA'TE · OMNIVM · PERMITTI
C · IV'LIO · DIVI · AVGVSTI · L · GELO'TI · QVI · OMNI · TEMPORE E
MV'NICIP·VEIOS·NON·SO'LVM·CONSILIO·ET·GRA'TIA' ADIVVERIT
SED · ETIAM · INPE'NSIS · SVIS · ET · PER · FILIVM · SVVM CELEBRA'RI
VOLVERIT · HONO'REM · EI · IV'STISSIMVM · DECERNI · VT
AVGVSTALIVM · NVMERO'· HABEA'TVR · AEQVE · AC · SI · EO' F
HONO'RE · VSVS · SIT ? LICEATQVE · EI · OMNIBVS · SPECTA'CVLIS
MV'NICIPIO · NOSTRO · BISELLIO · PROPRIO · INTER · AVGVS
TA'LES · CONSIDERE · CE'NISQVE · OMNIBVS · PVBLICIS
INTER · CE'NTVMVIROS · INTERESSE ? ITEMQVE · PLACERE G
NE' QVOD · AB·EO'· LIBERISQVE · EIVS · VECTIGAL·MV'NICIPII
AVGVSTI · VEIENTIS · EXIGERETVR

ADFVE'RVNT H

C · SCAEVIVS CVRIATIVS · II VIR · CN · OCTAVIVS · SABINVS
L · PERPERNA PRISCVS · T · SEMPRONIVS · GRACCVS
M · FLA'VIVS RVFVS·Q · P · ACVVIVS · P · F · TRO
T · VETTIVS RVFVS·Q · C · VEIANIVS · MAXIMVS I
M·TARQVITIVS SATVRNIN · T · TARQVITIVS · RVFVS
L · MAECILIVS SCRVPVS · C · IV'LIVS · MERVLA K
L · FAVONIVS LVCANVS

A'CTVM L

GAETVLICO · ET · CALVISIO · SABINO COS

In Museo Ciampino, Repertum inter Veiorum rudera.

XXXIII C·IV-

A XXXIII C·IVLIVS·AVG· L IV

NAR A·SPECVLARIS·DECV NARCIS
SAC RCAM·PVBLICAM
CERT ONTVLIT·HS X·ET·CENA HVIC·SACER
B TICVM·DEDIT·SACERDOTIBVS·ET·HONO IN HONORE
IS·ET·DECVRIONIB·DVPLVM·ITEM NATVM·CRAT
DICATION·IMAGINIS·SVA HONORE·ACC
C M·DVPLVM·DEDIT·HVIC·SACER ET·HONORAT
DOTALES·DECVRIONES·DECREVERVNT CENATICVM
VTI·IV OGE·CONTVBERNALIS IN SACERDO
EIVS O·DECVRIONVM IN·ARCAM
D RECIT SACERDOTIB
T·DECVRION
DIT·ET·PLEBI
TEM·SACER
E DE NIB·CENATI

Non longo intervallo consequitur inscriptio hæc alia pariter apicibus insignita (pace Smetii, qui eam Grutero paginâ
F CDLII 6. sinè apicibus Thesauro inserendam tradidit) M. Plautii Silvani ad Pontem Lucanum;

G 325 M·PLAVTIVS·M·F·AN
SILVANVS
COS·VII·VIR·EPVLON
HVIC·SENATVS·TRIVMPHALIA
H ORNAMENTA·DECREVIT
OB·RES·IN·ILYRICO
BENE·GESTAS
LARTIA·CN·F·VXOR
I M·PLAVTIVS·M·F
VRGVLANIVS
VIXIT·ANN·IX

patris illius Ti. Plautii, qui sub Vespasia-
K no floruit, cujus elogium apicibus frequentissimis distinctũ visitur apud eundem Gruterum sequenti pag. CDLIII.

Irridet ad eum lapidem *manifestissimam Lipsii hallucinationem* Reinesius Epist. XXVII. ad Rupertum pag. 105. eundemque sibi minerval debere jactat: Sed pro didactro, ferulam de plagio reportabit; dudum enim Mercerus, ut advertit Rykqujus ad Tacit. Annal. lib.IV. cap. 22; Lipsii sphalma sinè bile notavit, ad Plautium Silvanum, quem Tiberius morti adegit, inscriptionem Ti. Plautii Silvani Aeliani, qui sub Vespasiano honoribus fungebatur, malè trahentis.

Helvidia Priscilla, cujus HELVIDIA ista ILIAS delicium fuit, Helvidii cuiusdam Prisci filia esse potuit; sic namque felicissimus (ex multa sua eruditione) antiquitatis conjector Eminentissimus Henricus Noris, Vmmidio Quadrato, à se ex hac inscriptione in Præfectum Syriæ asserto.

326 C·VMMIDIO·C·F·TER·DVRMIO
L QVADRATO·COS·XV·VIR·S·F
LEG·TI·CAESARIS·AVG·PROV·LVSIT
LEG·DIVI·CLAVD·IN·ILLYRICO·EIVSDEM·ET
NERONIS·CAESARIS·AVG·IN·SYRIA·PROCOS

PROVINC·CYPRI·Q·DIVI·AVG·ET·TI·CAESARIS A
AVG·AED·CVR·PR·AER·X·VIR·STLIT·IVD·CVRAT
TABVLAR·PVBLICAR·PRAEF·FRVM·DANDI·EX·S·C
In Monasterio Casinate.

Vmmidiam Quadratillam ex hac alia filiam tribuebat,

327 D M
VENVSTAE · VMMIDI
QVADRATILLAE
SER · VIX · ANN · XXV
EVANGELVS · ET
AGATHEMER · CONS
BENE · MERENTI
Vinea Nobb. de Cavaleriis ad D. Balbinae.

juxta receptum morem, quo feminae ultra primum & gentilitium nomen, paternum cognomen diminutivâ formâ assumere, ut videbis, solitae sunt.

328 D · M
VILLIAE · T · F
FAVSTINAE
CONIVGI · ET
ARTORIAE · L · F · ATTICILLAE
QVAE · VIXIT · AN · VII
MENS · IIII · DIEB · XXVII
L · ARTORIVS
ATTICVS · PATER
ET · SIBI
Apud Nobb. de Rocciis.

329 IVLIA ❦ L ❦ F
BASSILLA
VIX · ❦ ANN ❦ V · MEN
IIII ❦ DIEB ❦ XXII
L · IVLIVS · BASSVS
PATER ❦ ET ❦
NONEIA · FORTVNATA
MATER ❦ FILIAE
PIISSIMAE ❦ FEC
Hortis Pamphiliis.

330 D · M
M · VLPIO · AVG · LIB
CLEMENTI · VLPIA · M · F
CLEMENTINA · FIL
PATRI · PIISSIMO · FECIT
e schedis Barberinis.

331 D ANTISTIAE M B
MYRINENI
L · ANTISTIVS
MIRON
FILIAE C
KARISSIMAE
B · M · P
In Agro Ferrarien. ex eisdem.

332 D · M D
AVR · GALLI · TRIB
LEG · VII · CL · QVI · IN
BELLO · THRACICO
ACIE · DESIDERATVS E
FVIT · VIXIT · ANN · XL
AVR · AMMA · CONIV
GI · KARISSIMO · CVM
GALLITTA · FILIA · ET · LAE F
TA · SOCERA · NATIONIS
VTRIVSQVE · DARDANIAE
TITVLVM · POSVERVNT
Post Fonteium de Gente Caesia. G

333 D · M
RVFINAE
RVFI · FIL
ANN · XXII H
APONIA
LOBESSA
AVIA · ET
APONIA I
IVNIA
MATER
Condexa ex schedis Vaticanis.

IVLIAM item L. F. CLEMENTILLAM L. Iulii Clementis F. recensuimus Cap. I. inscript. 17, & POSTVMIAM PRISCILLAM Postumii Prisci dabimus sequenti Capite. K L

Hujus generis extat apud Reinesium Class. VII. num. 11. ALLIATORIA CELSILLA Alliatorii Celsi F. & Class. VI.

A VI. num. 111. CLAVDIA ATTICIL-
LA Ti. Claudi Attici : atque in Grutero
OCTAVIA GRACILLA T. Octavi
Gracilis pag. CDXLV. 2, CORNELIA
B BASSILLA Q. Cornelii Basſi pag. DC-
LXXVIII. 10, POSTVMIA PRISCIL-
LA P. Poſtumii Priſci pag. DCCII. 8,
rurſuſque pag. DCCCXIX. 1, LVSCIA
C QVADRATILLA C. Luſcii Quadrati
pag. DCCCII. 11, ut cętera exempla
omittam, quæ non vacat perquirere.

Idem in diminuto nomine materno
D (prout quandoq; à matribus nomen co-
gnomenque, feminæ præſertim, accipie-
bant) oſtendit hæc noſtra inſcriptio;

334 D · M
E CAERELLIAE · SEVERAE
QVAE · VIXIT · ANNIS · XL
MENSIBVS · V · DIEBVS · XXV
M · CAERELLIVS · IVSTVS
F CONIVGI · SANCTISSIMAE
BENEMERENTI
CVM · QVA · VIXIT · ANN · XXIIX
ET · CAERELLIA · SEVERINA
G FILIA · MATRI · DVLCISSIMAE

Cippo in Via Caſſia prope Formellum.

adſtipulaturque Gruterus in ATTIA
QVINTILLA Attiæ Quintæ filia pag.
H DCLXX. 6 & CLAVDIA VICTO-
RILLA Claudiæ Victorinæ pag. DCL-
XXVII. 7, quæ eadem repetitur pag.
DCCXV. 2.

I Materno tandem nomini diminutio-
nem paterni cognominis jungit hęc alia.

335 AELIAE
SOSIOLAE
K FILIAE
DVLCISSIMAE
MINVCIVS
SOSIVS · ET
L AELIA
PRIMITIVA
PARENTES

Aquileiæ ex ſchedis Vaticanis.

Hinc equidem titillat blanda quędam credulitas, hanc Priſcillam, noſtri jam laris hoſpitem, Helvidii illius Priſci Thraſeæ generi, hoc Taciti Præconio decorati, *Civis, Senator, maritus, gener, amicus, cunctis vitæ officiis æquabilis, opum contemptor recti pervicax, conſtans adverſùs metus*, filiam agnoſcendi; cujus generoſi nominis conſpectu, ut nobis viris ſpecimen ſpectatiſſimæ virtutis ac probitatis, ita feminis veri coniugalis amoris, animo ſeſe ingerat, in Fannia matre *non minùs amabili quàm veneranda, bis maritum ſequuta in exilium, tertiò ipsâ propter maritum relegatâ*; in Arria avja *tentante mariti* [Thraſeæ] *ſuprema*, & vix ejus juſſu vitam retinente; Arriâque proaviâ, Cecinnæ viri morti immortalibus illis verbis dum gladium ſuo vulnere cruentum porrigeret præeunte, *Pæte non dolet*. Id tamen ægrè, ut verum fatear, mihi perſuadeo, quia ex Plinio Epiſt. XIX. lib. VII. arguitur, Fanniam filiis caruiſſe, dum Plinius à poſteritate domus Helvidianæ (ſupererat ſcilicet Helvidius Fanniæ privignus) non à filiis ipſius Fanniæ, ſubſidium ruinæ, ejuſdem morte imminenti, circumſpexit. Atqui, ſi non ex Fannia, forſan ex PLAVTIA QVINCTILLAEA, cujus ſuprà Cap. I. num. 315. Epitaphium attulimus, Helvidiam noſtram ſuſcepiſſe Helvidius potuit; duas quippe illi adfuiſſe vxores ex alio Plinii loco Epiſt. XIII. libri IX. apertè liquet, ubi Helvidii junioris Fannia noverca aſſeritur. Vnde ex eo lapide tum Helvidii Majoris prænomen *Publii*, in Helvidia gente minimè novum, cùm Cicero in peroratione pro Cluentio *Publium Helvidium Rufum* equitem Romanum nominet; tum prima ejus vxor, non abſurdè colligetur.

Accedit de alia Helvidia Priſcilla M. Vet-

M. Vettio nuptâ recentius hoc apud Lucium Camarram testimonium. A

336 M·VETTIVS·MARCELLVS·PROC·AVGVSTORVM
ET·HELVIDIA·C·F·PRISCILLA·MARCELLI·S·P·F

Recentius, inquam, quia duo insimul Augusti primùm M. Antonius & L. Verus nuncupati sunt. Nec tamen nobilitati gentis Helvidiæ indecora est cum M. isto Vettio affinitas, quia cùm * *Procurator Augg.* enuncietur, equestris eum ordinis fuisse constat; ita enim de hoc munere Tacitus initio Vitæ Agricolæ, B

deque eodẽ loquẽs, *utrumq; avum Procuratorem Cæsarum habuit, quæ Equestris est nobilitas.* C D

Huic rursus *Helvidiæ Caii filiæ*, patrem dat nobis alia inscriptio ad eandem Ædiculam Divi Pastoris Viâ Prænestinâ lap. XVIII. adhuc extans: E

337
C·HELVIDIO
C·F·ARN
PRISCO F G

ubi Helvidiorũ propterea ex geminatis titulis sepulchrum agnoscimus. H

Vnde, si non seriò res succedat; per ludum jocumque putes velim, me ex hisce lapidibus, atque ex pluribus contemporaneis authoribus, stemma hoc Helvidiorũ, utramque etiam Arriam complectens, concinnasse. I K L

à Claudio morti adactus Plin. Ep. 16. lib. 3. Dio lib. LX.


à Nerone mori jussus. Suet. c. 37 Tacit. Annal. lib. XVI. c. 33

ex lapide ad Divi Pastoris

Plin. Ep. 13. l. IX.

Plin. Ep. 21. lib. IV

ex marmore Camarræ



maritum mori trepidantem suo exemplo confirmans.

laudata à Tacito ibidem, & à Plin. Ep. 19. l. VII.

Plin. eadẽ Ep. 19. & Ep. 13. lib. IX.

ex marmore domestico ni mium fortè blandiente conjecturâ.

duæ sorores, à partu utraq; decedens. Plin. Ep. 21. l. IV.

ex eodem.

a Vespasiani jussu occisus. Sveton. cap. 15.
b à Domitiano necatur, ex Sveton. cap. 10.

A XXXIV

DIS · MAN
C · IVLIO
ABASCANTO
B · VIX · A · XIII · M · IIII
IVLIVS · IANVARIVS
ET · CLAVDIA · TVCHE
FILIO
C PIISSIMO · FECERVNT
IN·F·P·VI·IN·AG·P·III

Nîl notabile continet hic lapis, præ-
D ter cognomen Tychenis per V loco Y
expressum; quod tralatitium est in Gruteri Thesauro, ubi BORVSTENES, ILLVRICVM, LVCII, OLVMPVS, SVMPERVSA, ZACVNTVS, permutatis hisce literis habetur; quemadmodum è converso ASTYRIA, CENTYRIA, INLYSTRIA, INTERAMNATIYM, IYXTA, SATYRNI, SYARIVM, TYSCIA, EVBYLIDES, IYLIVS.

Nostra quoque collectio similes literarum abusus recepit, ut in TVRANNIA inscrip. 205. hujus Capitis, & in sequentibus.

338 D · DIGITIVS · D · F · PAL · RVFVS

E
LATINIVS · PRIMVS
AVRELIA·L·L·TRVPHERA
L · ATINIVS · L · L · HILARVS
SIBI · ET · SVIS
F LEIBERTIS · LIBERTABVS

D · DIGITIVS · D · L · EROS
DIGITIA · D · L · HELPIS
SIBI · ET · PATRONO · ET
COLLIBERTO · ET
LEIBERTIS · LIBERTABVS

Villa Corsina.

339 L · MENENIVS · Ↄ · L ⊝
DEMETRIVS
G VETTIA · L · L
HILARA
⊝ CALPVRNIA
M · Ↄ · L · SVRISC
H ⊝ CALPVRNIA
M · L · SODIA

L · VETTIVS · L · L
PAMPHILVS
L · MENENIVS · L · L
STAPHIO
L · MENENIVS · L · L
ANTIOCHVS

IN · FR · P · XIII · IN · AG · P · X

340 A · CLODIVS · A · L
I APOLLODORVS
VETTIA · Q · L · GLVCERA
A · CASCELLIVS · A · L
NICEPOR · MONV
K FECERVNT · SOCEI
SIBI · ET · SVEISQVE
Vinea Caramella Via Aurelia utraque.

341 D · M
L VENNONIAE · EYVODIAE
L · VENNONIVS · PHILOCAL
FILIAE · DVLCISSIMAE
V · A · VII · M · IIII · D · XXIII
Vinea Nobb. de Cavaleriis ad Thermas Ant.

342 SCRIBONIO · POLVCAR
PO · ET · SCRIBONIAE
AFRODISIADI
POLVCARPVS
ET · SCRIBONIA · NICE
FILIA · MEA · FECIT · SIBI
ET · SVIS · LIBERTIS · LIBER
TABVSQ · POSTERIS
QVE · EORVM
INFR · P · XIIII · IN AG · P · XX
Meo veteri MS.

343 COSSVTIA
CINVRA
Museo Sabbatino.

344 D

344 D ♦ M ♦ S
ARRECINA
TELETE ♦ SEX
TITIO ♦ EPITVN
CANO ♦ CON
IVGI · SVO
B · M · FECIT · ET · SIBI
Villa Corfina.

345 IOVI · OPT · M
Q · AILLIVS · Q · L · CORVM
BVS · VI · VIR · AVGVS
TALIS · ET · AILLIA · Q · L
CHILA · S · P · D · D
Albani è schedis Barberinis.

346 TI·CLAVDIVS·HESVCHVS
FECIT · SIBI · ET
CLAVDIAE·ODE·CONIVGI
ET·CLAVDIAE·VERAE·ET
CLAVDIAE · CIVITATI · F
ET · CLAVDIO · VERO · F
POSTERISQVE · SVIS
E·RVFRIAE·REPENTINAE·VXORI
Hortis Matthaiis.

In fronte pedes sex in agrum pedes tres, loci, quem sacrum vocabant, terminos definit: PEDES enim legere placet, non PASSVS cum Sponio nimis in mensura postremæ possessionis abundanti, in suis Antiq. Lugdun. cap. VIII. pag. 183. Nullam namque inscriptionem de PASSIBVS expressè loquentem invenient; at nos de PEDIBVS, ultra eas quas Cap. I. num. 108., Cap. II. num. I, 129, 144, XI, & 291, quamplures, non ingratæ, aliàs lectionis, adducimus.

347 POMPONIVS·NICANORIS
IN · FR · PEDES · XVI
IN · AGR · PEDES · XIII
Reate ex schedis Cameli.

348 IVNIA · ARSINOE
TI · CLAVDIO · EVPHEMO
BENEMERENTI · DE · SE
IN·FRONTE·PEDES·VIII· IN·ACRO·P·VIII
è schedis Barberinis.

349 L · AEMILI · L · F A
IN · FRON · PED
XIIX · IN · AGR
PED · XX
In lap. Albano all' Arco Travertino. B

350 M·MEMIVS·M·F·OVFEN
LIVINEI·NEP·AVCTVS
EQ·ROM·FECIT·SIBI·ET
SVIS·LIBERIS·ET·MEMIAE C
VIRIAE·VXOR·IN·FR·P·XIV
IN · AGR · PED · XX

351 DIS · MANIB D
L·OGVLNIO·C·F·ARN· VELO
EQVO·PVBLICO·PRAEFECTO
TVRM·ALAE·II·LEG·I·MINER
VIXIT·ANN·LIIX·MENS·VII
D·XVIIII·EX·TESTAMENTO E
M·OGVLNIVS·L·F· ARN· AVCTVS
EQ · ROM · PATRI · OPTIMO
PONI·CVRAVIT · H·M·D·M·A F
IN · FRONTE · PED · XIII
IN · AGRO · PEDES · XVI
H·MONVM·VSTRINVM·APPLIC
NON · LICET G

352 DIS · MANIBVS · SACR
M·MVRDIVS· M·L·ONESITROPHVS
FABER · FERRARIVS · PORTVEN
SEVIVVS·FECIT·SIBI·ET·MVR H
DIAE· VENERIAE· VXORI· IN·FR
PEDES·VIIII·IN·AGR·P·XII S

353 SEX · VEIANIVS · SEX · F
QVIR · VITELLIA I
NVS · ARCHITECTVS
FECIT · SIBI
ET · VEIANIAE·CLAVDIL K
LAE · CONIVGI · CASTIS
SIMAE · ET · PIISSIMAE
KARISSIMAE
CVM·Q·VIXIT·ANN·XXX L
MEN · X · D · VIIII
IN · FRON · PEDES · XII S
IN · AGR · PEDES · XVII S
è schedis Barberinis omnes.

354 D·M

A 354 D · M
HOC · MONVMENTVM · SIVE · SEPVLCHRVM
COMPARAVIT · SIBI
RVBRIA · IVLIA · ET · M · RVBRIO · ZOSIMO
B PATRONO · OPTIMO · ET · LIBERTIS · LIBER
TABVS · POSTERISQVE · EORVM · IN FRONTE
PEDES · XX · IN · AGRO · PEDES · XIX · CONCESSV
AB · M · SCANIANO · IANVARIO
C *Ex schedis Cameli.*

355 M·STLACCIVS·M·F·VET
PRISCILLVS
VET· EX·COH·XI · VRB
D PRAEF·FABR
Q·STLACCIVS·M·F·VETVR
TATIANVS · TRIB
MIL · LEG · X · FRET
E V · F
CVM · STLACCIA · IANTVLLA
MATR · EOR
IN·FR·PED·XIV·IN·AGR
F PED · XVIII

356 DIIS · MANIBVS
TI·IVLIVS· TI·F·PATROCLVS
TI·IVLIVS·TI·F·CRV·QVAR
G TIVS·AMICVS·FECIT·H·M·ET
LIBERTIS · LIBERTABVSQVE
IN·FR·PED·XX·A·RETR·P·XXV

H 357 D · M
P· EPPIO· P· F· VOL· APRONI
ANO · VIXIT · ANN · XXXIX
P·EPPIVS·P·F·VOL·PISTORIA
I NVS· PRAEFECTVS·FABR·LEG
III·PARTH·ET·EPPIA·MAT·FEC
IN·FR·P·X· IN·AGR·PED·XVII
è schedis Barberinis omnes.

K 358 SEXTO
TVTILIO
ACVTO · SEXTVS
TVTILIVS· OPTATVS
L L·PATRONO · SVO
POSVIT
INFRONTE · PEDES· XII
INAGRO · PEDES · XII
Villa Carpinea in lapide Tiburtino.

359 T·FLAVIO·T·F·LARGONIO
HEROTI·MALACA·FABRO
FLATVRARIO ☩ SIGILLIA
RIARIO·VIX·ANN·LXXVI
T·FLAVIVS· IOCVNDVS
FR · PIISS · FEC
IN·AGRO·P IX·IN·FR·P·IIII

360 DIS · MANIBVS · SACR
T· AELIVS · T · F · POP · HEDISTVS
MIL· DVPLAR· ARMATVR·VIXIT
ANN·XXXIIX·M·VII·D·XXV
MIL· ANN· XIX· NAT·SYR·SVPER
FEC · SIBI · ET · LIBERTIS
LIBERTAB · QVE · EORVM
IN·FR·P·XI·IN·AGR·PEDES·XVI
è schedis Barberinis utraque.

361 AOTACILI
ႶLARG
LAT PED
XX · LVN
PED · XX
Cippus Tiburtinus in Vin. Nobb. de Puteo ad Port. Lat.

362 II · L · ARG
LAT · P · XX
LON · P · XX
Similis ibidem.

363 DIS · MANIBVS
M·FLOVIO·PHILOCALO·ET
M·FLOVIO· TELESPHORO· FILIO
ITEM · FLVVIAE · TYCHE · LIB
ET · LIBERTIS · LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE·EORVM·H·M·H·N·S
IN·FRONTE·ET·IN·AGRO·PEDES
QVADRATI · SEDEIM *sic*
Vinea Nobb. de Naris Via Salaria.

364 L·ALFIO·L·L·PROTHVM
PATRONO · NOSTRO
L·L·ALFIEI·L·L·HILARVS
ET · PROTHVMVS
LIBERTIS · DE · SVO
FACIVNDVM · COER
ET·LIBERTIS·LIBERTABVS
QVE · NOSTRIS · IN · FR · PE
XII · IN · AGR · PE · XVI

Hortis Vaticanis.

365 BENEMEREN
DVLCISSI
ECERVNT ET SI
NTE PED DECEM NOB
LIS DVABVS OSTIO CLV
ET IN AGRO PED TREDECI
AB HOC MONVM
ΜΕΤΕΠΕΙ,Τ·ΕΛΑΧΕC
ΑΝΑ

Fragmentum in pavimento D. Caeciliæ.

366 Q·NVMENIO·Q·F·Q·N·OVF
CALVO · LATINO
PRIMOPILO·LEG·MIN·R
MILIT · ANN · XXVI
VIX · ANN · XLII
NVMENIA · VIVANIA
MAT · F·C
INFR · PED · XIII S
IN AGR · PED · XIIX

è schedis Vaticanis.

Superflua tamen hæc omnia ſunt ad redarguendum Sponium; cui in memoriam reducere ſuffeciſſet, ſe non ſemel, ſed bis ſepties in Miſcell. hoc eſt pag. 179, 183 bis, 203, 210 bis, 224, 230, 243, 257, 258, 261 bis, & 293, paſſus ſuos in pedes contractos vidiſſe: primaque vice qua notam eandem P explicavit in Miſcellaneis pag. 290, *pedem* non *paſſum* legi debere, ſui oblitum, docuiſſe.

Termini itaque (à quibus divertit oratio) terreni ſepulchro addicti, utpote quadrati vel rectanguli ut plurimùm, deſcribebantur, tum IN FRONTE, ſcilicet ſecùs viam, quod etiam IN LATVM, ſeu IN LATITVDINEM, ANTE FRONTEM, IN MONVMENTO, & IN FACIE dici ſolebat; tum IN AGRO, ſeu IN LONGVM, IN LONGITVDINEM, IN PARTEM POSTERIOREM, RETRO, A RETRO, aut RETROVERSVS. Ex quibus inerudité Vrſatus in ſuis Marm. Erudit. Epiſt. XI. pag. 274., notas haſce IN·A·P·IIII· IN·L·P·X, ita interpretatur, *in agro pedes quattuor in latera pedes decem*: Quia cùm duo ſint menſuræ genera, quæ in Inſcriptionibus enunciari ſolent, IN FRONTE & IN AGRO, expreſſaque ſit dimenſio *in agro*, pro fronte latera ſupponere, ſinè exemplo eſt, & ipſi vocabulo repugnat. Poterat potiùs Vrſatus, IN·A· & IN·L, IN·ALTVM & IN LATVM ſiglas illas explanare, exemplo hujus fragmenti, in pavimento Eccleſiæ SS. Vincentii & Anaſtaſii ad Arenulam à me obſervati.

367 LATV·P·IIII·ALTV·P·VIII
ITV· AMBITV
SVIS · POSTERISQVE

Reperies tamen etiam in fronte LONGVM dici apud Gruterum pag. DCVII. 4, & in hac noſtra è Schedis Barberinis inſcriptione;

368 C · CORNELIVS
C · F · IVNIANVS
EX · HISPANIA
CITERIORE
SAETABIANVS
VIXIT·AN·XVIII
M · VIIII
INAGRO · P · VI
INLONGO · P · VIII

prout ſcilicet in utràque longior frons quàm latera erat. Eâdemque ratione PER LONGITVDINEM dicitur ſecundùm

A cundùm faciem ac frontem, latitudo autem sumitur INTRORVRSVS, ut in Grutero pag. DCCCLXXIV. 5, seu INTROSVS, hoc est INTRORSVS, quod B IN AGRVM significat, in hoc fragmento Villæ Corsinæ.

369 FLAVIA
ET·TITIA
C ET·C·TITIVS·T
TI·CAEPIO·EVF
INFRONT·P·XVI·INTROSVS·P·X

D Quandoque tandem enumerantur pedes quadrati, ut in præmissa inscriptione num. 363. *in fronte & in agro pedes quadrati sedeim*; atque etiam sinè menE tione frontis vel lateris, ut in sequentibus,

370 TETTIA·NICEPHORIS
L·PRIMA
PATRONO·PROBATA
F P·Q·XII
Pisis apud Io: Mariam Bajardum ex sch. Vat.

371. T·ALFI·ARISTON
SIBI·ET·SVIS
G LIBERTIS
LIBERTABVS
L·Q·P·XVI
Aquileja ad D. Lazari ex eisdem.

H 372 VIVIT
T·ANTRONIVS·SEX···
Θ FABIVS SVAVIS
ET·LVCIA·SECVN··
I P·Q·XVII
Misit V. Cl. Franciscus Graverolius.

& in hac Gruteri pag. DCCCCXXXVII. 11, ita ut videbis ex ipso marmore ViK llæ Pamphiliæ in nomine *Euthemi*, & in versuum dispositione emendandâ.

373 P·CORNELIVS
MAVRVS
L POSVIT·SIBI·ET
P·CORNELIO
TELESPHORO
LIBERTO·OPTIMO·ET
FIDELISSIMO·ET·BENE
MERENTI·DE·SE
Ab alio latere.

374 C·CLODIVS·EVTHEMVS
P CORNELIO·MAVRO
LOCVM·ARAE·DONAVIT
QVAE·COLIGIT·IN·SOLO
POSITA·PEDES·QVADRA
TOS·TOT·III

Totos idest *solidos*, tanquam si nota abbreviata fuisset, explicat Scaliger in Indice Grammatic. verb. *Totos pedes*: sed frustra, meo judicio, quia latinè *tot pedes tres*, ipsos pedes tres, addito elegantiæ gratia TOT, denotat; ut Thesprio apud Plautum Epidico, in Comœdia ejus nominis Act. I. Sc. I. percontanti, Quot minis Fidicinam emisset, respondet, *Tot quadraginta minis*.

Omissam video descriptionem frontis hujus monumenti *Sexti Svelli Damæ*, quia aliis ex utraque parte monumentis *T. Rusti*, & *L. Gelli* terminabatur; itaut superfluè mensuræ nota debuisset addi:

375 SEX·SVLLIVS·DAMA
SIBI·ET·SVELLIAE·SALVIAE
SVISQVE·OMNIBVS
IN·FRONTE·INTER
MONVMENTVM·T·RVSTI
ET·L·GELLI·IN·AGR·P·XII
è schedis Barberinis.

Et contra, bis positam in hac alia;

376 SEX·POMPEI·AGATHONIS·PATRONI
ET·SEX·POMPEI·MARTIALIS
SEX·POMPEIVS·EVTYCHVS·L
PATRONO·MERENTI
AREA·COMPARATA·FECIT
ET·SIBI·POSTERISQVE·SVIS
IN·FRONTE·AD·MONVMENTVM·M·LI
CINI.ALEXANDRI·P·XII.ET·POST
IDEM·MONVMENTVM·P·XII
IN·AGRO·A VIA·P·XXIIX S
Ad Ædem B. M. del Riposo è schedis Barberinis.

hoc est, tam in parte quæ cum monumento M. Licini continens est, quàm

ex oppoſita huic parallelâ ,quod in loco quadrato redundans erat.


Reſtat explicanda dimenſio illa A TERGO COXAE, de qua in ſequenti inſcriptione.

377 D · M
T·CAPELLI·T·F
VINDICIS
IN·F · P·XXXVII
A·T·COX·S·P·XXVII
INTRA·COX·P·XXXVII

Vrſatus Marm.Erudit.Epiſt.XI.pag.277. contendit, COXAM aggerem quendam fuiſſe, quo Titi Capellii monumentum circundatum opinatus eſt. Sed ipſe Siculus Flaccus, cujus authoritate interpretationem ſuam tueri ſe poſſe credidit, haud obſcurè quid COXA ſit in agrorum menſura docet, & ad inſcriptionem ſim-

plici faciliſque viâ enucleandam conducit. Coxa igitur, quemadmodum in humano corpore, eſt os fèmoris oſsi ſacro per vertebram adſtrictum, angulum internum in ſui flexura conſtituens, ita in agris angulum internum ſignat,unde per Siculum angulo opponitur ibi pag. 6. *poſſeſſorum termini, qui omnibus angulis coxiſque poſiti eſſe debent*: Qua etiam naturali ſimilitudine retentâ, externus angulus coxam claudens *cubitus* vocatur ab incerto inter Var.Auct.de Limit.pag. 266. *Pentagonum, quod interpretatur cubitos quinque*. Sint itaque in agro limitato A A termini B C D E F; in eo cubiti erunt in C & E,& coxa in D,ponè quam, locum monumenti Capellii, ſive circa ipſum arèam, religioni ipſius monumenti addictam, punctis clauſam, in ſpatio G H I K extenſam fingamus.

A
B
C
D
E
F



G
H
I

Bene ergo poterat, *à tergo coxæ*,hoc eſt à D ipſius coxę puncto in L pedes XXVII. patere,& à fronte ſimul & in agro à punctis G & K, intrà inclinationem linearum quæ coxam efficiunt,pedes XXXVII.exporrigi, nullo aggere inducto, qui planæ atque unjuſmodi ſuperficiei menſuræ veluti per machinam, durèque admodum accommodatur.

Rem non magni ſanè momenti, non negligendam tamen puto, verba ſcilicet illa *in fronte* vel *in agro* non ſemper interpuncta apparere.Vnde,ubi ea indiſtincta à ſua præpoſitione leguntur, non per omiſsionem, ſed conſultò puncta præterita credas. Certiſſimum præ cæteris exemplum præbet inſcriptio 330. Capitis I., in qua litera N finalis præpoſitionis cum initiali ſequentis nominis [ſic IN R.] in unam coaluit.

K
L

A XXXV

M D
M·IVLIVS·SVCESS
SVS·FECIT·IVLIAE
B AGRIPPINAE·LIB
ET·IVLIO·CALLIS
TO·LIB·ET·FILIO
C EORVM·ET·LIB·LI
BERTABQ·POSTERISQ·EOR

supple ex Grutero pag. DCCCCXLIII. 4, & pag. MCLI. 7, est enim bis posita.

D Explicant hanc Inscriptionem cęteræ quas laudavimus Cap. I. pag. 7. de filiis iisdemque patrum suorum libertis. Eam E quam ex Grutero indicavimus pag. MCLI. 7, quamque postea duplicatam invenimus pag. CMXLIII. 4, est eadem cum hac nostra, quæ nescio quo pacto, è Mu- F seo Marii Delphini ad me devenit: certè ut hic emendatior, quàm è Knibbii & Boissardi schedis prodiret.

XXXVI

G IVNIVS
ALEXANDER
IVNIAE·ALEXAN
DRIAE·FILIAI·DVL
H CISSIMAE·QVE·VI
XIT·ANNIS·VIII·
MENSI·V·DIEBVS
VII·HORIS·IIII·

I *frons sarcophagi cum decursionibus bigarum Cervorum & Pantherarum hinc inde, & faciebus Castorum utrinque* K *ad angulos.*

Recurrit eadem horarum enumeratio in virguncula ista Alexandria, quam suprà Cap. II. pag. 96. D. teneræ ætati præ- L cipuè convenire diximus: quamvis in senio, imò & in ultima exactaque ætate quandoque, ut in sequentibus vides, adhibita sit.

378 DIS·MANIBVS·SACRVM
T·PRASSIO·T·F·CLVEN
VARIANO·PVCCIN
PRAEFECTO·PRAETORIO
AVRELIANO·Ꜫ·COH
PRAET·ANN·X̄·Ꜫ·COH·XII
VRB·ANN·III·PRAEF·FABR
LEG·III·ITALICAE·VIX·ANN
LXXXV·M·III·D·VI·H·V
SEX·PRASSIVS·T·F·PACVL
LVS·ERAN·LEG·III·ITALIC
ET·VICARIVS·PRAEF·PRAET
EX·TEST·FAC·CVRA
H·M
IN·FRON·PEDES·XXXVI
IN·LAT·PED·XXXVIII

Ferrariæ in Agro Puccino.

379 D·M
C·VEIANO·MO
SCHO·FECIT
VEIANIA·ARIA
DNE·PATRONO
B·M·VIX·AN·LXXX
D·XXX·HOR·I

Hortis Matthaiis.

380 D·M
M·ATTIO·M·F·PAN
NICO·VETERANO
AVG·N
VIXIT·ANN·LXIX
M·VII·H·VI
M·ATTIVS·M·F
PAL·MODESTINVS
T·F·F

381 D·M
Q·TRATIO·Q·F·PAL·VESTINO
PRAEFEC·FABR·LEG·XX·F·F
VIX·ANN·LXIX·M·VII·H·VII
L·TRATIVS·L·F·SABINVS·ET
TRATIA·VERECVNDA
FECERVNT

è schedis Barberinis utraque.

382 DIS · MAN
AELISIVS · CARPVS · VIXIT
ANNOS · LXIIII · MENSIBVS
VIII · DIEBVS · XIII · HOR · III
Arretii ex schedis Barberinis.

Non rarò in primo senio, & virili ætate.

383 DIS · MAN
L · ANTISTIO · L · F
VARINO
PONTIF · VIX
ANN · LVIIII · M · II
HOR · VIII
L · ANTISTIVS · PAT
FILIO · SANCTISSIM
ET · ANTISTIA · VXOR
FECER

384 L · TROSIO · L · F · FAB
POLLIONI
PONTIFICI
VIX · ANN · XLVIIII
D · IIII · HOR · VI
TROSIA · LAMPIA
CONIVGI · PIIS
FECIT

385 SOMNO · AETERNAL
C · MATRINI · VALEN
TI·PHILOSOPHI·EPICVR
VIX · ANN · XXXIX
M · VI · D · VII
HOR · VIII
MATRINIA · CONIV
GI · INFELICISSIM
INFR·P̄·III·IN AGR·P̄·VIIII
è schedis Barberinis omnes.

386 C·IVNIO·C·F·ARN·GALO
ORIVNDO · SVMATIA
MIL · COH · VII · PRAET
MILITAVIT · ANN · XX
VIXIT·ANN·XLVI·MEN·VI
D · XVII · HOR · VI
C IVNIVS·C·F·ARN·PRETVSI
ANVS · T · C
è schedis Vaticanis.

387 CRATIAE · L · F · PAV A
LINAE · VXORI · R
ARISSIMAE · QVAE
VIXIT · ANNIS XLII
MENS·X·D·XXIIX·H·X B
SIPPVS · MARIT
BENEMERENTI
è schedis Barberinis.

388 Q·AFRANIO Q·F·LVPERCO C
TAVACA·EVOCATO·AVG
MILIT·ANN·XXII·VIX·ANN·LI
M · XI · D · XXVIII · H · VI
AFRANIA · SABINA · M · F D
è schedis Lilii Vaticanis.

389 ARRVNTIA
PROBA
VIXIT · ANNIS · XXIII E
MENS·I·DIEBVS·V·HORIS·XI
Penès Lapicidam ad Arcum Cinciorum.

390 ☧ F

HIC·REQVIESCIT·IN·PACE
QVI·VIXIT·ANNOS·XXXIII·M
X · ORAS · VI · RECESSI G
DO · HONORIO AVG · V
CVBECVLARIA · HVNC · T
POSVIT
In pavimento D. Pauli. H

391 PER OMNIA LAVTVS INTER
AMICOS AVRELIVS TEODOLVS
QVI VIXIT ANNIS XXX
DIEBVS XX · HORA VII · I
DEFVNCTVS IIII NONAS AVG
QVINT·FRAT·ET·CELSILLA
COIVX
In Roma Subterranea. K

392 D · M
AVRELIO DIO
CENO QVI VI
XIT ANN · XXI L
MENS · VII · DI
EBVS · XIIII
H · II
è schedis Barberinis.

393 ME-

A 393

MEMORIAE
T·FLAVI·T·F·FAB
ATHENAEI
VIXIT·ANNIS.XXII
MENSES·III
DIES·V
HORAS·III
NICOSTRATVS·LIB

Sub effigie viri togati T·FLAVIVS·ATHENAEVS

Sub simili effigie T·FLAVIVS·NICOSTRATVS

B

C

In Ecclesia D. Stephani Hungarorum pro fonte Aquæ lustralis.

G *Ex schedis Lilii Vaticanis.*

noster verò T. Aelius ad Antonini Pii tempora ex nomine simul ac prænomine referendus, servilis paullò ante conditio- H nis, & nec militiæ, nedum militaris muneris capax extitit: unde ejus officium in eo tantùm versatum fuisse credimus, ut caveret, ne murmur circa Principem, I cujus aditus liminaque custodiebat, excitaretur: unoque verbo, non dignitatis, sed simplicis ministerii tunc temporis munus hoc fuisse.

K Quod suprà, Cap. I. pag. 49. E de ficta venditione, seu donatione, quæ *Mancupatio sestertio nummo uno* vocata fuit, observavimus, hìc, eâdem formulâ L recurrit, dum *donationis* quoque *caussâ sestertio nummo uno dari* interdicitur: quasi, non minùs *donatio*, quàm *mancipatio*, sive *venditio* sub eadem prohibitione cadat; ne scilicet ullo pacto testatorum voluntati fraus fiat, quæ perpetuitatem sui monumenti in posteritate, & familia contemplavit.

LV D · M
SACRVM
TROLLIA
HERMIONE
V · A · N · I · M · X
VLPIA · PITHVSA
MATER · FIL
DVLCISSIMAE · F

Hermiones cognomen, locum huic inscriptioni fecisset inter plures alias synonimas post num. 548. Cap. I. Sed quia dum hæc scriberem mihi quæsita est; ideo hìc, suo loco, nempe inter maternos affectus collocabitur.

LVI D M

VICTORIS · CA
VERN · A COGNIT
VIXIT · ANN · XVIII
MEN · VIII · D · XXV
· FECERVNT ·
CASTRICIVS · PROCVLVS
ET · AELIA · CLYMENE
PARENTES · INFELICISSI
MI · ET · POSTERIS · Q · SVIS

Hoc *A cognitionibus* officium,per me ad Tabellam Iliadis pag. 337. G explicatum, secundùm varias actiones, varios modò Libertos, ut ibi, & in sequenti *Astecto*, modò servos, ut in *Victore* nostro & *Delicato*,incertorum Augg. Mancipiis vides, exposcebat.

513 DIS · MAN
FLAVIAE · NISAE
ASTECTVS · AVG · LIB
A COGNITIONIBVS
LIBERTAE · BENE · DE · SE · MERITAE

514 D ❦ M ❦ A
DELICATVS ❦ AVGG ❦
ADIVT ❦ A COGNITIONB
DOMNICIS ❦ OBIIT ❦ IN · EX
PEDITIONE ❦ GERMNICA B
VIX ❦ ANN · XVIII ❦ M ❦ VII · D · VIII
FRATRI ❦ PIISSIM · FRATRES

Hortis Matthaeis utraque.

Munus, ut diximus, præcipvum erat *observare* & *referre*, ut sincerâ hac rela- C
tione instructi Cæsares,opportunè *cognoscerent*, *statuerent*, *judicarent*; ita enim συνωνύμως usurpat hæc verba Cicero ad D
Attic. Epist. 11. lib. XVI.; & in nostris II.CC. tritum est, *cognitionis* verbum ad judicia pertinere: vnde inclinantis Imperii temporibus, *Sacrarum Cognitionum* E
Iudices in pluribus inscriptionibus vocari videmus; vt aliquæ è nostris ultra Gruterianas fidem faciunt. Iidem verò Sacrarum Cognitionum Iudices, *Vice* F
Sacrâ Cognoscentes, seu *Iudicantes* dicuntur; semelq́. *Vice sacra Iudices cognitionum*,ut Notas S.I.C.explicat Scaliger.

515 DD · NN · VALENTINIANVS G
ET · VALENS · AVGVSTI
ORNATVI · PVBLICO
CONSTITVI · LOCARIQVE
IVSSERVNT H
ADMINISTRANTE · RVFIO
VOLVSIANO · V · C · EX · PRAEF
PRAET · PRAEF · VRBI · IVD
ITERVM · SACRARVM · COGNIT I

in latere dextro

VSTO · III CoS
ET · F · ITER
VIT
LEI

Hortis Iustinianeis in Basi.

516 T · FL · POSTVMIO · TITIANO · V · C · COS
PROCOS · PROV · AFRICAE
CVR · AQVARVM · ET · MINICIAE
CORR · CAMPANIAE K
CORR · ITALIAE · TRANSPADANAE
COGNOSCENTI · VICE · SACRA
P · K · PONTIFICI · DEI · SOLIS
AVGVRI · ORATORI · PRONEPOTI · ET · SEC
TATORI · M · POSTVMI · FESTI · ORAT L
T · AELIVS · POEMENIVS · V · E · SVFFRAGIO · EIVS *vir egregius*
AD · PROC · AQVARVM · PROMOTVS
PATRONO · PRAESTANTISSIMO

è schedis Barberinis.

A 517 L·AELIO·HELVIO
DIONYSIO·C·V
IVDICI·SACRARVM·COG
NITIONVM·TOTIVS·ORIEN
B PRAESIDI·SYRIAE·COELE
CORRECTORI·VTRIVSQ
ITALIAE·CVRATORI·AQV
ET·MINICIAE·CVRATOR
C . . . .
OPERVM·PVBLICORVM
PONTIFICI·DEI·SOL
COLLEGIVM
D FABRORVM·TIGNVAR
MVLTIS·IN·SE·PATROCINIIS·CO
. . . .

è schedis Barberinis.

E 518 IVNON·REGIN
SACRVM
PRO·SALVTE
D·N·DIOCLETIANI·IN
F CLYT·PRINCIP·SEMP·AVG
PINIVS·PAVLLVS·SILVANVS
VIR·CLAR·PRAEF·VRB
IVDEX·SACRARVM·COGNITIO
G NVM·VOLVNT·EIVS·CVR

In Vita Colotii.

Lapis hic noster utrinque inscriptus, à parte parieti obversâ eam epigraphen
H continet, quam suprà num. II. recensui. Pars hæc apparens, in Cœmeterio B. Castuli loculum quendam contegebat, sed ne Christianorum oculos suâ profanitate
I offenderet, cùm ab utraque parte paganam superstitionem redoleret, calce obducta visebatur, ut fieri solitum fuisse, Reinesius quoque animadvertit ad titu-
K lum inscript. XXVI. in Append. Omissor: à me igitur expolitus, ita tamen ut calcis tenacissimæ adhuc vestigia inhæreant, hæc exhibuit.
L Postrema illa clausula ET POSTERISQVE, exuberans est, sed tamen non rarò in inscriptionibus occurrit, ut in sequentibus, & in ea, quam hoc eodem Capite dedimus pag. 149. D. FVFICIA NYMPHE.

519 P·FERRARIVS
HERMES
CAECINIAE·DIGNAE
CONIVGI·KARISSIMAE
NVMERIAE·MAXIMILLAE
CONIVGI·BENE
MERENTI
ET·P·FERRARIO·PRO
CVLO·ET·POSTE
RISQVE·SVIS

pecten, ascia, circinus, regula, decempeda, aliaq; plura fabrilia instrumenta.

Pisis, erutâ A. MDCLXVI.

520 AVG·LIB
FECIT·IVLIA·TROPHIME
CONIVGI·SVO·CARISSIMO
additum ET·SIBI·ET·POSTERQVE
VIXIT·ANN·XXXV
EORVM
MENSIBVS·VIII

corona cum lemniscis

Villa Pamphilia.

521 D · M
M·TVLLIVS·CRESCENS
PIVS·VIX·ANN
IV·DIB·XXV
ET·POSTERISQ·SVIS
FECIT·CRESCENS·P

Hortis Matthaiis.

522 D · M
Q·NASONIVS·AMBROSI
VS·SIBI·ET·SVIS·FECIT·LI
BERTIS·LIBERTABVSQVE
NASONIAE·VRBICE
CONIVGI·SVAE·ET·COL
LIBERTIS·SVIS·ET
POSTIRISQVE·EOR

In Sepulchro Gentis Nasoniæ Via Flaminia.

523 Q · MARCIVS · FLACILLAE · L A
BOTRYS · FECIT · SIBI · ET
MVTILLIAE · D · L · DIDYME
CONIVGI · KAR
P·MVTILLIO·P·L·BOTRY·P·MARCIO·LEGITIMO·FIL B
P·MVTILLIO·P·L·MODESTO·MVTILLIAE·COMPSE
L·ROSCIO · DAPHNO · IVLIAE · Ɔ · L · PONTIAE · ET
POSTERISQ · EORVM

Hortis Iustinianeis. C

524 TVLLIA · M · L · HELENA · SIBI · ET
M · TVLLIO · M · L · TIMONI · PATRI
FAVORI · L L · TAMPIVS · L · L
AVCTO · L ANTEROS · SIBI · ET D
ANTIOCHO · L FELICIONI · L · ET
POSTERISQE FLORO · L · ET
SVIS VITALINI · L · ET
POSTERISQVE·SVIS E

Ex schedis Barberinis.

525 PVBLICIVS · D · L · LIN
SIBI · ET
A · SEPTICIO · A · L · DAPHNO · V · A · LV F
SEPTICIAE · A · L · SECVNDAE
CLAVDIAE · TI · CLAVDI · HELENI
ILONIANI · LIBERTAE · MVRI · V · A · XIIX
A · SEPTICIO · A · L · SOTERICHO · ET G
POSTERISQ · SVIS · ET
IVLIAE · SYNTYCHE

Apud Nobb. de Casalibus.

526 M · VLPIVS · AVG · LIB · PLOCAMVS H
EX · DOMV · AVG · SCASOR
ET · IVLIA · CHELIDO · CONTVBER
EIVS · C · IVLIO · RVFO · FIL · PIISSI
FECERVNT · ET · SIBI · ET · POSTERISQ I
SVIS · VIXIT · ANN · XVIIII · MEN · V · D · XV

Ex schedis Barberinis.

Scansor, qui Dominum in Equum tollit. Vide Cangium in Glossario.

K

527 DIS · MANIBVS
MACCARIAE · L · LIB · MYRTIDI
VALENS · ET · EVPREPES
MATRI · PIENTISSIMAE
FECERVNT · ET · POSTERISQVE
SVIS
INFR · P · IIII · INAGR · P · IIII

Ad Turrim Nobb. de Palutiis.

528 D M
EVTYCHES · CAE · N̄S̄ · PEDISEQVS
STATIONI · CASSTRESE · FEC
MATRI · PIENTISSIMAE · ET
FAVSTVS · COLLEGA · EIVS L
FECERVNT · SIBI · VTRIVSQVE
SVORVM · ET · POSSTERISQVE
EORVM

Ex schedis V. Cl. Georgii Baglivi.

529 D·M·S

A 529 D · M · S
IVLIA · EVTYCHIA
IVLIO · PRIVATO
PATRONO · ET
B C·REIO·CELERI·FILIO
PIENTISSIMO · BENE
MERENTI · FECIT
C CVM·BAEBIO·IVNIO
MARITO
SIB·ET·SVIS·ET
POSTERISQ·EORVM

è schedis Barberinis.

D
530 L·NAMITIVS·FELIX
MONIMETVM·FECIT·SIBI·ET
ACTIA·CHARAE·CONIVCI·SVAE
E ET·LIBERTIS·ET·LIBERTABVS
QVE SVIS

Hortis Iustinianeis.

531 P·PETRONIVS·SP·F
PAL · ROMANVS
P·PETRONIVS·HOSPES
PETRONIA · ANTIOCHIS
P·PETRONIVS·SOCRATES
P·PETRONIVS·P·F·COL
IANVARIVS
CAECILIA · Ɔ·L·TRAHIS·SIBI
ET·POSTERISQ·EORVM

Vinea Bevilaqua Via Appia.

532 D · M
CLAVDIAE · CAPRIOLAE
BENE·MERITAE·TI·CLAVDIVS
DEMETRIVS·PATRONVS·LIB
OPTIMAE·FECIT·ET·SIBI·ET
POSTERISQVE F SVIS

Vinea del Pane Via Labicana.

Exundat & hæc non dissimili modo in τῷ *libertis libertabusq; utriusq; sexus.*

533 T·FLAVIO·T·F·QVIR·FLAVIANO
F AEDILI · QVESTORI · DESIGNATO
MVNICIPIO·CAPENAE·FOEDERATO
T·FLAVIVS·AVG·LIB·MYTVS·ET
FLAVIA·DIOGIS·PARENTES·FILIO·PIISSIMO
G FECERVNT·ET·SIBI·ET·SVIS·LIBERTIS·LIBERTABVSQVE
VTRIVSQVE·SEXVS·POSTERISQVAE·EORVM
CVM·BALINEO·ET·AEDIFICIS·QVAE·SVNT·IVNCTA
EX·VTRAQVE·PARTE·SECVS·VIAM·CVM·AQVAE
H DVCTV·EX·FVNDO·CVTVLENIANO·ET·IVGERA
AGRI·CVTVLENIANI·P·M·IIII· ITA·VTI·DEPALATVM·EST
H · M · H · N · S

Ad D. Hedistii sub Soracte ex schedis Barberinis.

I quem errorem repetitum videbis in alia T. Aelii Aeliani Cap. V. inserenda.

LVII *protome viri chlamydati*
D · M
M VLPIO VRSINO
K VLPI RESPECTI
FILIO NATIONE
NORICO AELIO
CETIO VIXIT
L ANN XVI · T AVR
PRIMVS LIBRARIVS
FRATRI·K·F·C

Vlpius hic *Respectus*, idem forsan àc Vrsini nostri pater, reperitur in inscriptione apud Gruterum pag. DLXIX. 5. Patria Vrsini est *Cetium*, ab Antonino in Itinerario inter Oppida Norici enumeratum, à proximo monte Cetio, cujus juga Ptolemæus inter Noricum, & Pannoniam superiorem terminum statuit, nomen desumens.

Ex hac nostra, jam istam Gruterianam pag. CDLXIX. 8, repetitā pag. DXVII. 6,

pro titulo præmittitur A

In Liburnia lapis cujus partem intelligo, partem, ne Oedipus quidem solveret.

534 M · SEXTIO · VETTONANO · AED
M · AEL · CET · AN · LXX · ET B
VINDAE · TERTI · F · CON · AN · L
P · AELIO · MARTIANO · F · MIL · COH
IIII · PRAE · ANN · XX · STIP · III · ET
AVVAE · MAXIMI · F · CONMV · N · LXXX C
M · S · SEXT · QVESTORO · AEL · CET · N · L · E
POTITA · C · ROTIP · E · M · S · S · MVG · VE
X · E · H · G · N · XLVII
T · S · S · II4III · A · A · A · EM D
E · SEX · SAMINO · MI · L · N · SEV · N · XXV

aliquantò meliùs intelligere datur, in præcipua parte, *Municipii* nempe *Aelii Cetii*, quod mirum est tam ipsum Gruterum, quàm Scaligerum latuisse; quamvis locus lapidis *in Liburnia* indicati, superiori Pannoniæ conterminâ, adminiculum non leve præbere potuisset.

Aelii denominationem, in adulationem Hadriani, aut alterutrius ex adoptivis ejus filiis assumptam, postea evanuisse credo, ut de aliis, pag. 105.H Capite antecedenti abundè diximus.

Librarius iste, an inter forensia, an inter militaria officia, an inter artes, quasi è scriptoribus ac bibliopegis centuriandus, incertum est; cùm de variis hisce sub uno Librariorum nomine muneribus inscriptiones adsint.

De primi ordinis Librariis, aliqua in sequenti nostro lapide L. Volusi Hermetis adnotabimus. E

LVIII D · M
L · VOLVSI · HERMETIS
SCRIBAE · LIBRA F
L · VOLVSIVS · PRI
PATRI · PIISS

Scribæ Librarii à Magistratibus quibus addicti erant, distinctionem suorum munerum obtinebant: alii quippe Tribunicii, alii Aedilicii, alii Quæstorii apud Gruterum, ut eos colligit Scaliger in Indice Magistratuum. Hos præter, Militares etiam Librarios agnoscimus, ut in hac nostra, G H

535 C · TOCERNI · MAXIMIANI · MIL · LEG · II I
ITAL · STIPENDIOR · V · LIBR · COS · ANNOR
XXIII · MENSIVM · VIII · DIER · VI · C
TOCERNIVS · HERMEROS · PATER K
FILIO · KARISSIMO

Æmoniæ in Istria.

& apud eundem Gruterum non semel *Librarius Consulis* vel *Legionis* legitur: Et in ea inscriptione quam retuli in Syntagm. de Col. Traj. Cap. I. pag. 37, ultra notam marginalem LIB. Ɔ *Librarius Centuriæ*, reperitur etiam inter Honoratos in ima tabella *P. Aelius Stephanus LIBR. I.D. Librarius Iuri dicundo*: pariterque in hac alia LIB. PR. *Librarius Præfecti*. L

536 EQV

A 536 EQV | C · VITRASIVS · C · F · PVB · PRIMVS · CALIB
B TRIB | C · NOVELLIVS · C · F · PAP · VERINVS · TICIN
APRO · II · ET · POLLIONE · II · COS
SP | L · BASSENNIVS · L · F · OEF · FELIX · MEVI
B C · ENASTELLO · C · F · FAB · EXORATVS · LVCA
COMMODO · ET · QVINTILLO COS
COR | C · MEMORIVS · C · F · FLA · MESSOR · SEGVS
M · AELIVS · M · F · MEC · MESTRIANVS · PEL
C · IVLIVS · C · F · FAB · SABINVS · HERAC
C M · VETILIVS · M · F · POM · PVDENS · ARRET
EQV | C · LAETILIVS · C · F · MEN · SPLVS · PRAEN
EQV | M · CANIVS · M · F · VOT · RESTVTVS · PLAC
ORFITO · ET · IVLIANO · COS
L · CASINIVS · L · F · POM · LEGITIMVS · VOLS
D Q · VICCIVS · Q · F · POM · PVDENS · VOLSI
TI · CLAVDIVS · TI · F · OEF · VICTORIN · LVCA
M · VETTIVS · M · F · VEL · AVFIDIVS · FIR · PIC
LIB PR | C · VACELLIVS · C · F · ANN · IVSTINIAN · ARIM
M · AELIVS · M · F · POM · IVSTVS · ARRET
E M · FARRAX · M · F · STE · SATVRNIN · FORVL
M · AEBVTIVS · M · F · POL · VERVS · PARMA
T · FLAVIVS · T · F · CAM · LICINIANVS · RAVE
M · POMPONIVS · M · F · NIC · STORIANVS · CONS
C · SATRIVS · C · F · LEM · MAXIMVS · BON
F M · RADVSIVS · M · F · PAL · MARCIANVS · SAS
COMMODO II COS
EQ | C · CRISPIVS · C · F · ANI · SECVNDINVS · VEL
L · METELLIVS · L · F · POL · VALERIANVS · LETR | EG
G Q · VIBIVS · Q · F · CLA · NEOPTOLEMVS · GRVM
C · VETVRIVS · C · F · POL · PROFVTVRVS · PARM
Q · LOLLIVS · Q · F · MEC · CAESIANVS · BRVN
Q · LVCILIVS · Q · F · CAM · PRESENS · RAVE
C · VALERIVS · C · F · CLA · MASCVLIN · CAE | L
H L · MAGIACVS · L · F · ANI · SEVERIN · VERCEL

A Luca Corsio Celebri Antiquario ex ipso marmore impressam accepi.

Librarios verò absolutè dictos, inter Servos inscriptos reperio.

I 537 DIS · MANIBVS
BENIGNO · LIBRARIO · Q
N · DIADVMENVS
ET · EVPHODVS
K CONSERVO · BENE · MERENTI
Grutter. pag DLXXXV. 1

538 DIS · MANIBVS
NICONI · L · IV
L LI · VESTINI
SER · LIBRAR
MATER · FEC
F · CARISSIMO
Ad D. Agnetis Via Nomentana.

539 DIS · MANIBVS
ILO · C · IVLI · POSTVMI
LIBRARIO · VIX · AN · XXIV
MENSES · VI
· · · VS · PATER
Penès Lapicidam ad S. Spiritus in Saxia.

540 DIONYSIAE
TI · CAESARIS · AVG
ORNATRICI · MTERN
POSVIT
TERTIVS · LIBRARIVS
ET · ANTA
CONSERVI
Vinea Ottina ad Portam Latinam.

Inter

Inter artifices quoque ingenuos, *Librarium*, hoc est librorum Scriptorem vel Glutinatorem, dat nobis hæc nuper reperta inscriptio Musei Ciampini.

541 L·VOLVSIO·AEGIALEO
SYRILLIO·LIBRAR
ROGATV·VOLVSIAE
EROTIDIS

Libraria item mulier vocatur in hoc fragmento,

542 . . . .
AVG·L·LIBRARIA
CON·SVO·PIISSIM
ET·BENEMER·ET·SIBI
Vinea Ducis Lantes Via Nomentana.

non à libris scribendis vel glutinandis, sed à libra, tanquam partiendis pensis præfecta, ad quod illud Iuvenalis adducitur Satir. VI. vers. 475,

si nocte maritus
Aversus jacuit, periit Libraria, ponunt
Cosmetæ tunicas.

ita interpretante ibi Vetere Scholiaste, *Libraria*, *Lanipendia*, cujus nuncupationis est IRENE ista apud Reinesium Class. XI. num. 38:

543 D · M ·
IRENES·
LANIPENDAE·
V·A·XXXIII·
OLYPVS·
CONTVBERNALIS
BENE MERENTI
FECIT·

ostenditque Zophorus Fori Nervæ in Admiran. Rom. Antiq. descriptus pag. 66. in quo inter Opera Lanificii Mulier num. 3. cum libra adstat, quò nostrum Librariæ nomen munusque asserat: contradicat licèt Pignorius de Ser. pag. 114. ex hoc marmore; A

544 SEXTIA XANTA
SCR·LIBRARIA B
EM · OL · II.

quia si integrè inscriptionis plenioris portio expendatur, quæ ita jacet in Grutero pag. DXCIV. 3 C

545 SEXTIAE·L·TERTIAE
TONSTRICI
SEXTIA·XANTA D
SCR·LIBRARIA
EM · OL · II

pronum est, SER, *Servam* scilicet *Librariam* emendare, ut Reinesio quoque visum fuit Epist. XXXI. pag. 158. lin. ultimâ: itaut SEXTIA TERTIA patrona, XANTA autem illius ancilla & *Libraria* fuerit; Tonsores siquidem & Tonstrices (ut obiter dicam) tum inter officia servilia, tum inter artifices nulli servitio addictos numerabantur, ut in Grutero pag. DLXXIX. 8, & MCXVII. 8, atque in hoc nostro lapide: E F G

546 P·PETRONIVS
P·L·PHILOMVSVS
sic TOSOR·DE VICO H
SCAVRI·IN·FR·P·XII
IN·AGR·P·XVI
Vinea Beniucasa Via Appia Cippo Tiburtino rudi.

unde minùs mirum est Libertæ huic Tonstrici Servam Librariam adfuisse. Præterea, grammaticæ leges non sinunt, masculinum *Scribæ* nomen, feminę commune fieri. I K

In nostram sententiam de *Libraria* idest *Libripende* Sponius inclinasse videtur in explicatione hujus Epigrammatis, Miscellanear. Sect. VI. pag. 224. L

547

MEMPHIS	M·ATIVS	CORINTHVS
POMPEIAE LIBRARIAE	ATIAE·L	MARCIAE·CVB
V·A·XX	VALENS	V·A·XXV

Librarii

A *Librarii dicti videntur, qui pondera librabant, eò quòd apud Modestinum lib. VI. cum Calculatoribus coniungantur,* μηδὲ λιβραρίους μηδὲ καλκουλάτορας οὓς διαψη-
B φιστὰς λέγομεν &c.; nisi quòd indistinctè Viris quoque Librariis etymon hoc applicat, nullo quidem idoneo exemplo: Nam ex relatis Modestini verbis nîl mi-
C nùs quàm cum Ponderatoribus coniungendos ex similitudine muneris *Librarios* constat; tàm enim I. C. in ea l. quæ est 14. D. de excus. Librarios, quàm Cal-
D culatores pares iis facit quos διαψηφιστὰς hoc est *suffragiorum disquisitores* Græci vocant.

Opportunè hìc inscriptionem Gru-
E teri pag. DLXXXV. 5, & Scaligeri pravam ipsius explicationem emendabimus; ubi in Indice cap. VII. Tyrannum hunc Scribam Librarium alterius Tyran-
F ni vocat:

548 TYRANNVS · ACTES · L
VERNA
G SCRIBA · LIBRARIVS
TYRANNI · ET · GEMINAE
FILIVS · VIX · ANN · XXXIII
DECESSIT · NICOMEDIAE
H SVPERSTITE · CLAVDIO
VITALE

fuit enim FILIVS, ut omissum hoc verbum lineâ 5. ex MS. Peniæ supplevimus.

I

LIX		
	ΟΥΡΒΙΚΙΩ	*Vrbicio*
	ΜΗΤΗΡ	*mater*
	ΦΗΛΕΙΚΛΑ	*felicla*
K	ΕΠΟΙΗCΕΝ	*fecit*

Felicla per aphæresim frequentiùs forsan legitur, quàm integro & non abscis-
L so cognomine FELICVLA. Exemplum dedimus in *Calpurnia Felicla* inscriptione 423. hujus Capitis; nova suppetunt ex sequentibus.

549 AEPOLO
IMP · T · AVG · DISP
GALBIANO
GEMINIA · FELICLA
CONIVNX · ET
C · GEMINIVS · SPES · F
B · M · POSVERVNT
Apud Nobb. de Patritiis.

550 D · M
SERTORIAE
FELICLAE DO
MI AEQVO VI
XSIT · AN XX · PO
SVIT · M · VA · TER
NI · VS · BENEMEREN
TI · MATRI ·
Reines. pag. 712.

551 VIPSTANAE · HOSPITAE
COIVGI BENEMERENTI
ET VIPSTANAE FELICLAE
ET VIPSTANAE EROTINI
FILIABVS · SVIS FECIT
EVCHOMENVS VIPSTANI
APRONIANI L · POSTERISQ · SVIS
SER
Hortis Vrsinis ad Esquilias.

552 D · M
SERGIA · FELICL
A A SERGIO FORTVN
ATO FILIO DVLCIS
SIMO QVI VIXIT AN
NIS XIII MESES V · DI
IEBVS XIIII ET ROMA
NE SOROR HVIVS
QVE VIXIT ANNIS
XIIII MESIBVS VI
MATER PIENTISSI
MA DVLCISSIMA
FILIO ET FILIE SE
VIVA FECIT
Villa Medicea ad Flaminiam.

553 LABERIA · FELICLA
SACERDOS · MAXIMA
MATRIS · DEVM · M · I
Hortis Matthaiis.

554 TRE-

554 TREBELLIA·L·L·TERTIA A
SIBI · ET
SILIAE···FELICLAE·DELICIO
LIBERTABVSQVE··QVI·VBI
EGO·CONQVIESCO·CVM·VRNA·ATAVI·CINERES B
SVAS·PONAT·QVAE·ADVERSVS·FECERIT···
DAMNAS · ESTO · D · HS · H · M · H · N · S

Sic legenda videtur inscriptio Oxoniensis pag. 115.

555 C·TESPRIO·MASCELLIONI·VISELLIA C
FELICLA·MARITO·INCOMPARABILI
POSVIT

Ex Ioanne Lucio. D

556 L·ATINIVS· ATINIA·L·ET·
FORTVNATV Ↄ·L·FELICLA·
VIXIT·ANN· VIXIT·ANN·
XXVI XXX· E

Villa Corsina.

357 DIS · MANIBVS · SACRVM
CORNELIAE · L · F · SABINAE
VIXIT · ANNIS · XIII · MENS F
III · CORNELIA · FELICLA · ET
L · CORNELIVS · MATERNVS
FILIAE · PIAE · MATER · FECIT·

Vinea Nobb. de Marescottis à Muro Torto. G

558 HORATIVS·L·L·HAEMO
NATTA·L·L·ZOSIMA
GRATIA·L·L·MARTIA
GRATIA·L·L·FELICLA

è schedis Barberinis.

559 DIS·MANIBVS·SACRVM
CORNELIAE·L·F·SABINAE
VIXIT·ANNIS·XIII·MENS
TRES·CORNELIA·FELICLA·ET
L·CORNELIVS·MATERNVS
FILIAE·PIAE·MATER·FECIT

Ex eisdem.

560 L · ATILIVS · EROS
MECIAE · FELICLEA
A·FVFICIVS·FEROX
L·CANINIVS·RHESVS
VIBIA · PROBITAS
POSTERISQ · SVIS

Prope Mausoleum D. Helenæ in muro Columbarii.

561 D · M
PLAVTIAE·FEL
ICLAE · CONIV
GI · DVLCISSI H
MAE PLAVTIVS
RHENVS · FECIT
QVAE·VIXIT·AN
NIS·XXXV·MENSIBVS I
VIII · DIEBVS · V

Vinea Nobb. de Capizucchis ad Portam Salariam.

562 D · M · S K
CVRIA·FELI·
CLA·PIA·VIX
IT · ANNIS
LXXXV· L
H·S·E

Florentiæ ex Africa advecta.

563 DIS·

A 563 DIS · M ·
LORIFLANIAE
FELICLAE · FECIT
FELIX · · · · · · · · ·
B BENE · MERENTI

Hortis Matthaiis.

C

D

NOTAE

E * *pag.* 119. I. *PATRONO·HERCV-LANOR·CAENINENSI*] Hoc aliud de eodem Q. Livio inſcriptionis fragmentum proſtrat in pavimento Eccleſiæ
F Trebulanæ.

564 Q · LIVIO · Q · F
VELENIO · P
SEVERO·DVCEN
G TRIB·SEM·LEG·X
PRIMIG·PRAEF
SEM·COL
CLASSICAE·PATRONO
H CVLANORVM·CAENIN

De Sacerdotio autem Cæninenſi tres extant inſcriptiones apud Gruterum pag. CCCLXXXV. 1, CDXXXVI. 5, & CD-
I LXXXIV. 6; quale tamen fuerit, & ubi Templum conſtiterit, incertum adhucuſque remanet. Inſcriptiones noſtræ aliquid pluris adiungunt; fuiſſe nempe Sa-
K cerdotium iſtud *Herculanorum*, ſodalitii ſcilicet aliquorum Herculis cultorum. Et ſi loci vicinitas aliquid conferre valet, cùm Cænina Arx ab Holſtenio in Notis
L ad Cluver. pag. 103. Monticellium recens reputetur; proximitas Trebulæ, coniecturam facit, LIVIVM iſtum è proximo patrocinium Cæninenſium ſuſcepiſſe; Holſteniique proinde opinionem roborat.

* *pag.* 136. H. *MISSVS·DVOBVS·GEMinis*] in conſulatu iſtorum paſſionem Chriſti Domini incidiſſe, plures ex antiquioribus Sanctis Patribus voluerunt, approbante Eminentiſſimo Baronio. Hunc emendat dignitate æqualis, nec doctrina inferior Cardinalis Noriſius in nomine *Fuſii*, quod ex hac lacera inſcriptione FVFIVS reponi debet;

565 P·TVTILIVS·P·F·O
VETERANVS · SIGIN
AQVILIFER · LEG · V
CVRATOR · VET
ACCEPIT · AB · IMPE
PRAEMIA · DVPL
NATVS · EST · A · HIRTIO
VIBIO · PANSA · COS · DI
C·FVFIO·GEMINO·L·RV
GEMINO · COS · SIBI
PATECINGI · F
DEMINC AE
ANDOBLATONI · P · F
GNATAE · P · F
T · F

& Panvinium in prænomine Rubellii LVCIO, non ut apud ipſum in Faſtis C.

nuncupandi: emendat inquam in sua Epist. Consul. pag. 9. (præstat enim tanti Viri authoritatem, meæ ad Colum. Trajani pag. 197. observationi, eodem suæ editionis anno Typis consignatæ, anteponere.)

* *pag.* 137. A. *SANCTISSIMO·HERCVLI·TYR·*] Quantùm Reinesio debere fatemur de emendatione hujus inscriptionis sibi 64. Class. I, ubi Cohortem hanc VI. Prætoriam VALERIANAM & GALLIENIANAM vocari debuisse putat, exemplo scilicet similium appellationum III. Cohortis *Vlpiæ* in Grutero pag. DXVI. 9, VII. *Severianæ* pag. MXIII. 10, & Coh. V. VII. & X. *Antoninianæ* pag. XL. 9, Prætoriarum omnium; tantundem offendor explicatione hujus notæ TYR pro TYRANNO; cùm planum sit *Herculem* TYRIVM intelligere, non autem TYRANNVM, eum, qui Diomedi Threiicio, Busiridi, Lyco, Pyrechmo, Euryto, aliisque passim Tyrannis, iniustè scilicet dominantibus, perpetvum bellum intulit: Sinamus enim Poëtas artis suæ licentiâ usos, *Tyrannos* pro *Dominis* accipere, nec vim receptissimo verbo inutiliter inferri patiamur. TYRIVM itaque *Herculem* lego, numen (inquam) quod ibi *maximè colitur*, ut ait Cicero de Nat. Deor. lib. III, cujus verbis consentiunt hæc apud Strabonem lib. XVI. *colitur apud eos Hercules majorem in modum*: Testificantur id quoque plurimi ejus Vrbis nummi cum Hercule, vel Ambrosiis Petris, super quibus ejus monitu novam Vrbem constructam credebant: Quos perquire apud Vaillantium lib. II. de Numism. Coloniar. in Caracalla pag. 69, Diadumeno pag. 104. Gordiano III. pag. 216, Philippo pag. 251, Treboniano Gallo pag. 311, Valeriano pag. 337, & Gallieno pag. 351. Quinimò in Coloniis quoque Tyriis, & præcipuè in splendi- A
dioribus, Carthagine, & Gadibus, diffusum Herculis cultum accepimus.

* *pag.* 137. I. *AELIVS·TIMOXENVS*] Vltra emendationem quam ex B
autopsia hìc & alibi, perversis ut plurimùm Langermanni schedis adhibemus,
ex quibus Reinesius Class. VIII. num. 74.
hanc eandem inscriptionem transcripsit: C
in ipsum Reinesium, sine tamen contumelia eruditissimi senis invehimur; unde
nam habuerit percunctantes, Glyconianam hanc centuriam à Sempronio illo D
Glycone Senecionis liberto nomen sortitam, cujus pag. DLX. 11. Gruterus meminit? Quemadmodum enim *multi*,
quòd ajunt, *Manii Ariciæ*, ita multò E
plures cognomento Glycones Romam, Orbemque Romanum incoluisse possibile est: & ipse qui in suam Eponymiam
tantum studii contulit, eligere poterat in F
Grutero ingenuos hosce homines, C. Selicium, L. Iunium, (ex emendatione in Notis ad pag. XLII. 6.) Ti. Iulium, Sem-
pronium, C. Egnatium, M. Antonium, G
L. Marcium, L. Cornelium, Sex. Aufidium, atque Aurelium, *Glycones* omnes, imò & svum L. Cornelium Glyconem
Inscr. 31. Clas. VI, unicuique ex quibus H
meliùs quàm Sempronio suo Glyconi Sempronii Senecionis liberto, nobilissimæ militiæ centuriatum conferret. Tot
Glyconibus, aliisque forsan inobservatis, I
nostros quoque attexamus.

566 GLYCERO·FILIO·QVI·VI
XIT·ANNO·I·MENS·VIIII K
DIEBVS XV
L·GAVIVS·GLYCON·PATER·INFELIX
è schedis Barberinis.

567 DIS·M
C·LORANI·GLYCO L
NIS·LORANIA
STACTE·FILIO·PIISSIMO
In urnula propè D. Martinam.

568 D·M·

A 568 D·M·CAELIAE·SOPHE·V·A·IIX·M·VI·D·XIIX
C·CAELIVS·SOPHOS·FIL·PIENTISSIM
ET·C·CAELIO·GLYCONI·V·A·IX·M·VI·D·VI
CALLISTVS·FIL·DVLCISSIM·F
B *è schedis Barberinis.*

569 DIIS
MANIBVS
TI·CLAVDIO
C ZOSIMO
VIX·ANNIS LXXXV
ET·GLYCONI·F·EIVS
VIXIT·ANNIS·XXVIIII
D CLARVS·PATRI
ET·FRATRI·ET
ATTHIDI·SORORI
SVIS·FECIT
E *Propè Sanctum Isidorum.*

570 D·M
M·VALERIO
GLYCONI
F VIX·ANN·VI
M·XI·D·X
CALIPPVS·FIL
DVLCISSIMO
G *Visis ad D. Febroniæ.*

571 DIS·MANIBVS
LVCILIAE·SP·F
MELITINES
H D·LVCILIVS·GLYCO
SORORI·CARISSIMAE
ET·BENEMERENTI
ET·LVCILIAE·D·F·MELITINE
I IDEM
GLYCO·ET·LVCILLA·HELPIS
PARENTES·FECERVNT
è schedis Barberinis.

K • *pag.*145.L.*VNGENTARIVS*] Inter ea verba, quæ litem inter Grammaticos faciunt, istud est; an scilicet *unguentum* (ut jam communiter scribitur)
L per V in secunda syllaba, an ultimâ vocali abiecta, ut in nostra inscriptione, rectiùs exponatur. Authoritates pro utraque scripturâ refert ad voces *Vnguentum*, & *Vngo* Dausquejus; qui in eo fallitur, ut *inscriptionibus pauculis Vngentarium scribi* autumet, dum pauculis illis à se observatis, septem istas ex nostrâ Collectione superaddimus.

572 Q·TERENTIVS·SEX·LIB
AGESIDAMVS·VNGEN
VALENTINIANI·AVGVS
TERTVLLA·A·F·VXOR
è schedis Barberinis.

573 T·FLAVIVS·T·LIBERTVS
PHILIP·VNGENTARIVS
VIC·LORETI·MIN
FECIT·ET·SIBI·ET·FLA
VIAE·SPERAT·FIL·SV
Ex eisdem.

Sponius addit V controversum pag.236. in Miscell. contra quàm Reinesius in secunda quæ est illi num. 117. Class. XI, & contra veritatem utrobique. In sequenti idem peccatum admisit, sed lapis ipse negligentiam sollemnem sibi redarguat.

574 C·POPILLIVS·C·L
PHILEROS·AEQVITAS
VNGENTARIVS
In Villa Pamphilia.

575 C.NOVIVS
ACASTVS
VNGENTARIVS
IN·F P·XIII·IN·AG·P·X
Eugubii ex schedis Barberinis.

576 T·FLAVIVS
AVG·LIB
EGLECTVS
AB VNGENTIS
FECIT·SIBI
Ex schedis Cl. V. Commend. à Puteo.

577 C · STLACCIVS
C·L·GAVDVS
C · STLACCIVS
C·L·SVAVIS·F
STLACCIA
C·L·HILARA
STLACCIA
C·L·SATVRNINA
SIBI·ET·SVIS



L·SCANTIVS·L·L
CLARVS
AVGVST·SIBI·ET
SCANTIAE·L·L
HILARAE·VXORI

LIBERTIS·LIBERTABVS
POSTERISQVE·EORVM

INFR·P·XXVII

L·FVLVIVS·L·L·FELIX
VNGENTARIVS
CVRTIA·Q·L·PRIMA
FVLVIA·L·L·SYNTYCHE
L·FVLVIVS·L·Ɔ·L·FAVSTVS

LIBERTIS·LIBERTABVS
POSTERISQVE·EORVM

INAGR·P·XXXIII

T·MANIA A
VS·T·ET·Ɔ·L
STATIVS
CORNELI
A·L·L·ERO
TIS B

SIBI·ET
SVIS C
Q·VETVRIVS
Q·L·FELIX
SIBI·ET·SVSV

Vinea Nobb. de Burattis ad Salariam.

578 DIS·MANIB
C·IVLIO·C·F·HOR
CLEMENTI·VNGEN
IVLIA·PRISCA·VXOR
CONIVGI·BENEMER

In urnula apud Nobb. de Cicciaporciis.

579 · · · · · · · · · · · ·
C·L·PHILAR
GYRO·VN
GENTARIO
ISQ·FAMI
LIAM·SVAM
MANVMISIT
PECVNIAMQ

Venusii è schedis Vaticanis.

* *pag.*146.B·*ANNIS·N·XXVIIII·DIES·N·XXXV*] Annis *numero* XXVIIII, dies *numero* XXXV. vixisse Iuliam Afroditem, ita explicatâ siglâ N, necessariò dicendum videtur; sic namque ultimum, quod cum ceteris damus exemplum, NVM expresse, & post per eandem notam N. ter, idem significat.

580 D · M D
EVDAEMON
EVDAEMONI
FILIO E
DVLCISSIMO
FECIT
VI·A·N̄·II
M·VI

Vinea Guerreria ultra Pontem Milvium. F

581 INNOCENTIAE·FILIAE
DVLCISSIMAE·QVAE
VIXIT ANNOS N̄ III G
MENSES N̄ II D XXIII·
·IN PACE

Apud D. Bernardum Pocaveum.

582 D · M · S· H
Q·KAMILIO·CYRIO
DORO·VIXIT·AN·N·LV
IIII·M·I·D·XXVI·CASSIA
AELIANA·VXOR·MARI I
TO·ET·KAMILIA·EVGENI
A·FILIA·BENEMEREN
TI·FECERVNT

583 D M
FVLVIVS · CHARISIVS · IN · HYPOGEO K
INSTRVXIT · N̄ · XIII · SIBI · ET · SVIS · LIB
CHARISI · HABE · ET · TV · QVI · LEGES · BE
EGO · OMNIBVS · MEIS · BENE · FECI · ET · QV
PSI · PER · ERRORE · IGNOSCETIS · DECE L
I · SCIATIS · AMICI · TRES · VXORES · H
QVIDEM · DOLVI · SET · NON · SVNT · QVA
MODO · QVARTARIA · SORTEM · DVCTAM · SV

Ex schedis Barberinis utraque.

A 584 AVR CASTORI | NE MERENTI QVI
VIXIT PLVS MI | ANNIS N·XVIII DES
CESSIT III IDV | N

In pavimento Sanctæ Cæciliæ.

B 585 CAECILIAE · SEMPRONIAE · SATYRAE
QVAE · VIXIT · ANNV · NVM · XXIII
ET·FVIT·IN·CONIVGIO·ANNIS·N·V
MENSIBVS · N · II · DIEBVS · N · XXI
C VALERIVS·CORINTHVS·COIVGI·DVLCISSIMAE

è schedis Barberinis describente R. P. D. Suario Episcopo Vasion.

Non omittam, (postquam opportunè occasio obvenit) notam quoque numeralem per N significari, sive *nonaginta* juxta hunc Vgutionis versum,

D

N. nonaginta capit, quæ sic caput esse videtur,

E sive *nongenta* cum Baronio ex hoc alio,

N. quoque nongentos numero demonstrat babendos.

ita admonente V.Cl.du Cange in Glossario: Et pro XC intellexit Nuperus Scriptor in explananda hac Epigraphe in Sepulchro Gentis Nasoniæ ad Viam Flaminiam Anno MDCLXXIV. detectâ.

F

G

586 D · M
L·VOVSIO·VALENTINO
FECIT · SCADRIA · FOR
H TVNATA·COIVX· QVAE
VIXIT·CVM·IVM· ANN
IS·X·M·III· COIVGI·BE
NEMERENTI · QVI · VI
I XIT·AN·XN·M·III·DIE
BVS · V · BENEMERENTI
FECIT

Sed ego notam istam uti recentiorem à vetustis inscriptionibus excludo, nullum enim hujus rei vestigium alibi me offendisse memini. In hoc autem, quod pro exemplo noviter obtruditur, inconsiderantiam non modicam invenio; quia si ætas Valentini fuit annorum X de nonaginta, hoc est LXXX, demptis ex his decem quos cum Scadria coniuge peregit, bellulus hic sponsus septuagenarius ex nova ista interpretatione emerget. Vel igitur in lapide pluribus mendis scatente Quadratarii errorem agnosco, N literâ pro L abutentis, vel græcam quinquagesimi numeri significantiam notę N tribuentis, prout Dausquejus in Ortographicis Vol. I. pag. 197. fieri posse voluit: ita enim constaret ætas ad nubendum apta annorum XXX, qualem Hesiodus lib. II. oper. & di. requirit, & congruam in viro esse statuit.

K

* *pag.* 147.G. *PROFVSIONES·PARENTALES*] *Profundere* hìc loci, haud est *perdere* aut *prodigere*; sed irrigare & spargere sepulchrum vino, lacte, cęterisque liquoribus ingeri solitis, ut suprà Cap. antecedenti pag. 69. D. ex Kirchmanno monuimus: Sicque etiam accepisse video Sponium in Miscell. pag. 161. ad hanc inscriptionem quam ex Gualthero desumpsit.

587 F V T I AE · C · F
L L O L L I A N AE
FILIAE · PIISSIMAE · C · FVTI
VS·ONIRVS · ITERVM II VIR ITEM
DEDIT·DECVRIONIBVS·HS·X·N
VT · EX · VSVRIS · EORVM QVOD

QVOD

QVOD ANNIS VII IDVS APRILES A
NATALE FILIAE MEAE EPVLAN
TES CONFREQVENTETIS
HS · CCCC · N ET IN PROFVSIONI
BVS HS · CC · N NEQVE IN ALIOS B
VSVS · CONVERTATIS
L · D · D · D

* *pag.* 147. C. *FRATRI · ET · COGNATAE*] Cognati propriè ji vocantur, qui *ex uno nati*, ut ait Vlpianus in l. 1. D. und. cogn. *quasi commune* nascendi initium habuerunt; vel, ut Modestinus in l. non facilè 4. *qui quasi unà, communiterve nati, vel ab eodem orti, progenitive sint*. Ita quidem melioribus latinitatis sęculis; sed posterioribus temporibus aliud obtinuit, ut nempe *cognatus* vir sororis; quemadmodum *sororius* uxoris frater dictus sit, ut testem habemus hanc veterem inscriptionem;

588 B · M · IN · PACE C
FLANIGGO · SCVTARIVS
SCOLA · TERCIA · QVI
VIX · ANN · L · M · XV
MILITAVIT · ANN · VI D
COGNATVS · DVLCISSIMVS
SORORIO · AMANTISSIMO

Gruterus pag. MLII. 11

cui accedit hæc alia apud Boissardum To. II. pag. 127. sub stemmate viri & feminæ, manus maritali concordiâ jungentium. E

589 P : VEDIO · DIOGENI VEDIAE · FELICVLAE F
FRATRI COGNATAE

* *pag.* 148. B. *VIXIT · BENE · ET · CONSVMMAVIT · BENE*] Christiano homine verè dignum præconium, quod meritissimo jure delatum anno superiori reperi in hoc lapide ad tumulum Sanctæ Christi Martyris Fructosæ, cujus ossa legi in Callisti Cœmeterio.

590
FRVCTOSA BENE VIXSIT
VENE CONSVMASTI G

Hic alius in parmula ad extremum philosophatus, *benè se vixisse, securumque jacere* profitetur. H

592 S · MANIBVS
AE · SATVRNINAE · F
EMERITAE · V · A · XLV
RESCENTI · AMICO · MEO I
· · CONIVGI · EIVS
V · A · XXXX
VCCEIVS · FELIX
CIT · ET · SIBI · ET · SVIS K
TER · EORVM
VS.) SER · NATION · BESSVS · OLEAR · DE · PORTI
VENETIAN · PARMVL · VIXIT · BENE · IACET · SECVR

* *pag.* 152. A. *ET · VARIVS · KAR · P · P FECER*] Siglas illas P · P interpretor *Per Partes*, vel *Pro Parte* suà inter duos enunciatos Iuncum & Karum: nam sic quoque in inscriptione 229. hujus Capitis legitur, Hermetem & Eutrapelum P · P · S *pro parte sua* monumentum fecisse, quod *pro parte sua* Chrysis emit: Nec L

aliter

A aliter quàm P.P. *pro parte* DIMIDIA intelligi poteſt inſcriptio num. 282.

* *pag.* 152.F.*AREA &c.HVIC.M.C*] *Huic monumento cedit*, ſiglas iſtas legendas indicimus, exemplo ſimilis præſcripti apud Gruterum pag. CCCXCIX. 1 HVIC MONIMENTO CEDVNT AGRI PVRI IVGERA DECEM, & pag. DCCCXXIII. 8 HVIC TITVLO CEDVNT QVOQ*uoversùs* PED*es Quadrati* BIN*i*; itemq. pag. CMLXIV. 2 HORTVS ET DIETA SEPVLCHRO CEDAT. Aream igitur monumento cedere, eſt in ipſius gratiam conſtitutam eſſe, ad ipſumque pertinere; ut exprimunt hæ noſtræ, ultra aliam quam ſuprà Cap. II. num. 134. expoſuimus.

B

C

592 AELIAE · P · F · AGRIPPINAE
CASTISSIMAE · BENE
LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · SVIS
D H · M · E · H · N · S
HVIC·MONVMENTO·CEDIT·AREA·QVAE
EST· ANTE · ET · MONVMENTVM· MAC ....
QVAE · MACERIA · OB · HANC · AREAM · A
E TELESPHORO · AEDIFICAT ....

è ſchedis Barberinis.

593 · E · VIVI · COMPARA ....
F L · VALENTINA · ET · ASSYRIVS
CHARITO · LIBERT · LIBERTAB · POS
TERISQVE·EORVM·IN·FRONTE·PED·XI
IN · AGRO · PEDES · XIII · NE · POST · ALI
G QV · AVT · BENDANT · AVT · DONENT
ITEM · ARIOLA · PERTINENTE · AT
MONVMENTVM · PEDES · XII · PER · X

Ex Gualthero.

H 594 LICTORIAE · CHERVSAE · VIXIT · ANNIS · XV
MENSIBVS · VII · DIEBVS · V · FECER · L · VETVRIVS · PVDEN
VIR · ET · LARCIA · AVCTA · MATER · HVIC · MONIMENO
CEDIT · CVM · VINIOLA · SOLA · SVO · FINE · VINIAE
I ET·E REGION· PISCINAE· ET· CANALIS· VSQVE· AD· ARIAM
ET· AREA· CVM· EDIFICIS· ET· HORREO·ET·CISTERNAE·IN
SOLAR·ET·E REGION ·EIVS·VSQVE·AT·AD·ARVNDINETVM·CVM·ITIN
QVAE · SVN · DETERMINATA · ET · COLLIGE · IVG

In Civitate Caſtellana ad Hoſpitale.

K Iſta ultima verba, puto intelligenda, ut ſuperficies *Vineolæ*, *Aedificiorum*, cęterorumque enunciatorum membrorum, quę monumento cedere juſſa ſunt, aream
L Iugeri colligant, atq; conſtituant; quemadmodum in ſequenti Inſcriptione id expreſſum habemus, in poſtremis illis notis Q. F. IVG, *quæ faciunt jugerum*:

595 A·CAESENNIVS·GALLI
L · H E R M A
A · CAESENNIVS · ITALICVS
CAESENNIA· L·L· EROTIS· VXOR
FECERVNT · SIBI · ET · SVIS
LIB · LIBERT · POSTERISQ · EORVM
SEPVLCHRVM·MACEREIS·CIRCVM·CLVS M
IN·FR·P·CCC·IN·AGR·P·XCVI·Q·F·IVG

In Epiſcopio Portuenſi.


unde

ūnde recta habetur mensura Iugeri per Lucam Pætum ex veterum authoritate constituta, pedûm quadratorum 28800; tantundem quippe resultat ex CCC. pedibus per XCVI. multiplicatis, ut patet.

Absque inscriptione ulla quidem (quę forsan in partibus abruptis contineri potuit) sed cum evidentia ejus quod diximus, observandus est hic lapis, quem in A
Cœmeterio B. Helenæ inveni jacentem, & in plura fragmenta dissectum, in quo ichnographia Monumenti in A, itemque areæ, tum loci circa illud puri, tum ædifi- B
ciorum, vineæ, arbusti, & harundineti, additâ pedum mensurâ, ob oculos diligentissimè proponuntur.

LX

C



D E F G H I K L

* *pag.* 155. E. *PERMISSV · COLLIBERTORVM*] Liquet hinc, inter Patronorum prę-

A rum prærogativas, eam non fuiſſe, ut juris quicquam haberent in ſepulchra ſuorum Libertorum, quia, ut in eis recipi poſſent, Collibertorum permiſſione egebant, ut
B in alia quoque inſcriptione L · CISPI GEMELLI num. 259. repetitum videbis.

* pag. 158. A. *IN · VIRDIARIO*
C *PARTIS*] Sic iterum ſequenti paginâ lit. H. Quod in inſcriptione IX. Capitis antecedentis, & ad eam Notis, *Cepotaphium* vocari diximus, hoc eſt, Sepulchrum ſubdivale, & (ut Vitruvjus vocitare amat) hypętrum, idem de hoc *Virdiario* replicandum eſt: planè enim ſequentes inſcriptiones diſtingvunt Viridiarium à Monumento, tanquam locum apertum ab operto.

LXI

QVICQVID·IVRIS·HABVIT·IN·HOC
MOMVMENTO · ET · VSTRINO · ET
D VIRDIARIO·ET·OLLAS·CN·PAPIVS
CHILO · EA · OMNIA · EMIT · LVCRETIA · Ↄ·L
IVCVNDA . . . *abraſum* . . . . .
LAELIA · P · L · EVPHROSINE

E

LXII

V·
A · DVLPIVS · A · L · CERDO
IN·VIRIDIA/R · OLLAS · TRE/S
F CONTINENTE/S·IN·MONVM· OLLAS·VI

Vtraque ex Villa Corſina apud me.

596 RVTIL
G R FLOR
IN·VIDIARIO
OLLAS·XII

Ibidem.

H Eâdem notione hoc verbum acceptum videmus apud Cangium ex quodam Monachorum Tabulario: verùm accuratiſſimum Scriptorem ſupplere liceat,
I ut quod ille ad *Cœmeterium pro Monachis* coarctat, ad quamcumque ſubdialem ſepulturam explicemus.

* pag. 158. C. *MAECENATIAE*]
K Adverſus hanc *Mæcenatis* ſcribendi per AE diphtongum in prima ſyllaba rectam rationem, inſurgunt velut agmine facto Lexicographi omnes. Nos ex no-
L ſtro hoc marmore, ex Inſcriptione 313. Cap. I. aliiſque VI. apud Gruterum, & tribus ſequentibus è Schedis Barberinis, aliiſque, hanc lectionem tuemur.

597 C · MAECENATIS
PACORI
VIX · A · XXV

598 FAVSTO
C·MAECENATIS
DYMANTIS · L · V · A · XX

599 C·MAECENATI
MAECENATIS·IPSIVS·L
LYSIAE

Capuæ apud Ruffos ex ſchedis Barberinis.

600 C·MAECENAS
PTHONGVS

Apud Mazzantes.

601 DIS · MANIBVS
TI · CLAVDIO · AVG·L
PAEDEROTI·MAECENATIA
TROPHIME · CONIVGI
CARISSIMO · BENE
MERENTI · OB · HOC
FECIT

Muſeo Ciampini.

 602 DM

602 D M
C·MAECEN
SATVRNIN
PACCIA·EX
CONIVGI
CONQ
SINED
Ad D. Silvestri Theatinorum.

603 C·MAECENAS
C·L
CELER
Museo Sabbatino.

* *pag.*168.I. *ME·PATRIAE·REDDITVM*] Duobus craſſis lapideis tabulis hæc Inſcriptio continetur,quæ modo Muſeum Eminentiſsimi Cardinalis de Carpineo locupletat. Cuiuſlibet earum latitudo eſt pedis unius; in altitudinem pedes quinque ſemis ſcriptura occupat. Tertia quæ deſideratur, & cujus defectu ſenſus interrumpitur,fruſtra quęſita fuit. Integræ nihilominus orationis contextus ita coniecturâ eruitur. Vir quidam anonymus, primarius certè & fortaſſe conſularis, cujus collegæ Marci Lepidi forſan ipſius M.Lepidi Triumviri in Magiſtratu aliquo lineâ 13. habetur mentio, impio Triumviralis proſcriptionis edicto ſubditus, uxoris pietate, conſiliis, & opibus conſervatus, illius pericula, imò & damna quoque per eam paſſa, fortè ob occultationem ſui ipſius, primò recenſet, (*nam iis quoque qui occultarent aliquem ex proſcriptis mors propoſita erat*, ut ait Dio lib. XLVII.) quomodo ſcilicet tracta, indignumque in modum rapſata, livoribus corporis repleta, & volneribus exceptis, inportunam crudelitatem patientiâ ſuperaverit. Hæc tamen leviora, minimeque admiranda putat cęteris conlata virtutibus; & præſertim memorando & præclariſsimo facinori,per quod à viro quicum concordiſsimè ac per tot tantaque maritalis benevolentiæ officia vitam duxerat, dolens A
ipſius orbitatem, ſuamque infecunditatem reputans, divertium agitare, atque à jugali thalamo ſecedere, aliamque in ſpem prolis ſubrogare, ſe promptam, B
quin & cupidam oſtenderit. Hoc ampliùs, ſe novam nuptam veluti ſororem ac ſociam, atque futuros ex ea liberos,
æquè àc ſuos habituram; nec patrimo- C
nii eatenus communis ſeparationem facturam; & pro viri libito miniſterium ejus commodis præſtaturam. Conſenſiſſe quidem, ægerrimè quamvis, ſe vir D
fatetur; ſed tamen ſemetipſum increpat, quaſi uxori ſinè proprio dedecore morem gerere fidemque exuere non poſſit. Fato
autem dum hæc agerentur functâ mulie- E
re, ſe ad deſiderium ac luctum reſervatum prolixè conqueritur, atque in promiſſo remanere apertè recuſat. Tandem
Deos Manes ejus precatus, ut quietam F
patiantur, atque ita tueantur, Orationem claudit.

Invidit nobis iniuria ætatis nomen mulieris hujus,perenni famâ dignæ,atque G
inter paucas celebrandæ; nec enim inter fidelitatis maritalis exempla,quę Dion,& Appianus occaſione hujus proſcriptionis
perſeqvuntur, ullum eſt, quod noſtræ H
Heroïdi congruere valeat.

Quod vir præ cęteris virtutibus in cõjuge miratur, & peculialiter extollit à
linea 48, illud eſt, ut alieno coniugio I
propriæ infecunditati ſuccurrere curaret, quemadmodum (ſi profanis ſacra conferre fas eſt) Sarai Abræ ſuaſiſſe legimus
Geneſ. XVI. 2: ſpecimen certè eximiæ K
virtutis in muliebri ſexu, naturâ ad Zelotypiam uſque ad furorem proclivi; itaut Plutarchus in catalogo Mulierum virtu-
te pręſtantium,Stratonicen Dejotari col- L
locaverit; eò quia ex Electra captivâ, quam viro ſuo clam ab omnibus conciliavit & coniunxit, filios ſuſceptos ſibi

ſuppo-

A supponi passa est, eosque materno affectu dilexit, ac regali magnificentia educavit.

Vindicias orthographiæ horum præcisè temporum occupavit eruditissimus
B Cardinalis Noris in explicatione utriusque Cenotaphii Pisani integrâ dissertatione IV. Videbis hìc & ibi eandem scribendi rationem ἐν τοῖς

C *imminentia* lin. 5, *inportunam* lin. 20, *inmortalitati* lin. 57.
acerbissumum lin. 11, *fidissuma* lin. 43, *ultumum* lin. 67.
D *benificio* lin. 12.
apsentis lin. eâdem, *supstituta* lin. 53.
volneribus lin. 17.
aput lin. 46.
E *derunt* lin. 58.
mæror lin. 63.
Di lin. 69.

De aliis archaïsmis, putà *rapsata* lin. 15,
F *quoi* lin. 18, *quom* lin. 23. & 49, *conlega* lin. 17, *conlata* lin. 30, sponsorem ipsummet eloquentiæ patrem habemus, in legibus illis, quas de religione propo-
G nit lib. II. de leg. *Non quidem ita priscis verbis conceptas ut in veteribus legibus, sed quò plus authoritatis habeant paullò antiquioribus quàm communis sermo fe-*
H *rebat*. Cicerone igitur, ac probis marmoribus fretus, Dausquejum exempla conferentem in sua Orthog. vet. & nova missum faciam.

I Pro *divortio*, *divertium* habetur lin. 41, hoc quidem absque exemplo (quòd viderim) sed maximâ cum ratione, tanquam debitum origini, & utrique ety-
K mologiæ quam affert I.C. in lege 2. D. de divort. *Divortium autem, vel à diversitate mentium dictum est, vel quia in diversas partes eunt, qui distrahunt*
L *matrimonium*.

τὸ *vocuam domum* lin. 33, sphalmati Quadratarii tribuendum puto, ex abusu quartæ, loco primæ vocalis.

Quamquam ego alibi non viderim id, quod Causidicis familiare, & frequens in Verris Accusationibus Dausquejus asseverat Tract. IV. cap. I, hoc est, *à versu novo, novam periodum incboare, rerumque distantias scripturæ interordiniis commetiri*, istud profectò in hac inscriptione observatum vides: addito etiam pro majori distinctione grandiusculo in capite periodi elemento, quod præ paginæ angustia imitari non licuit.

* *pag.* 170. B. *Vejentanum istud psephisma*] Vile, minimumque est in hac tabula id, per quod eam retulimus, nempe apicum observatio. Nam per eam firmari videtur coniectura, quòd honor Bisellii fuerit quidem proprius Augustalitatis, ut subdubitavit Valerius Chimentellius Vir maximæ eruditionis ad hoc marmor Pisanum,

604 D M
Q·L·ARGENNIO
Q·F·GAL·SEVERO
AEDILI·PISAS
Q·L·ARGENNIV
CHRESIMVS·PATER
QVI·OB·HONORE
BISELLI·HS·I·NV
REI·P·PISANOR
DEDIT

quod justâ Commentatione illustravit, in fine cap. XL; sed non absolutè, verùm *secundùm quandam prærogativam diversi & superioris gradus in eadem Augustalitate*; quamvis promiscuus omnibus Augustalibus, & ex æquo communis, ex Vejentana nostra inscriptione appareat. Apparet inquam primo intuitu; sed si penitus res examinetur, judicare cogimur, tanquam duo diversa Iulio Geloti concessam primò Augustalitatem fuisse, iterumque Honorem Bisellii. Distinguit enim periodos utriusque concessionis, nota illa / lineæ 10, repetita in

Ff 2 transi-

transitu ad diversam pariter materiam lin. 13. Idemque comprobat hæc inscriptio Abellina apud Gruterū pag. MIC. 2,

605 CN·PLAETORIO·VIVIRO
AVGVSTALI
BISELLIARIO
HONORATO·ORNAMENTIS
DECVRIONAL
POPVLVS· ABELLINVS
AERE · COLLATO · QVOD
AVXERIT · EX · SVO · AD
ANNONARIAM·PECVNIAM
HS·X·N·ET·VELA·IN·THEATRO
CVM·OMNI·ORNATV
SVMPTV·SVO·DEDERIT
L · D · D · D

in qua τῷ BISELLIARIO in 3. linea est quid distinctum, & veluti superadditum Augustalitati: si enim omnibus Seviris communis prærogativa foret; cur iste tantùm Plætorius præ sexcentis Augustalibus, quorum memoria in lapidibus cernitur, superfluo hoc titulo gauderet? A B

Illud etiam in aperto nunc est, Bisellium, non pro duorum sede, sed ad unius tantùm ornatum & honorem assignari, idemque ác Subsellium significare; ut de recentiori vocis acceptione testatur, exemplisque adstruit du Fresne in suo perutili ac locupletissimo Glossario ad hoc verbum *Bisellium*. C D

Ista tandem inscriptio ex ejusdem Gruteri Thesauro pag. CDLXXV. 3. E

606 C · TITIO
CHRESIMO · AVG · II
HVIC · ORDO · DECVRIONVM F
QVOD · PRO · SALVTE · ET · INDVLGENTIA · IMPERAT
ANTONINI · PII · FELICIS · AVG · ET · EX · VOLVNTATE · POPVLI
MVNVS · FAMILIAE · GLADIATORIAE · EX · PECVNIA · SVA
DIEM · PRIVATVM · SECVNDVM · DIGNITATEM · COLONIAE G
EDIDERIT · HONOREM · BIS·ILLI · QVO · QVIS · OPTIMO · EXEMPLO
IN · COLONIA · SVESSA · HABVIT · ET · VT · AQVAE · DIGITVS
IN · DOMO · EIVS · FLVERET · COMMODISQ · PVBLICIS · AC · SI
DECVRIO · FRVERETVR · ET · TITIO · CHRESIMO · FILIO · EIVS H
OB · MERITA · PATRIS · HONOREM · DECVRIONATVS
GRATVITVM: DECREVIT · ORDO · DECVRIONVM
ET · AVGVSTALIVM · ET · PLEBS · VNIVERSA

omnem dubitationem velut Tenediâ securi præcidit: Etenim per eam, C. Titio jam olim Augustali, imò & Augustali iterum, HONOREM · BISELLI (sic cum Chimentellio cap. XXXV. legendum puto) novâ dignitatis accessione Suessani Decuriones conferunt. In eo autem ab hoc Authore dissentio, quòd C. Titium non Augustalem, sed *Augusto libertum* nescio ex quonam Codice scripserit; repugnat hoc enim tum fideliori apud Gruterum scripturæ; tum tritæ illi rationi notandi *libertum* vel per simplex elementum L, vel per LIB. nusquam verò per LI: Tum demum observationi receptissimi moris, per quem liberti prænomine simul ac nomine Patroni potiebantur, ut Cap. I. pag. 27. F. probavimus; nam si Antonini Pii libertum crediderat, scire debuisset, *T. Aelium Chresimum* non C. Titium Chresimum vocandum fore. Minima tamen, ut dixi, hæc omnia in ea Inscriptione Vejentana sunt habenda, si illud præcipuum considere- I K L

A deremus, quòd ſiqua controverſia de
ſitu Vejentanæ Vrbis remanebat; ea om-
nino ſublata eſt ex loco unde lapis effoſ-
ſus fuit, in meditullio nempe ambitus
B rupium & mœniorum, quę munitionem
conſtituebant, & prope Iunonis Argivæ
Templum, inter Cremeram Fluviolum,
vulgo *la Valca*, & Caſtrum Inſulæ, ad
C ipſam Viam Vejentanam, quam à Caſſia
deducit Tabula Peutingeriana, noſque
ejus deflexum invenimus ad VI. lapidem,
hoc eſt ſtadio uno ultra novam S. Andreę
D Eccleſiam, & reditum in Caſſiam poſt
alia III. à Vejis milliaria, ut & Holſtenius
adnotavit ad Cluver. pag. 529. lin. ult.

Veji iſti, qui in nihilum occiderant,
E ita ut Lucanus lib. VII. Pharſal. cecinerit,

Gabios, Vejoſque Coramque
Pulvere vix tectæ poterunt monſtrare ruinæ:

F cui concinit Propertius lib. IV. Eleg. XI.

Et Veji veteres, & Volſcûm regna fuiſtis,
Et veſtro poſita eſt aurea ſella foro:
G *Nunc intrà muros paſtoris buccina lenti*
Cantat, & in veſtris oſſibus arva metunt.

H & poëticam hanc exaggerationem imita-
tus Florus, poëtico & ipſe quem affecta-
re ſolet ſtylo, dixerit lib. I. cap. XII,
Hoc tum Vejentes fuere, nunc fuiſſe quis
I *meminit? quæ reliquiæ, quodve veſtigium?*
Laborat Annalium fides ut Vejos fuiſſe
credamus: Veji, inquam, iſti ex nihilo
oriri per hanc inſcriptionem videntur. Et
K ſi Cluverius in ſuâ Ital. Ant. pag. 534. 20.
veſtigia adhuc & *reliquias* Vejorum ad-
uersùs Florum ex hac ſola Frontini aſſer-
tione agnoſcit, *Colonia Vejens priuſquam*
L *oppugnaretur, ager ejus militibus eſt adſi-*
gnatus lege Iuliâ: poſtea deficientibus bis
ad Vrbanam Civitatem adſociandum cenſuerat Divus Auguſtus: animoſiùs
profectò illius everſionem negaſſet, ſi longè ante Frontini & Flori contemporanei tempora, Municipium hoc permanere ſciviſſet. Quandonam verò hæc, de qua Frontinus, oppugnatio, & agri inter milites diſtributio contigerit, altum apud omnes ſilentium: hoc certum eſt, de prima Vrbis per Camillum expugnatione Frontinum non loqui; ſed de aliqua incomperta, quæ Legem illam Iuliam agrariam præceſſit, à C. Iulio Cæſare conſule, Bibulô collegâ repugnante, ſed Pompejo & Craſſo faventibus, latam, de qua Dio loquitur ſub initium libri XXXVIII. Deductionem autem & ſtatum Coloniæ præcedentis, non eſt qui tradat: & tamen ad longum tempus perduraſſe urbem legimus apud Livjum; ſexennio ſiquidem poſtquam capta fuit A. V. CCCLXV. *integra* erant *omnia*, ut Camillus in ſua ad Quirites concione fatetur lib. V. cap. 53; A. V. CDXXVI. ingens in ea exercitus contra Gallos contractus lib. VIII. cap. 20; de cælo ibi lapidaverat, A. V. DXLVII; tactaque Quinquennio poſt Via publica lib. XXVII. cap. 37, & lib. XXXII. cap. 9. Vnde ego, cum in pluribus ea quæ de Vejis habemus, illis quæ Capuæ acciderunt communia fuiſſe videam; idem quoque fatum in hoc impediſſe credo, ut civibus omnibus cęſis, vel venundatis, ædificiis tamen tum publicis tum privatis intactis remanentibus, urbem truncam, ſinè ſenatu, ſinè plebe, ſinè magiſtratibus, abſque civitatis ſpecie, aratoribus, opificibus, & idgenus incolis nudum receptaculum præſtitiſſe, quemadmodum Capuâ captâ factum refert Livius lib. XXVI. cap. 16, & Cicero Orat. I. contra Rullum de leg. agr. donec utraque urbs eâdem lege Iuliâ ſuos colonos, ſeu municipes acceperit.

Exacta hujus, & ſequentis Epigrammatis XXX. ſcribendi ratio, (ut in grammatica-

matiealibus explicationem hanc clau-
dam) scripturam verborum istorum tue-
tur GENETRICIS, INPENSIS, CE-
NIS, & CENATICVM absque diph-
tongo, cum Manutio, & contra Daus-
quejum. Distinctionis quoque notam
post completam periodum afferunt in-
scriptiones nostræ; (ut paullò suprà de
prima animadvertimus) prior versibus
10. & 13. punctum, & super eo lineolam
inclinatam / sic; & sequens lineolam so- A
lam versu 8 / sic; quod non alibi me vi-
disse memini.

* *pag.* 174. A. *PROC· AVGVSTO-
RVM*] Tales Procuratores Magistrati- B
bus accenset Scaliger in Indice Gruteri;
& meritò quidem, quia ipsos *jus guber-
nasse* habetur ex hac inalpinâ inscriptio-
ne, per Salvagnium indigenam, & mox C
per Sponium allatâ.

607 SILVANE SACRA SEMICLVSE FRAXINO
ET HVIVS ALTI SVMME CVSTOS HORTVLI
TIBI HASCE GRATES DEDICAMVS MAXIMAS *MVSICAS Spon.* D
QVOD NOS PER ARVA PERQVE MONTIS ALPICOS
TVIQVE LVCI SVAVEOLENTIS HOSPITES
DVM IVS GVBERNO REMQVE FVNGOR CAESARVM
TVO FAVORE PROSPERANTI SOSPITAS E
TV ME MEOSQVE REDVCES ROMAM SISTITO
DAQVE ITALA RVRA TE COLAMVS PRAESIDE
EGO IAM DICABO MILLE MAGNAS ARBORES
T · POMPONI VICTORIS PROC F
A V G V S T

Aixmæ in Provincia Tarantasiæ.

Alias inferioris dignitatis Procurationes
indicavimus suprà ad nostram inscriptio-
nem XLIV. hujus ejusdem Capitis.

* *pag.* 176. F. *H· MONVM· VSTRI-
NVM · APPLIC · NON · LICET*]
Quasi ex formula eandem prohibitionem
continent quattuor inscriptiones Grute-
rianæ pag. DCLVI. 3, DCCLV. 4, &
MXLIV. 7. 8. Hæc nostra pœnam adesse monet,

608 A D · H O C
MONVMENTVM
VSTRINVM·APPLICARI
NON·LICET· POENA·EST

In Domo Achillis Maffei ex schedis Barberinis.

quæ forsan lege illâ, quam Augustus sta-
tuit A. V. DCCXVI. juxta Dionem lib.
XLVIII. apposita fuit, ne mortui, scili-
cet, intra XV. ab Vrbe stadia cremarentur.

Hoc ex lege: De more autem, cadave-
ra per diem cremari non consuevisse, tra- G
dit Servjus ad primũ Aen. lib. V. versum,
sic, *Ergo totâ die, dum se Dido interemit,
dum statur, paulum provectus est leniter
spirantibus ventis, & flammas rogi circa* H
*vesperam vidit; quo tempore, & per na-
turam ignem videre potuit, & per pristi-
num morem, quo per diem cadavera non
incendebantur.* I

Vstrini sui formam & ambitum, exhi-
bet Sponius Sect. IX. pag. 290, cum hac
expositione. *Vstrinum locus erat muro
circumdatus, in quo corpora defuncto-* K
*rum, præcipuè pauperum, cremabantur.
Erat autem istud in Via Appia, quia
juxta banc percelebrem Viam erigeban-
tur Sepulchra, quorum adhuc plurimæ* L
*supersunt reliquiæ. Lapides labri superio-
ris in duplicis anguli formam incisi* [en-
mortaise] *modo Antiquis familiari, ad
majo-*

A *majorem ædificio soliditatem concilian-dam, spectatu digni sunt*. Hæc Sponius sub figura Vstrini, & titulo ita concepto *VSTRINVM repertum Viâ Appiâ*
B *sub terra: gyrus palmorum* 400.

Gyrus, ut ejus dicta excutiam, de spatio parallelogrammo rectangulo minùs propriè dicitur, nec ad pauperes creman-
C dos Vstrinum præparatum erat, sed Esquilini Puticuli,

miseræ plebi commune sepulchrum


(ut ait Horatius I. Serm. Sat. VIII.) præ-
D bebant; ita dicti, juxta explicationem Acronis Interpretis, *à puteis fossis ad sepelienda cadavera pauperum*.

Verùm non tam de Sponio hìc ineru-
E dito conqueror, quàm de Plagiario. Scire enim te volo, è Schedis Colutii Vaticanis num. 3439. titulum, figuramque
F Sponium clepsisse; opusque vastum, alteque conspicuum, ac nil minùs quàm *subterraneum*, (quod unicum verbum de suo addidit) decurtasse, nec formam per-
G cepisse; quam operæ pretium erit in sua magnitudine & magnificentia patefacere, ut etiamnum ad dexteram Viæ Appiæ lap. V. apparet.

Area igitur hujus Aedificii, à fronte & secùs Viam destructi, à parte autem postica integri, exporrigitur pedes CC; in agrum verò, Albanum versùs (nam & quà Romam respicit absumptum & solo æquatum remanet) est pedûm CCCXL: unde latera colligent non palmos 400, seu pedes CCC. cum Sponio; sed pedes MLXXX. sive palmos 1440, quadruplum ferè Sponianæ per nos meritò impugnatæ mensuræ.

Hæc, quoad ichnographiam. Altitudo autem, & crassitudo parietum ostendenda restant. Ad Viam pedes XIII. murus attollitur; & quia in agrum terra aliquantulùm assurgit, & murus undique orizonti parallelus supernè apparet, IX. tantùm pedibus in altum à posteriori parte supra terrenum eminet. Crassitudo undique æqualis pedum duûm & unciarum IV; nisi quòd summus lapidum ordo (totus quippe ex lapide Albano stupendæ magnitudinis, ut hìc vides, componebatur) quo opus protegitur, habet ex utraque parte IX. unciarum projecturam, ad hoc ut stillę pluviæ extra perpendiculum muri rejiciantur.

H
I
K
L



Acriorem adversarium in hac eadem materia Reinesium adorior, qui ad hanc Hortorum Matthæjorum inscriptionem Class. XVII. num. 14.

609 HOC·ADPARATORIVM
PERTINET·AD·MONIMENTVM
Q·AQVILI·DIONYSI
ET·NONIAE·M·F
FAVSTINAE
INFR·PED·X·IN AGRO·P·XVI

vult, ADPARATORIVM idem esse cum VSTRINO, *quod adparatus mortuorum funus appelletur à Servio*. Repugno quidem, ac perturbato ob venerationem eruditissimi viri animo, hanc è Schedis Barberinis Epigraphen oppono; A B

610 M·NASELLIVS·M·F·PAL·SABINVS
PRAEF·COH·I·DALMATAR·ET·NASELLIVS·VITAL
PATER·AVG·II·QVINQ·PAGANIS·COMMVNIB·PAGI·IVOVL C
PORTICVM·CVM·APPARATORIO·ET·COMPITVM·A SOLO·PECVN
SVA·FECERVNT·ET·IN·PERPETVVM·VI·ID·IVN·DIE·NATALE
SABINI·EPVLANTIB·HIC·PAGANIS·ANNVOS·✻ CXXV·DARI
IVSSERVNT·EA·CONDICIONE·VT·NON·IVN·PAGVM LVSTRENT D
ET·SEQQ·DIEBVS·EX·CONSVETVDINE·SVA·CAENENT
ITEM·VI·ID·IVN·DIE·NATALE·SABINI·EPVLENTVR·QVOD·SI
FACTVM·NON·ERIT·TVM·HIC·LOCVS·VT·SVPRA·SCRIPTVM
EST·CVM·ANNVIS·✻ CXXV·IN·PERPETVVM·AD·COLLEGIVM·MEDICOR E
ET·AD·LIBERTOS·N·PERTINEAT·VT·II·VI·ID·IVN·DIE·NATALE
SABINI·HIC·EPVLENTVR

Apud Beneventum ad Fl. Calorem.

per quam *Apparatorium*, ædificium aliquod sepulchro annexum, *porticoque* junctum, ad lustrationem sepulchri, & cenas sociales, paratum videtur: Et ad eundem usum, in hac alia inscriptione, porticus, scamna, mensæ, in quibus forsan Apparatorium consistit, collibertis dono dantur.

611 D · M
ABVCCIA · PIERIS
PORTICVM·SCAMNA
MENSAS · COLLIBERTIS
SVIS·SVA·PECVNIA·D·D

Apud Mazzantes.

Adiuvant nostram opinionem Glossæ Græcæ, quæ *apparatorium* (sic corrigendum ex *apparitorio*, juxta castigationes Caroli Labbæi pag. 263.) ἐξαρτυστήριον vertunt, à verbo ἐξαρτύω, *apparo*, *instruo*.

* *pag.* 181. C. *ERAN·LEG·III·ITAL*] Eranistas in qualibet Legione, quin & Cohorte, Ala, Turma, Centuria, Numero; imò etiam in quolibet Sodalitio & Corpore, admittit Reinesius ad Inscr. 80. Classis VIII; quasi Collectores ac Susceptores ejus pecuniæ, quæ in usum Commilitum conferebatur. Scaliger in Notar. Abbrev. Indice post Gruterũ hoc munus non assecutus ER. LEG Erogatorem Legionis explicat. F G

* *pag.* 187. E. *Felis gradiens*] Ad hunc morem respexit Inscriptio illa Marci Tullii Ciceronis in quodam Donario, qui prænomine nomineque suo expresso, cognomen, ciceris figurâ signavit, ut refert Plutarchus in Opusc. Dictor. Notabil. H

* *pag.* 188. B. *Exempla è nostris inscriptionibus accipe*] Addo aliud ex Thesauro pag. MCXXIII. 7, ut è Schedis Vaticanis scripturam Gruteri ad autographum componam, atque ex Ioanne Macario versus tertię columnæ mutilos suppleam: Libens enim incomparabilis Operis emendationi, meâ qualicumque diligentiâ datâ occasione suffragor: præmisso priùs, ad captum legentium, totam epigraphen tribus columnis continuari, & pro omnium capite hæc verba unicam I K L

lineam

A lineam cõſtituere: eâque parte quæ ſupra tertiam columnam extenditur, extrema tituli verba, punctis, & verſuum, alio charactere ſuppleri.

612

MEMORIAE· M· LVCCEI· M· F· NEPOTIS· SEX· ONVSSANIVS · SE · · · ·

B QVVM *prima columna* | NE PIETAS *ſecunda col.* | SEV GREGE *tertia col.*

QVVM PRAEMATVRA RAPTVM MIHI MORTE NEPOTEM
FLEREM PARCARVM PVTRIA FILA QVERENS
C ET GEMEREM TRISTI DAMNATAM SORTE IVVENTAM
VERSARETQVE NOVVS VISCERA TOTA DOLOR
ME DESOLATVM ME DESERTVM AC SPOLIATVM
CLAMAREM LARGIS SAXA MOVENS LACRIMIS
D EXACTA PROPE NOCTE SVOS CVM LVCIFER IGNES
SPARGERET ET VOLVCRI ROSCIDVS IRET EQVO
VIDI SIDEREO RADIANTEM LVMINE FORMAM
AETHERE DELABI NON FVIT ILLA QVIES
E SED VERVS IVVENI COLOR ET SONVS ET STATVS IPSI
MAIOR ERAT NOTA CORPORIS EFFIGIE
ARDENTES OCVLORVM ORBES VMEROSQVE NITENTES
OSTENDENS ROSEO REDDIDIT ORE SONOS
F ADFINIS MEMORANDE QVID O ME AD SIDERA CAELI
ABLATVM QVERERIS DESINE FLERE DEVM

NE PIETAS IGNARA SVPERNA SEDE RECEPTVM
LVGEAT ET LAEDAT LVMINA TRISTITIA
G NON EGO TARTAREAS PENETRABO TRISTIS AD VMBRAS
NON ACHERONTEIS TRANSVEHAR VMBRA VADIS
NON EGO CAERVLEAM REMO *PVLSABO* CARINAM
NEC TE TERRIBILEM FRONTE TIMEBO CHARON
H NEC MINOS MIHI IVRA DABIT GRANDAEVVS ET ATRIS
NON ERRABO LOCIS NEC COHIBEBOR AQVIS
SVRGE REFER MATRI NE ME NOCTESQVE DIESQVE
DEFLEAT VT MAERENS ATTICA MATER ITYN
I NAM ME SANCTA VENVS SEDES NON NOSSE SILENTVM
IVSSIT ET IN CAELI LVCIDA TEMPLA TVLIT
ERIGOR ET GELIDOS HORROR PERFVDERAT ARTVS
SPIRABAT SVAVI TINCTVS ODORE LOCVS
K DIC NEPOS SEV TV TVRBA STIPATVS AMORVM
LAETVS ADONEIS LVSIBVS INSERERIS

SEV GREGE PIERIDVM GAVDES *DIVISQVE CAMOENIS*
OMNIS CAELICOLVM TE *CHORVS INSEQVITVR*
L SI LIBEAT THYRSVM GRAVIDIS *ONERARE CORYMBIS*
ET VELARE COMAM PALMITE *LIBER ERIS*
PASCERE SI CRINEM ET LAVRO REDIMIT*VS OVANTI*
ARCVM CVM PHARETRA SVMERE *PHOEBVS ERIS*

Gg INDVE-

INDVERIS TERETIS MANICAS PHRYGI*AMQVE TYARAM* A
NON VNVS CYBELES PECTORE VIVET *ATYS*
SI SPVMANTIS EQVI LIBEAT QVATERE ORA *LVPATIS*
CYLLARI FORMOSI MEMBRA VEHES *EQVITIS*
SED QVICVMQVE DEVS QVICVMQVE VOCA*BERIS HEROS* B
SIC SOROR ET MATER SIC PVER INCOL*VMIS*
HAEC DONA VNGVENTIS ET SVNT POTIORA *COROLLIS*
QVAE NON TEMPVS EDAX NON RAPIT *IRA IOVIS*

Dicitur extare apud Panizzas. C

* *pag.* 189. F. *DOCTOR · TRAEC*] *Doctor* hìc loci significat Laniſtam, qui Thræces gladiatores ad mutuam lanienam inſtituebat.

Doctorem Secutorum (alterius ſcilicet Gladiatorũ claſſis,ut probavi in meo Syntag.de Col.Traj.Cap.VIII.pag.257.) agnoſco in hac mei veteris MS. inſcriptione, quam Reineſius corruptam accepit in Append. Omiſſ. num. 23.

613 DIIS· MANIBVS· SACER
Q.FABI·VIATORIS·DOCTORI
SECVTORVM · FECIT
Q · FABIVS · CASTVS
BENEMERENTI

& primi erroris origine, DOCTOREM *Campi-ductorem*, SECVTOREM verò, ipſius *Vicarium Adparitorem*, ſive *Stipatorem* eſſe credidit. Nomen quidem DOCTORIS negaverat ille tribui poſſe, niſi *Doctoribus dicendi*, *Doctoribus diſciplinæ*, *artis*, *ſapientiæ*: Sed recordari debuiſſet, Laniſtas hoſce apud Valerium & Quinctilianum *Doctores* dictos,ut obſervavit Lipſius Saturnal. lib.I.c.XV. Vnde fidenti animo *Doctorem* Claſſis *Provocatorum* damus ex Collectione noſtra, prout Doctorem Factionum Venetæ & Praſinæ oſtendimus ſuprà num. 160,

614 D M
ANICETO · PROV · · ·
A · FL · MARCION · DO
CTOR · ET · · · · · · · ·

ſub imagine viri thoracati dex.gladiũ ſin ſcutũ geſtantis Cippulo in Reg. Ripa muro inſerto.

615 D · M
ANTIGONI
PROVOK
VERVS · DOCTOR D

Ex ſchedis Vaticanis.

& Doctorem Sagittariorũ exhibuit Sponius in Miſcellaneis Sect. VII. art. IV. E

616 D M
T · FLAVIO EXPEDITO
DOCTORI SAGITTAR
FLAVIA EVPHROSINE F
ET ATTICA FILIAE
PATRI B · M ·

* *pag.* 189. G. *HIC SEPTIMVM DECIMVM FRVMENTVM PVBLICVM ACCEPIT SEXTVM DECIMVM*] Perturbata & confuſa remanet hæc Frumenti publici diſtributio, ob contrarietatem inter iſtos duos numeros epigramma claudentes. Vt ut res ſe habeat,eam puto ad Trajani inſtitutionem referendam, de qua Plinius in Panegyr. num.223, & ibi Lipſius; & nos ad Col. Traj. Cap.II. pag.36. adnotavimus; ubi propriâ diſtinctione, & dies, & oſtia publici alicujus Aedificii, putà Amphitheatri,cujus enumerata ſunt oſtia, frumentariæ perceptioni adſcripta vides. G H I K

617 D · M
C · VIBIVS · C · F · CELER
VIX · ANN · IIII · MENSB · XI L
FRVM · AC · D · VII · OSTIO · XV
VIBIVS · CELER · F · SVO

Genazzani ex ſchedis Cameli.

618 C.

A 618 C·SERGIVS·C·F·ALCIMVS
VIXIT·ANN·III·MENSIB·III
DIEBVS·III
FRVMENTVM·ACCEPIT
B DIE·X·OSTIO·XXXIX
SERGIVS·ALCIMVS·F·SVO
Ex Sponio.

Ex hac alia videtur colligi posse, frumentum menstruo spatio distribui solitum:

C

619 D M
D Q·TERENTI·PRISCIANI
VIXIT·ANNIS·IIII·MEN
SIBVS·VII FRVMENTVM
PVBLICVM·ACCEPIT·MEN
E SIBVS·VIIII·
TERENTIA·SABINA
ALVMNO·FECIT·
Museo Ciampino.

F itaut infans iste post annum tertium & menses X. ætatis suæ adscriptus, per reliquos vitæ menses IX. alimenta publica perceperit.

G

* *pag.199.G.RELICTIS PARENTIBVS SVIS INFELICISSIMIS*] Totidem ferè verbis habetur in Grutero pag.DCCLXV.1 RELICTIS PARENTIBVS MISERRIMIS; itemque pag. CCLXI.3, & DCLXV.2 RELICTA MATRE INFELICISSIMA, atque pag. CMLXXI.3. RELICT. PATRE INFELICISS; parumque diversè pag. DCXCI.8 PATREM ET MATREM IN LVCTV RELIQVID.

Eandem imitatæ sunt formulam sequentes nostræ inscriptiones; si hæc prima (quam abruptam vides) suppleatur.

620 D M
TI·IVLIO·CRESCEN
TI·V·A·VIIII·M·V
D·XIIII·ET
IVLIAE·EVPOSIAE
SORORI·HVIVS
V·A·VII·M·XI
D·IIII
RELICTIS·PARENTI
Villa Nobb. de Naris & in Salaria.

621 VICTORI·QVI·VIX·AN·XVII·M·VI
VICTOR·PATER·FILIO·CARISSIMO·B·M
P·ET·SIBI·CVI·RELIQVIT·LACRIMAS
Ad ripam Lacus Fucini ex MS. Illustrissimi Severolii.

H

622 PRAECEDERE·VOLVISTI·SANCTISSIMA·COIVX
VT·ME·RELINQVERES·IN·LACHRIMIS
SI·EST·ALIQVIT·IN·INFERNAS·PARTES·BENE
I EGO·AVTEM·SINE·TE·VITAM·SORDIDAM·EXIGO
ESTO·FELIX·ET·IBI·DVLCISSIMA·THALASSIA
EDVCATRIX·C·V·ET·MIHI·IN·CONNVVIO·PER·ANNOS·XXXX
PAPIRIVS·VITALIS·ARTE·PICTORIA·MARITVS·EIVS
K FEMINAE·INCOMPARABILI·FECIT·SIBI·ET·SVIS
Hortis Matthæiis.

Addatur & ista, quamvis eam ad verbum ex Græca apud Gruterum paginâ DCVII. 4. mutatis nominibus malè expressam, seu confictam credam.

L 623 QVAE·MVLTVM·SYRENARVM·CANTV·DVLCIOR
ET·QVOAD·BACCHVM·IN·SODALITIIS·MAGIS
AVREA·VENERE·QVAE·ELOQVI·VOCE·CLARIOR
IRVNDINE·ET·QVAE·AD·IVNONIS·FONTES

CAELESTIA · SOLATIA · CAPIEBAT A
HIC · TVRPILIA · IACET · BISIO · LINQVENS · LACRIMAS
CVI · FVERAT · SOLATIVM · A · PVERITIA · ILLA
AVTEM · TANTAM · DEMVM · INOPINATE · DISIVNXIT
AMICITIAM B

Hanc è Panvinio Reinesius & Sponius arripuerunt, quibus, & Reinesio præsertim in Gruteri evolutione versatissimo, valde miror imposturam non suboleviſſe. Græca ita se habet. C

624 Η ΠΟΛΥ ϹΕΙΡΗΝΩΝ ΛΙΓΥΡΩΤΕΡΗ Η ΠΑΡΑ ΒΑΚΧΩΙ
ΚΑΙ ΘΟΙΝΑΙϹ ΑΥΤΗϹ ΧΡΥϹΟΤΕΡΗ ΚΥΠΡΙΔΟϹ
Η ΛΑΛΙΗ ΦΛΙΑΡΗΤΕ ΧΕΛΕΙΔΟΝΙϹ ΕΝΘ ΟΜΟΝΟΙΑ
ΚΕΙΜΑΙ ΑΤΙΜΗΤΩΙ ΛΕΙΠΟΜΕΝΗ ΔΑΚΡΥΑ D
ΤΩΙ ΠΕΛΟΝΑϹ ΠΑϹΙΝ ΒΑΙΗϹ ΑΠΟ ΤΗΝΔΕ ΤΟϹ ΑΥΤΗΝ
ΔΑΙΜΩΝΑ ΠΡΟΙΔΗϹ ΕϹΚΗΔΑϹΕΝ ΦΙΛΙΗΝ

Subdam modò alias impatientiam quandam doloris denotantes clausulas.

625 D · M
CEIONIAE
FORTVNATE
ALVMNAE
VIX · AN · XVIII
D · XXXVIIII
AIA · ISIAS
QVAE · CVM · DOLO
RE · VITAM · INFELICIS
SIMA · EXIGO · FECIT
Hortis Iustinianeis.

626 DOM ❦ MER ❦ MAL
AEL ❦ FELICIANVS ❦ AELI
ROMANE ❦ FILIAE ❦ PATER
NON ❦ MERENTI ❦ FECI ❦
SVPER ❦ TALE ❦ CLAVVM E
QEM ❦ MI RELIQVISTI ❦
SOLA ❦ QE ME DESOLAS
TI ❦ VALE ❦ VIRGO ❦ DVLCIS
Q ❦ V ❦ A ❦ VI ❦ M III ❦ D V ❦ F
BENE ❦ QVESCITAE
è schedis Barberinis.

627 CICEREIAE · FELICVLAE G
PIAE
L · CICEREIVS · SECVNDVS · L
HOMO · INFELICISSIMVS
QVI · TALE · PVELLA · CARET
Museo Sabbatino. H

Inter primitivos quoque Christianos sensum istum incorrectum viguiſſe vides.

628 CRVDELIS · IMPIA · MA I
TER · CARIS · SVIS · DVLCIS
SIMIS · VTI · POBLILIO · POTITO
C · V · QVI · VIXIT · AN · N · XIII · DI
IV · ET · AFRIAE · ALLIAE · THEODO K
RI · H · F · QVAE · VIXIT · AN · N · XXVII
DI · XII · INFELICISSIMA · MATER
QVE · VIDIT · FVNVS · SVVM ·
CRVDELISSIMVM · QVE · SI · DEVM · L
PROPITIVM · HABVISSE · HOC
DEBVERA AB EOS · PATI

mulieris imago cum volumine in manibus

pueri imago cum tunica laticlavia & volumine

Vinea Cæsar. na olim Besii in Sarcophago.

A 629 QVI CEMITV TRISTI LACRIMIS TE DEFLET IN ORAS
DVLCI CONIVGIO QVAERITVR SE LVCE RELICTVM
. . . .
SOBRIA CAS . . . .
B MARCIA QVAE VIXIT ANNOS XVIIII ET M X
DEP·KAL·SEPT·IVLIANO AVG·IIII ET SALLVSTIO

Tabella in Cœmeterio Priscillæ.

630 HIC VERVS QVI SEMPER VERA LOCVTVS
C POST MORTEM MERVIT IN PETRI LIMINA SANCTA IACERE
OSSA TENET TVMVLVS MENS EST IN CAELO RECEPTA
CVIVS VITAE BONA REQVIRVNT DVLCES AMICI
HOS QVINTILLA TIBI DICTABIT VERSVS AMATRIX
D QVAE POST MORTE TVA VOLVI ME FERRO NECARE
SED DOMINI PRAECEPTA TIMENS CASTA ME IN FVTVRO PROMITTO
QVINQVAGINTA ET SEX VERVS DVXIT PER SECVLA MESSES

Ex Torrigio.

E *Crudelem* & *impiam* vocat se mulier 628, simili epitheto, ac aliud *sceleratæ* in illa inscriptionis antepenultima: nostræ sequentibus.

631 D · M
SEX·ANNI·IANVARI·VESTIARI·VIXIT
F ANN·XIX·SEX·ANNIVS·HILARVS·ET
ANNIA·HELPIS·MATER·SCELERATA·QVAE
HOC·FACINVS·VIDIT·FILIO·DVLCISSIMO
FECERVNT·ET·SEX·ANNIO·ANOPTE
G PATRONO·BENEMERENTI

Reate ex Angelotto pag. 73.

632 D · M
SVCCESSVS
H SALVIO
PATRI·B·M·P
POTIOLANA·MA
TER SCELERATA
I FILIO SALBIO

Reines. Class. XIII. num. 47.

633 TI·CLAVDIO·NICIATI
VIX·ANN·XII·M·X·D·XX·ET
CLAVDIAE·NICE
VIX·ANN·II·M·XI·D·XXIII
CLAVDIA·AGAPOMENE
FILIIS·SVIS·INFELICISSIMIS·QVI
ETATE·SVA·NON·SVNT·FRVNITI
FECIT·MATER·SCELERATA·ET·SIBI ET
LIBERT·LIBERTAB·Q·POST·Q·EORVM

Vinea del Tina Via Portuen. ex schedis Barb.

Hoc epigramma explicans Reinesius Class. XII. num. 122. (mutilum quamvis non
K uno in loco) ita ait, *scelerata, idest infelix, ideo quod scelere aliquo polluta videretur aliis*: ingeniosâ quidem, sed nescio an verâ interpretatione; quia ipsum primitiuum verbum *scelus* pro *infortunio* propriè aliquando accipi videmus. Consule Lexicographos, ne contritis exemplis te fatigem, dum nostræ ipsæ Inscriptiones subsidium
L abundè afferunt.

634 {FL·VALERIANVS·PATER·CVIVS·FVNVS·FECI ☧
{VITAM·QVAM·VIDISSE·TANTVM·SCELVS

In fragmento Sarcophagi Hortij Pamphilii.

Ideoque

Ideoque in hunc sensum *scelerata* dicetur ea res, vel persona, quæ Flagitio polluta videri nequit; ut in Porta Carmentali, *sceleratâ* post Fabiorum excidium dictâ, de qua Ovidius lib. II. Fast. vers. 144.

Porta vacat culpâ, sed tamen omen habet,

& in Castris, in quibus *supremum* Drusus *diem morbo obiit, ex eo sceleratis appellatis*, ut est apud Suetonium in Claud. cap. 1. Nec aliâ quàm synonymiæ ratione motum puto eundem Ovidium, sive ut alii volunt Albinovanum in Consol. ad Liv. vers. 174. exequias Drusi hujus A
facinus ita vocat;

Funera ducuntur Romana per oppida Drusi,
(Heu facinus) per quæ victor iturus erat. B

atque Eutychianum illum apud Gruterum pag. MCXIX. 4, qui ærumnæ immaturi obitus Rufini sui ea nomina ponit, ut *scelus, crudele nefas, facinusque* C *tremendum* usurpet.

Simile infortunium, *nefas* vocat hæc nostra inscriptio. D

635. D M
AELIAE · P · F · SABINAE · DVLCISSIM ·
AELIVS · TROPHIMVS · ET · LVCINIA
SABINA · PARENTES · FECERVNT E
QVISQVIS·ADES·CELERI GRESSV·PRECOR
ITO·VIATOR·ITO·PROCVL·ET·LINQVE·NEFAS
TIBI·DICO·VIATOR·PARCE·OCVLIS·NEC NOSTRA F
VELLIS·COGNOSCERE·FATA·SANGVINEA
PALLA·QVAE·TEXIT·PROVIDA·CLOTHO·ET
PAVIT·RVPISSE·SVAS·QVOQVE·FILA·SORORES

Apud Nobb. de Gotufredis. G

Eademque verba *crudele nefas* pro atroci calamitate accepit ista.

636 FVNERE NON AEQVO PVER IMMATVRVS OBIVI
MARMOREISQ· MEIS HIC IACEO TVMVLIS·
NON POTVI PARVVS PVERILEM IMPLERE IVVENTAM H
NEC VESTIRE MEAM FLORE NOVO FACIEM·
NEC SENIOR CAPITI NIVEOS MVTARE CAPILLOS
AT FATO VICTVS SORTE PVERPERII
HEV CRVDELE NEFAS QVAE ME GENERAVERAT HORA I
HAEC EADEM VITAE TERMINVS HORA FVIT
NON EGO QVOD PERII DOLEO SED PARVVLVS INFANS
QVOD CVM PLVS SAPEREM SPEM MERVI DVBIAM
SI VITA INCOLVMIS POTVISSET VINCERE FATA K
CREVISSET GENERIS GLORIA MAGNA MEI
FORTVNA INVISA EST SPES EST FRVSTRATA IACENTEM
MORS CVNCTA ERIPVIT DIRA QVIES HOMINVM·

Arimini ex Clementini Commentariis. L


Interiectio tandem illa O · NEFAS, dubium non est quin ad infelicitatem non referatur in hac Grut. p. MXXXVIII. 4: quæ licet sit portio duplicata alterius longioris pag. DCLVI. 2; ea tamen per istam emendanda est, ubi tertiâ lineâ habet

A habet, ONESAS, loco O·NEFAS.

637 D·M·AVR·SECV
NDINVS·ET·AVR
VALENTINA·CON
B VIVI·FEC·SIBI
ET·AVR·SECVNDIA
NVS·FIL·⊖·AN·VII
C CRVDELES
PARENTES
FACERE
CVR

* *pag.* 205. B. *Gentis Rusticeliæ*] Plurima hìc dicenda emergunt, quæ modò in mearum Inscriptionum appendicem concisè accedentia, pleniori tractationi præ admiranda rei novitate simul ac magnitudine fortasse materiam præbebunt. Ne autem parergon propositi locum occupet; primò describendum est monumentum Rusticeliorum, quod inter alia lapidea hucusque cognita, & celebriora reposuimus.

D
E
F
G
H
I



Dum itaque anno superiori Negotiantes
K Vinarii, qui varias cryptas æstivo frigore commendabiles intra Dolioli seu Testacei tumuli viscera, è meridionali parte, quæ sola intacta remanserat, montem effoderent; cùm pedes plus minus L
L penetrassent, & septem ab exteriori area descendissent, terram puram offenderunt, & in ea cippum è lapide Tiburtino ita inscriptum.

638 CIPPVS·PRIM
VS·DEFIXVS
ERAT·CONTR
A·ANGVLV
M·DEXTERI
OREM·MO
NVMENTI
RVSTICELI·ET
ABERAT·AB·TR
VNCO·MON

VMEN-

VMENTI · P · V
ET · AB · STRVCT
VRA · AQVAE
CLVSARIS · P · V S

Reassumpto sub initio præteriti veris opere, ad enunciatam ab hoc cippo distantiam, frons monumenti Rusticeli patuit, magnificâ & eleganti specie in prælatam formam. A

Lapides non quidem exotici, sed nostrates sunt; basis scilicet & corona ex lapide Albano, reliquum ex topho satis firmo: In ipsis commissuris ornatus gra- B
tiâ canaliculus relictus est: Mediam frontem sequens inscriptio Tiburtino lapidi concredita occupat. C

639 AMBEIVIA · L · F · MATER
L · RVSTICELIVS · C · F · SCA
M · RVSTICELIVS · C · F · SCA
Q · RVSTICELIVS · C · F · SCA
LARCIA · L · F · VXOR D
SEPVLCH · LONG · PED · XXX · LAT · PED · XXX

Vetustatem hujus operis, ipsâ Reipublicæ tempora redolentis, arguit ejusdem simplicitas, & architecturæ ratio, non ad græcam venustatem, sed ad Tuscanicam firmitudinem composita. Præterea marmoris inscripti ruditas, suprà pag. 200. D pro nota antiquitatis ponderata: in quod etiam cognominis defectus consentit, archaïsmi potentissimum indicium; cùm E
prisci illi ac pultiphagi Quirites cognomina, tanquam satis solo nomine, & tribu (quæ hìc erat Scaptia) noti, omittere soliti essent; ut ostendit hæc Pontis F
Fabricii inscriptio.

640 L·FABRICIVS·C·F·CVR·VIAR
FACIVNDVM · COERAVIT
EIDEMQVE
PROBAVEIT
L·FABRICIVS·C·F·CVR·VIAR
FACIVNDVM·COERAVIT G

ex utroque latere æqualis; nisi quod à parte superiori, in aliqua forsan refectione, veteri ortographiâ immutatâ, legitur in medio:

IDEMQVE
PROBAVIT

Aliter habet Gruterus pag. CLX. 3, & ex eo Nardinus pag. 499. qui ex duabus unicam, nec eam integram inscriptionem concinnant: Lineam enim tertiam, mihi exactè perquirenti certè invisam, nescio undenam exscripserit Smetius.

Iam verò genuinæ Fabricii Pontis inscriptioni, alias ex ipsis Reipublicæ temporibus comites faciamus.

641 NONIVS·P·F·L·GLITIVS
II·VIR·D·D·S·MVRVM
R · C
Venusii.

642 M · CVSINIVS · M · F · VEL
AED · PL · AERARIO · PRAEF · PR
M · CVSINIVS ··· VEL · PATER
FICTORIA · C · F · MATER H
CVSINIA · M · F · SOROR
Villa Rufina Nobb. de Falconeriis in Tusculano.

643 O TVRPLEIO L · F I
L·TVRPLEIO·L·F K
Vrna ex lapide Albano

644 P · POV · C · P L
In Vrnula simili.

ex sepulchro Furiorum sub Tusculo, ut & aliæ binæ suprà n. 12. & 13. expositæ.

645 M·

A 645 M · AVONIVS · M · L M · AVONIVS · M · L
MENANDER ALEXSANDER
M · AVONIVS · M · F DVRMIA · P · L
HOR PHILVMINA VXSOR

B *Cynthiani in altera ex paraſtadibus poſtici Ædium Ducis.*

646 L · AEMILI · L · F
IN · FRON · PED
XII · IN · AGR
C PED · XX

Ex lap. Albano Via Lat. III. lap. dextrorſum.

Inter Marmora Felſinea ab Ill. Comite Carolo Cæſare Malvaſia nuper laborioſâ eruditione collecta, ſimilem pag. 336. inſcriptionem offendes, in qua Liberti cognomine notantur, & è contra Patroni gentilitio tantùm nomine & Tribu potiuntur:

D 647 M · CAELIVS M · CAELIVS
M · L M · L
PRIVATVS THIAMINVS
M · CAELIO · T · F · LEM · BONO · · ·
E LEG · XIIX · ANN · LIII · · · CIDIT
BELLO · VARIANO · OSSA · · · INFERRE
LICEBIT · P · CAELIVS · T · F · LEM
FRATER · FECIT

F Non *tanquam novi homines terræ filii*, ut ibi dicitur, aut *per contemptum Libertorum Privati & Thiamini ſepulchrum excitantium*, ſed ex hac noſtrâ obſerva-
G tione, in vetuſtatis illius inſcriptionis, utpote Auguſteo tempore editæ, teſtimonium.

648 CN · SEMPRONIVS · CN · F · ROM
H SEMPRONIA · CN · F · SOROR
LARCIA · M · F · MATER

Super veteri Ædificio è lapide Tiburtino ex ſch. Barb.

649 P · ROMANIVS · C · F · ROM
I C · ROMANIVS · P · F · ROM
TR · MIL · II
MANLIA · P · F

Villa Peretta in muro.

K 650 P · MAGIVS · P · F
Q · MINVCIVS · L · F CES
BASILICAM · FAC
CVRAVIT · DE · SEN · SENT

L *Catanzarii ex Gualthero.*

651 L · FIDVSTI · M · F
VOLTINIA

Ad Montem Iordanum in muro.

652 TERENTIO · L · F
A · RVFENIO · C · F
M · ALBANI · L · F
T · MVNATIO · T · F
QVAISTORES
AIRE · MOLTAT · CON
DEDERONT

In area lamina è ſchedis Barberinis.

653 M · MVTTIENVS
L · F · C · VIBIVS · L · F
M · MESSIVS · T · F
M · CAMILLIVS · L · F
OB · HONOREM

Vetuſtis literis ex ære.

654 M · MVTTIENVS
L · F · C · VIBIVS · L · F
II · VIR · I · D
STATVAS · EX · D · D
... REFICIVNDAS ...
C

Ibidem.

655 C · BRVTTIVS · L · F
HOR

Via Nomentana lap. XIII.

656 M·VALERIO·M·F A
AED·DICT
PR·AEF·IVVENTVTIS
MVNICIPES·COMPITENSES·VEICORVM
QVINQVE·QVOD·SPECVS·MILLIA B
PASSVS ∞ ∞ ∞ PVRGAVIT·REFECIT
FISTVLAS·REPOSVIT·BALNEA·VIRILIA
VTRAQVE·ET·MVLIEBRE·DE·SVA
PECVNIA·REFECIT·POPVLO·VISCERATI C
GLADIATORES·DEDIT·LVMINA·LVDOS
Iunoni Sispitæ Magnæ Reginæ I·S·M·R·SOLVS·FECIT
In Ædibus Nobb. de Severolis.

657 P·VOLVMNIVS·PAL *sub effigie viri* — BAEBIA·HERACLIDI *sub effigie mulieris* D
In Ædibus Nobb. de Barattis.

658 CN·MATRINIVS M·F — M MATRINIVS M·F — M·MATRINIVS CN·F·PAT — COSINIA P·F MATER E
Memoria Vici Matrini Via Cassia alla Capanna brugiata.

659 TVL·TVLLIVS·TVL·F·P·SERTORIVS·P·F
CENSORES
TVL·TVLLIVS·TVL·F·P·SERTORIVS·P·F F
CENSORES
TVL·TVLLIVS·TVL·F·P·SERTORIVS·P·F
CENSORES
Tibure in Vico Coccerini ex schedis Barberinis.

660 L·CAREIVS
C·F·STEL
L·CAREIVS
L·L·HERACL
SIBI·ET
SVIS
IN·FRONT
P·XII
IN·AGR
P·XXIIII
Vinea Nobb. de Gingtsie.

661 T·VERATIVS·T·F·CLA
V·F·SIBI·ET·SVIS
VALERIA·C·F·QVARTA
Foroiulii in Villa Susans.

662 C·FABIVS·C·F·PVBLI
VERONA·MILES·LEG
VIII·HISP
Vtino in Ædibus Nobb. de Gurgis.

663 L·TVMBILICIVS G
A·F·CLA
L·Q·Q·V·P·XXX
In Castro Tricesimi in Foro-iulio.

664 C·FVLVIVS·S·F H
M·MVTIENVS·A·F
L·IVVLIVS·C·F
L·TROSIVS·M·F
MAGISTREI I
Foroiuli apud Iulium Severum.

665 Q·RAVELO
P·COMINIO·P·F
L·MALIO·C·F
QVAESTORES K
SENATVD
CONSVLVERE
ET·CENSVERE L
AVT·SAC·ROM
AVT·POVBLICO
SE
Venusii in muro Ecclesiæ D. Nicolai.

666 ME-


A 667 MEMOR · P · TERENTI
L · F · CLA · AED · II · VIRI
T · VETTIVS · GNESIVS
IN · OPVS · ORNAMENT
B HS · $\overline{CCCC}$ · DED · XX · PR · D

Concordiæ.

Relege etiam vetuſtas inſcriptiones C. Placentii, & Clodiæ Virginis Veſta-
C lis ſuprà Cap. I. pag. 27. & 30. ac ſummæ vetuſtatis Leges agrarias in Grutero à pag. CCII. per quinque ſequentes; priſciſque atque obſoletis verbis horridè
D conceptum Senatus Conſultum illud, quo Tiburtium apud Senatum purgatio admittitur pag. CCCCXCIX. 12: inſpice leges ſociales inter P. R. & Thermen-
E ſes pag. D, in quibus, omnes Magiſtratus, Conſuleſque omnes, ſinè cognomine, quo tamen minimè carebant, deſignantur.
F Magnitudo hujus monumenti (à cujus deſcriptione paullùm digreſſi ſumus) non modica pedum XXX. quadratorum, in moderatione illorum temporum, Ro-
G manæ magnificentiæ pariet; cum ad hujus fortaſſe inſtar Cicero ſepulchrum aliquod auguſtum Ser. Sulpicio Rufo in legatione pro re publica ad Antonium
H vitâ functo ſtatuendum mente complexus, ejus amplitudinem huic correſpondentem ita expreſſit Philippicâ IX. in fin. *Vtique locum ſepulchro in Campo Eſqui-*
I *lino C. Panſa Conſul, ſeu quo in loco videbitur, pedum XXX. quoquoverſus deſignet, quo Ser. Sulpicius inferatur.*

Vſus denique diphtongi EI, quem in
K nummis pariter SERVEILIAE gentis legimus, quæ poſtea *Servilia*, ut & noſtra *Ambivia* in recentioribus monumentis vocata fuit, iſtud, ad ætatem proximè
L cuſorum nummorum accedere, conjecturam facit.

Ruſticeliam gentem hoc nummo æreo nobis exhibuit, quamvis aliud cogitans, Carolus Patinus in ſupplemento Familiarum Romanarum Fulvii Vrſini pag. 130,



qui eùm Celiæ adſcribit, nec quicquam de τῷ RVSTI ſtatuit, niſi quòd interpunctione, (quam nullam adeſſe quovis pignore decertarem) à ſua Celia gente, nemini abſque diphtongo *æ* vel *œ* adhuc cognitâ, diverſam facit: Superfluâ quidem animadverſione duumviratum ſubditum geminatis nominibus implet; quia duumvir unicus nominandi caſu ipſe L. Ruſticelius Cordus appellari potuit: Frequentiſſimum namque eſt, unum tantùm ex duumviris nummis inſcribi, ut ſeptem uſque exemplis in Colonia Corintho oſtendit P. Harduinus de num. antiq. Popul. & Vrb. Nos igitur, pace egregii viri, nummum hunc novum Ruſticeliis noſtris jure merito vindicamus, Ciceronis in Bruto mentione C. Ruſticelii Bononienſis inter *exercitatos* ſui temporis Oratores habiti, aliis apud Gruterum inſcriptionibus, tribus ſequentibus noſtris ineditis, & hoc potiſſimùm celeberrimo monumento poſteritati notis.

668 P · RVSTICELIVS · SALTATOR
HER · V · M

Tibure ex MS. Holſtenii.

669 DIS · MANIBVS
C · RVSTICELIO · FELICI
AFRO · SIGILLARIARIO
VIX · ANN · L · FECIT
OPPIA

Ex Angelotto in Hiſt. Reatina.

670 ····· NLIVS · A · L · CINNA A

D · MANLIO · D · L · THEOPHILO

MANLIAE · D · L · ISIADI

MANLIAE · D · L · SALVILLAE A · RVSTICELIO · DORO

A · RVSTICELIO · HILARO A · RVSTICELIO · PARATO B

A · RVSTICELIO · MARTIALI MANLIAE · HILARAE

RVSTICELIAE · EROMENE RVSTICELIAE · PLASTE

L · SERGIO · APTO · A · RVSTICELIO · APTO

SIBI · ET · SVIS · FECIT C

Horto Nobb. de Vecchiis ad Arenulam.

Ex hujus Sepulchri explicatione inexplicabilis illa oritur quæstio de Testacei Collis origine, de quo altum apud antiquos silentium, utpote non nisi Sex. Aurelio Victori, & Scriptori Notitiæ Imperii circa finem quarti sęculi sub nomine *Dolioli* memorato. Latuisse sub eo hoc Sepulchrum testis superingruentibus oppressum tempore vigentis Ethnicę superstitionis, Romanorum circa Sepulchra, locavè quæ sacra vocabant, religio non patitur: Nec enim vetustate quam operi asserimus, ejusdem cura obliterari, aut antiquari poterat; quia, teste Cicerone Philipp. X. *Statuæ intereunt tempestate, vi, vetustate; sepulchrorum autem sanctitas in ipso solo est, quod nullâ vi moveri, neque deleri potest: atque, ut cætera extingui solent, sic sepulchra fiunt sanctiora vetustate.* Vnde ad Christianæ religionis tempora hæc testarum congeries eò libentiùs reiicienda est, quò, circa id Sepulchrum varia numismata Imperatorum, & præsertim Hadriani, Aelii Cæsaris, & Lucillæ reperta sunt; certissimo scilicet argumento, circa secundi sæculi dimidium aream à congestu testarum adhuc vacasse.

Duobus tamen diversis, valdeque inter se dissitis temporibus coacervatam fuisse montis materiem, hac occasione compertum est. Quia (ut Schema ipsum ostendit) superficies terrea A B sesquipedalis circiter crassitudinis, longissimos Soles experta est, antequam secunda, superiorq. congestio contingeret: non enim terram cum ipsis testis comportatam D fuisse, cuiquam in mentem venire potest; sed vel testas (sub dicta humo minutiores præ cęteris superextantibus) in primævam suam ex qua fabrefactæ fuerant materiem rediisse; vel pulveribus superfi- E ciem crevisse dicendum est, quemadmodum in supernis veterum ædificiorum partibus terra contectis quotidianâ experientiâ edocemur. F

Si igitur divinare in re obscurissima, nullo Authore suffragante licet; dicerem, primis post redditam Ecclesiæ pacem G temporibus, primum tumulum usque ad A B excitatum, atque eousque assurexisse *Doliolum* in ea XII. Regione Victoris ævo. Nec omnino sinè ratione id asseri- H tur: Quia cùm in Romæ suburbanis, & præsertim circa Vias publicas, tot terrarum spatia funebri superstitioni obnoxia, adeòque inculta & infructifera forent, I adversùs Platonis leges lib. XII. vetantis *ne in loco fecundo, & agro ad culturam apto, sepulchrum fiat, sed is locus corpora defunctorum recipiat, qui ad cætera inu- K tilis, & ad id tantùm commodus, viventes minimè lædit*: ideo Christiani Principes loca ejusmodi profanari siverunt, vel jusserunt, assignato situ minimè culturæ L damnoso, tanquam extra veterem Vrbis mœniorum, intraque novorum ambitum, in quem singuli agrorum possessores

testas

A teſtas in ſuo repertas congererent. Nec
enim expediebat in Tiberim coniicere,&
Navigiorum, ut hodie omnibus Vrbis
purgamentis & ruderibus immiſsis fit,
B curſum impedire. Exterarum poſtea
Nationum irruptionibus, vel Edicto forſ-
ſan Theodoſii junioris & Valentiniani
anno poſt Chriſtum CCCCXLIX. pro-
C mulgato, per quod *dirutis per inexpiabi-
le crimen ſepulchris, monſtrare cælo cor-
porum relliquias* graviſsimis pœnis veti-
tum fuit, rem intermiſſam puto; donec
D Barbaris tandem ſubmotis, & pace par-
tâ, depulſoque Theodoſiano illo ſcrupu-
lo, Romani iterum ad eam in quam nunc
cernitur altitudinem Teſtaceum montem
E uno impetu promoverunt. Vno inquam
impetu; quia fictilia fragmenta ſupra ve-
terem illam quam diximus terrenam
cruſtam A B, pura & puta, nullâque
F aliâ re intermiſtâ immenſam hanc mo-
lem conſtituunt. Neque enim adeò mi-
ra, ut P. Alexandro Donato lib. III.
cap. XIII. viſâ eſt, tanta figlinorum co-
G pia; ſi conſideremus infinitam propemo-
dum per tot ſæcula funerum quantita-
tem; ritumque non ſolum in Sepulchris,
(quę tantæ multitudini non ſufficiebant)
H verùm etiam ſub dio longè latèque per
campos in grandioribus ejuſmodi teſtis
cadavera inferendi: ut nuper in repaſti-
natione Vineæ Clariſſimi Viri Abbatis
I Michaelis Capellarii ad Viam Salariam
conſpeximus ſpiſſis inter ſe urnis iſtis

craſsioribus trium pedum altitudinem habentibus, magnumque loci ſpatium occupantibus, quaternis, quiniſque alicubi ordinibus uno ſuper alio aſſurgentibus.

* *pag.* 205. E. *In magnificentiæ in modico quæſitæ*] Non novæ in Romano luxu ſimiles ſumptuariis legibus fraudes, ut facetè Cicero ad Gallum Epiſt. XXV. lib. VII. ita, tamquam expertus, admonet, *Lex ſumptuaria, quę videtur* λιτότητα *attuliſſe, ea mihi fraudi fuit; nam dum volunt iſti lauti, terrâ nata, quæ lege excepta ſunt, in honorem adducere, fungos, helvellas, herbas omneis ita condiunt, ut nihil poſſit eſſe ſuavius*, quam legem ſumptuariam, Aemiliam illam fuiſſe credo, *qua, non ſumptus cenarum,* (ut ait Gellius lib. II. cap. XXIV.) *ſed ciborum genus & modus præfinitus eſt*.

* *pag.* 211. H. *ITA·VTI·DEPALATVM·EST*] *Depalare* hic dicitur, quod Frontino *delimitare* eſt, ideſt, limites apponere, intèr quos cùm pali quoque communiter recenſeantur per Siculum Flaccum, Cajum, Theodoſium, & Magonem, ut doctiſsimus Nicolaus Rigaltius in Gloſsis Agrimenſoriis, à præfatis Scriptoribus Gromaticis exempla colligit; hinc *depalationis* verbum aliis gromaticis formulis per eam inſcriptionem, junctâ hac aliâ è Schedis Peniæ apud me

671 HI · TERMINI · XIX · POSITI · SVNT
K AB·SCRIBONIANO·ET·PISONE·FRVGI
EX·DEPALATIONE·T·FLAVI·VESPASIANI
ARBITRI
In quadam Vinea extra Portam Nomentanam.

jam accedet: Et ne exemplum ex noſtra
L lapidaria eruditione deſit, ϛάχοι, καὶ
πάσσαλοι, *pali*, ſeu *ſtipites* ſæpe pro ter-
minis enunciantur in Tabula illa Termi-
nali Meſſanenſi apud Gruterum paginâ

CCX. Vitruvius quoque initio Cap. VII. lib. IX. *depalationes* dierum vocat, quaſi terminationes diurni temporis, per horas, ope horologii ſcioterici, cujus conficiendi praxim edocet, indicandas. Ita

quoque

quoque intelligendum credo apud Tertullianum in Apologet. Cap. X. hoc idem verbum, ibi, *Mons quem* [Saturnus] *incoluerat*, *Saturnius dictus*, *Civitas, quam depalaverat*, *Saturnia usque nunc est*, pace eruditissimi Fresnii, qui *depalare*, idest palis cingere in aureo suo Glossario interpretatur: talis enim præcinctio A Romæ inaudita; descriptio verò palis seu terminis statutis; Urbi condendæ congrueret, ut Templo Iovis Feretrii exstruendo Romulus *designasse fines* legitur B apud Livium lib. I. cap. 10.

CAPVT

CAPVT QVARTVM

AFFECTVS · CONIVGVM

E 1
D · M
ACILIAE · CHRY·
SOPOLI · COIVGI
KARISSIMAE
F FESTIVVS·AVG·LIB

FESTIVVS, libertatis insolens, nomine suo servili
G contentus, se, atque Augustum svum nobis obscurum reliquit. Sæpius eodem pacto postumam sprevisse sui famam
H mam libertos, vel etiam servos, & præsertim Principales ejusmodi, observo. E' multis, hæc exempla in promptu sunt; ultra ea quæ habentur ex variis hucusque
I allatis, & imposterum afferendis Inscriptionibus.

1
D · M
CANTABER·AVG·LIB
CALLISTIONI
K ALVMNO
Hortis Burghesiis.

2
D·M·FABIAE
L CALLISTE
· · · · · · · · ·
NICEPOR
VS·AVG·LIB
Ad D. Silvestri in Quirinali.

3
POSIT
ANTEROS
LIB·
Vinea D. Pecavena.

4
THAMIRVS
AVG·LIB·SIBI·ET
AGELE · L
è schedis Vaticanis.

5
D · M
MYRONI
SER · BENEM
ERENTI·CHA
RITO·AVG·LIB
Vinea Brunona.

6
DIS · MANIBVS
CEIONIAE · L · F
THAIDIS
VXORIS · OPTIMAE
AGATHO·AVG·LIB
Hortis Iustinianeis.

7
DIS · MANIBVS · SACR
SEX · AVONIO
PRIMIGENIO
EVZELVS
AVG · LIB · FECIT
VERNAE · SVO
BENEMERENTI
VIXIT·ANNIS·XII·MENSIBV·III
Apud Reginam Svecorum.

8 TRE-

8 TREBATIAE·EVTYCHIAE
MANVMISS·A·CN·TREBATIO
PITIANACTE·PATRE·N·LIBERTO
TREBATI·CLARI·QVOND·
C·V·XI·K·F·COMMODO·IIII
COS·EVTYCHIANVS·AVG
LIB·ADIVT·ARAT·CONIVGI
B · M ·
In Horto Sanctæ Mariæ Transtiberim.

9 D · M
FLORO·AVG·LIB
NERANIA
HELENA·FILIA
PATRI·PIENTIS
SIMO·FECIT
Villa Negroniana in Pincio.

10 VENASIAE
CICLADI
CONIVGI·OPTIMAE
VIX·ANN·XXVII
VITALIS·AVG·LIB
SCRIB·CVB
Villa Peretta.

11 D · M
CALBILIAE
PAVLAE
ALCIBIADES
AVG·LIB
CONIVGI
Vinea Tuscapella.

12 D · M
AVLIAE·LAVDICES
FILIAE·DVLCISSIMAE
RVSTICVS·AVG·LIB
ARCHITECTVS·PATER
INFELICISSIMVS·QVAE
VIX·ANN·VI·MENS·VI
DIEB·IIII
Hortis Iustinianeis.

13 LYCORIS·AVGVSTAE·LI
OLLAM·DEDIT
PHAEDONTI·AVGVSTAE·L
A·MANV·CONIVGI·S
In Museo Ciampino.

14 HERMEROTI A
AVG·LIB
PRAEPOSITO·TABVLAR
RATIONIS·CASTRENSIS
FRATRI·INDVLGENTISSIM B
AMPLIATVS
AVG·LIB·FECIT
Hortis Iustinianeis.

15 EPAGATHO·AVG C
LIB·ET·DIDIAE
CAMPANAE·CONIVGIS
FERONIVS·CRISPINVS
BENE·M·F·ET·SIBI D
ET·SVIS
è schedis Barberinis.

16 D · M
FAVSTVS·AVG·LIB E
ADIVTOR AB EPIST
LAT·VIXIT ANN·XVIIII
M·IIII·DIEB·XVI FECIT
ARTEMISIVS·PEDAGOGVS F
ET LIB·PVERO RARISSIMO
Ex eisdem.

17 STRATONI·AVGG·LIB·NATIO
NE·SYRV·ANTIOCENSE·Q G
VIXIT·ANN·LXXXVI·D·XVI
ACHILLEVS·ET·HEGEMONI
CVS·LIB·PATRONO·BENE
MAERENTI H
è schedis Barberinis exscribente P. Vghellio.

18 D · M
METTIAE·MAR
CINAE·CONIV I
GI·KARISS·QVAE
VIXIT·ANN·XXI
DIEB·XLII
VICTORINVS K
AVG·LIB·MARITVS
è schedis Lilii Vaticanis.

19 AVCTVS·CAESARIS·AVG·L
AMPHIONINVS·DEDIT L
LIBERTIS·ET·LIBERTABVS·SVIS
POSTERISQVE·EORVM
In Foro Traiani ex schedis Barberinis.

A 20

CVRTIA	T·MAGNIVS	MAGNIA
Ↄ·L	T·L·HILARIO	T·L
MVSA	FRATER·PHOTI	METHE
	CAESAR·AVG·L	
	CORNIFICIAN	

B

Ex schedis Barberinis.

21 D THALLO·AVG·N̄·VER·VIX·AN·IX·M·XI·D·X M
PATER · FILIO · DVLCISSIMO
In Sarcophago Hortorum Strozziorum in Viminali.

C

22 DIS·MAN
ATHICTI·AVG·L
A LIBELLIS
D FISCI · FRVM
FLAVIA·EVTYCHA
CONIVGI
B·M
Super Cœmeterio Castuli Via Labicana.

E

23 FAVSTVS·AVG·L
IANVARIVS·INSV
LARIVS
è schedis Barberinis.

F

24 D · M
FELIX
AVGG· VER
G TYTHICO
DE·SE
BENEME
RENTI·F·C
Hortis Iustinianeis.

H

25 D ❦ M
LOLLIAE ❦ HAELENES
VIX ❦ ANN ❦ LXXV
MENS ❦ VIII ❦ DIES ❦ X
I EPAPHRODITVS
AVG ❦ LIB ❦ CONIVGI
BENEMERENTI ❦ FECIT
Vinea Piscia Via Labicana.

K

26 D · M
AEMILIAE
PRIMILLAE
L CONIVGI
SANCTISSIMAE
ARRIDEVS
AVG·LIB
è regione S. Iacobi ad Lungariam.

27 D ❦ M
B E T T V
E D I AE
V I C T O
R I AE
H E R M A
D I O N
AVG·LIB
C O N I V
GI·B·M
F E C ❦
Boboli ex schedis Barberinis.

28 AEGYPTO SERVO
BARBARI AVG·LIB
A CODICILLIS
EVTYCHVS PECV
LIARIS SYMMACHVS
FRATRES PIENTISSIMI
Ex Sponio pag. 207.

Rectâ locutione intelligitur, Barbarum Aug. nescio cujus libertum eidem à codicillis fuisse: Et tamen Sponius maluit hoc munus Hero auferre, & tradere Aegypto ejus Servo erga Dominum suum exercendum; sic enim explicat. *Aegytus hic nomen est servi, qui erat à codicillis liberti cujusdam Augusti cui Barbari cognomen erat.*

29 ANTISTIA·L·F
PRISCILLA
ABASCANTI
AVG·LIB
AB·EPISTVLIS
L · L
D·D

 Simi-

Similem vim fecit huic inſcriptioni apud Gruterum paginâ DLXXXVI. 4. Scaliger in Indice; (quam etiam quia ad rem noſtram conducit, ideo hic transfero) ut *Antiſtiam Abaſcanti*, ſcilicet uxorem, ut probavi Cap.I. pag.56.K, eidem Abaſcanto *ab Epiſtulis* (ut verè ipſe Auguſto ſuo) præſto fuiſſe inſinuet per hæc verba, *ab Epiſtulis liberto Auguſti*, cap. VII. de offic. Domus Aug. & privatæ. A B

II

P · AELIO · AVG · LIB · SECVNDO
PILARIO·OMNIVM·EMINENTIS
SIMO · FECIT · AELIA · EVROPE
VIRO · SANCTISSIMO · ET · SIBI
ET · SECVNDO · ET · MAGNAE · FILIS
ET·LIB·LIBERTABVSQ·POSTERQ·EORVM
QVI · VIX · ANN · XXXXVI

C D

Præſtigiatores illos hic primùm in lapidibus commemoratos videmus, de quibus Quinctilianus lib. X. cap. VII. Inſtit. Orat. his verbis teſtimonium præbuerat, *Quo conſtant miracula illa in Scænis Pilariorum & Ventilatorum, ut ea quæ emiſerint, ultrò venire in manus credas, & quà jubentur decurrere*, à pilulis nempe illis, quas dum proiicere videntur, ſub certis vaſculis repoſitas oſtendunt, & rurſus ex uno in aliud transferunt, moxque evaneſcere faciunt, Pilarii dicti. Hoc artificum genus non à pila ſed à pilo (à quo tamen non pilarii, ſed pilani rectè denominantur) deducit Lipſius in Saturn. lib. II. cap. XIX, ut ex iſtis Pilariis & Ventilatoribus peculiares Gladiatorum claſſes inſtruat. Ventilatoribus nullum dare etymon valuit Lipſius, ſed quod Lexicographi huic præſtigio tribvunt, noſtro intellectui favet: ita enim Stephanus ex quo verba Paſſeratius arripuit. *Ventilatores apud Quintil. lib. 10. cap. 7. ſunt præſtigiatores, qui, ut ventilatores quæ grana purgant in ventum proiiciunt, ita rem quam retinent manibus ejicere videntur.* Apud Græcos vocatos hoſce ψηφοκλέπτας ſeu ψηφολόγους, oſtendit idem Stephanus in Theſauro: & ſimplicius ψηφᾶς à media græcitate dictos ait in ſuo Gloſſario Freſnius; ubi etiam ſubdit, Calculatores apud Latinos inferioris ætatis iſtos vocatos, tanquam eos, qui calculis & globulis videntium oculos fallerent. E F G H

III

T·ALFENVS·PRIMIGENIVS·AEDIFIC
A FVNDAMENTIS·S·P·SIBI·ET·SVIS·ET·T·ALFENO
PHILEROTI·PATRON·ET·HERENNIAE·PRIMAE
CONIVGI· B · M· POSTERISQ· EORVM

ſua pecunia I

IV

D M
L · A V R E L I V S · A P H R A D A S
AVRELIAE · VITALI · AVG · LIB
CONIVGI · INCOPARABILI · DVLCISSIMAE
CASTISSIMAE · PIENTISSIMAE · SANCTISSIM
B · M · FECIT · QVAE · VIXIT · ANNIS · XXXII
ET · CVM · QVA · VIXI · ANNIS · XVIIII
NON· CORRVPTO·MATRIMONIO
CVM·MAGNA· DVLCITVDINE· ET· LIBERTIS
LIBERTABVSQVE · POSTERISQVE · EORVM

K L

Nomen

A Nomen gentilitium ALFENVS pe-
nultimæ inscriptionis, de iis est, quæ de-
rivativo carent, ut NORBANVS, CAE-
CINA, PERPERNA &c, & de quibus
B in transcursu aliqua attigimus Cap. supe-
riori pag. 163. H.

Huic nostræ IV. inscriptioni tot vir-
tutum encomiò abundanti, simillima est
C alia apud Gruterum inscriptio paginâ
DCCLII. 3, itaut una ex altera expressa
videatur, nam easdem clausulas habet
INCOMPARABILI DVLCISSIMAE
D SANCTISSIMAE CASTISSIMAE,
nec non, CVM QVA VIXIT ANNIS
XIII CVM MAGNA DVLCITVDI-
NE. Nostra addit NoN CORRVPTO
E MATRIMONIO, & postquam Qua-
dratarius scripserat (ut ex vestigiis appa-
ret) INCORRVPTO MATRIMO-
NIO, quò scilicet pravus evitaretur in-
F tellectus, compositè, & non per modum
separatæ præpositionis, legentis.

Cæterùm in immodicas laudes effu-
sos desiderio defunctorum superstites,
G adeò obvium & tralatitium est, ut nulla
non inscriptio sepulchralis hyperbolica
dicenda sit: è quibus istas affectibus co-
H piosiores proponendas selegi, post innu-
meras illas, quas Gruterus sparsim ha-
bet, atque integro cap. XIV. sui Indicis
Scaliger conclusit.

I 30 IVLIAE
STRATONICE
SACRVM
Q. VENNONIVS
K BENEGESTVS
CONIVGI
CARISSIMAE · ET
RARISSIMI · EXEMPLI
CVM · QVA · VIX · ANN · XXXIII
L DE · SE · B · M · F
ET · SIBI · ET · SVIS
POSTERISQVE · EORVM

è schedis Vaticanis.

31 D · M
PAPINIAE · FELICITATI
QVAE · VIX · AN · XXVI
MENS · V · DIEB · XXV
T · FLAVIVS · FLAVIANVS
CONIVGI · SANCTISSIMAE
CARISSIMAE
INCOMPARABILI
FEMINARVM
FECIT

Hortis Iustinianeis.

32 D · M · S
MESTRIAE · TRY
PHENAE · MATRI
PIENTISSIMAE · OB
SEQVENTISSIMAE
C · MESTRIVS · ASTYLVS
ET · FLAVIA · HERAIS
FECERVNT

Vinea Nobb. de Olgiatis ad Aggerem.

33 D · M
ET · MEMORIAE · AETERNAE
T · VETTI · DECIMINI · VETE
RANI · LEG · VIII · IMMVNI
CONSVLARIS · HOMINIS
OPTIMI · ET · VERECVNDISSIM
ET · PROBISSIMI
MERCVRIALIA · CASATA
CONIVGI · KARISSIMO · CVM
QVO · VIXIT · ANNIS · XXIII · DIEB
XXV · ET · DECIMINA · FILIA
VIVAE · PONENDVM · CVRA
VERVNT · ET · SVB · ASCIA · DE
DICAVERVNT

è schedis Barberinis.

34 C · LAERTIO · SABINIANO
OFFICIALI · NAEDITARVM
RARISSIMO · VITAE · INCORRVPTAE
ANN · XXXII · M · III
PATRI · FILIORVM · II · MAGIA
MAXIMINA · CONIVGI · INCOMPA
RABILI · CVM · QVO · VIXIT
ANN · XI · * VIRGINIO · INFELICIS
SIMO · M · P

Nadini in Dalmatia ex Lucio.

35 HIC·SITA·EST·AMYMONE·MARCI·OPTIMA·ET·PVLCHERRIMA A
LANIFICA·PIA·PVDICA·FRVGI·CASTA·DOMISEDA

Hortis Iustinianeis in Sarcophago.

36 D M S
AEL·REGINE·DVLCI ſſIME ſVMME (*ita omnes* B
INTEGRITATIS ET CASTITATIS EXEMPLI
qVE VIXIT MECVM ANN III MENS VII
DIES XIII SEPTIMIVS CALLINICVS
CONIVGI CARISSIME BENEMERENTI C
FECIT

Ex Roma Subterranea.

37 KARIS SANCTISSIMO KALETICO COMPARI DVLCISSIMO
QVI IN COIVGIO MECVM VICXIT ANNOS XXII D
ET OMNEM VITAM COMPLEVIT ANNOS XLV CONCESSIT
GENESI DIE X KAL SEPTEMBRIVM IN PACE

Ad D. Agnetis Via Nomentana.

38 D·M·VIRIAE·RVFIN·CONIVGI·PIENTISSIMAE E
CONSERVAT·PECVLI·PER·QVEM·ADQVISIVI
VIXIT·ANN·XXXIII·M·III·DIEB·VI
NASIDIVS·VALENS·CONIVGI·B·M·

Fani Fortunæ ex ſchedis Barberinis. F

39 HIC POSITA EST ANIMA DVLCES
INNOCA SAPIENS ET PVLCHRA NOMINE
QVIRIACE QVE VIXIT ANNOS III M III D VIII
DP IN PACE IIII ID·IAN CONSS D N TEVDOSIO AVG·II G
ET MEROBAVDE V C III

Via Oſtienſi in bivio ad Aquas Salvias.

40 DIIS·MANIBVS·L·SEMPRONIO·VITALI
VIXIT·ANNIS·XXVII·ET·MENSES·VIII H
D·XI·L·SEMPRONIVS·OPTATVS·PATER
ET·SEMPRONIA·PRIMILLA·MATER
PARENTES·FILIO·PIISSIMO·RARISSIMO
SANCTISSI I

Ex MS. V.Cl. Lucæ Holſtenii.

41 ALLIA·EVROPA·V·A·XVII
PIA·SANCTA·FRVGI·IN·SVIS

42 HIC IACET AVFIDIA SEVERINA SIGNO FLORENTI K
BIS QVINOS DENOS QVAE VIXIT ANNOS AETATIS
D CASTA FIDE SEMPER TORV MARITALE DILEXIT M
SOBRIA NON MOECHA SIMPLEX ANIMOQVE BENIGNO
DEDITA CONIVGI SOLI SVO IGNARA ALIENVM L
COMPARI DVLCI SVAE INCOMPARABILI SOLAE
BASILEVS FECIT QVOD FIERI AB ILLA CVPIEBAT

Ex ſchedis Barberinis utraque.

43 D M·S

A 43 D · M · S
Q·SOSIO·HELIODORO
FILIO·DVLCISSIMO
KARISSIMOQVE
B AC·PIISSIMO·IM
FANTI·RARISSI
MO·Q·V·A·VI·M·II
FECERVNT·B·M
C SOSIA·PROBA·ET
EVSEBIVS·PARENTES
Villa Cinquina ad Viam Nomentanam.

44 D · M
D C·GEMINIVS
IONICVS
IVLIAE·CALENI
CONIVGI·PIAE
E CARISSIMAE·ET
BONO·CONSILIO
DE·QVA·NIL·QVE
ROR·CVM·QVA·VI
F XI·BENE·ET·INTEGRE
ET·IN·RE·SVA·PO · · ·
EST·B·M·ET·SIBI·ET·FILII
FECERVNT
G *Florentiae apud Nobb. de Gaddis.*

45 D · M
FVLVIAE·TROPHIME
BENEDICTAE
H M·SERGIVS·PHOEBVS·CO
IVGI·SANCTAE·CVM·QVA
VIX·ANN·XL·IN·QVIB
ANNIS·NINIL·VNQVAM
I DE·EA·QVESTVS·EST
è schedis Barberinis.

46 GABINIA GAVDENTIA H·F·IN
QVA FVIT INIMITABILIS
K CASTITAS IN PROBISSIMA
VERECVNDIA INCONPARABI
LIS INNOCENTIA PERPETVA
QVIESCIT IN PACE Q VIXIT
L ANN·XVIII M·XI·D XXI
VARIVS VICTOR COIVGI B·M
D XII·KAL·AVG
Ex Roma Subterranea.

47 D · M
GABINIAE·L·F·PROC
CONIVGI·CAESILI
CVRIALIS·MATRI·CA
PROCVLI·CAESILI·V
CVRIALIS·SVO·ET·CA
PROCVLEIANI·FILI·SVI·N
CONIVGI·SANCTISSI
CASTISSIMAE·CVM·Q
VIXIT·ANNIS·XXVI·DI
XXX
Florentiae ex schedis Barberinis.

48 AVRELIAE·A
NATOLE·SAN
CTISSIMAE
ADQ·CASTIS
SIMAE·FEMI
NAE·CVM·QVA
VIXIT·ANNIS
XXXII·MENSI
BVS·X·DIE·I·SED
ET·SIBI·PHOSPH
ORVS·AVGVST · ·
· · · · · · · · · · · ·
Olibani in Arca marmorea è schedis Barberinis.

49 TI·CLAVDIO·LIBERALI
PRAEF·FABR·EQVO
PVBLICO·FILIO·OPTIMO
PIISSIMO·DVLCISSIMO
SODALI·DESIDERANTISSIM
VIXIT·ANNIS·XXVI
MENSIBVS·V·DIEBVS·XXI
PARENTES·INFELICISSIMI
Hortis Iustinianis.

50 INCOPARAVILI·PVDICITI
AE·ADQVE·AMORI
COIVGALI
ANNIAE·ALEXANDRIAE·C·F
COIVGI
RELIGIOSISSIMAE
LVCIVS·STEIVS
AEMILIANVS·V·C
è schedis Vaticanis.

51 MA-

A

51 MAGNIA · EPAGATHO · DVLCIS
ANIMA · HAVE · BENE · VALEAS
QVI · ME · SALVTAS
MAGNIAE · EPAGATHONI · CONIVGI
PIAE · SANCTISSIMAE · BENEMERENTI B
CARAE · MIHI · FECIT
C · CLODIVS · ALEXANDER
VIXIT · ANNIS · XXVII · M · X · D · XXVII
Hortis Iustinianeis. C

52 MATRINIAE · SANC
ISSIMAE · ET · RELIGIOSIS
IMAE · FEMINAE · FILI · SVI
VOS · AMISSO · PATRE · VIDVITATE
CVM · NEPOTIBVS · SVPERSTITES · DE
IQVID · Q · V · AN · LXXVI · DEP · VII · ID · DEC
T · IVENT · DEP · VIII · ID · IVNI · IN · PACE

FL · VITALIANVS
QVI · VIXIT · ANOS
QVADRAGINTA
NDECIM · MACRE D
GI · BENEMER
IN · PACE · D
QVINTV

Vinea Angelonia Via Salaria. E

53 AVREL · ARETHVSAE
VXORI · SANCTISSIMAE
INTEGRAE · FIDEI ·
FRVGI · MODESTAE ·
VERAE · INNOCENTIAE
OLYMPIVS · MARITVS
ET · SIBI · POSVIT
è schedis Barberinis.

54 DIS · MAN
MARCIAE · SYNTROPHIAE
T · SVLCANIVS · EVPLVS
CONIVGI · SANCTISSIMAE
FIDELISSIMAE · ET · BENE
DE · SE · MERITAE · FECIT
ET · SIBI
è schedis Vaticanis.

55 D · M
AVRELIVS · VETVS
ORATIAE · DIONE · COIV
GI · SANCTISSIMAE · ET
MERENTISSIMAE · FEC
Ad Hortos Sallust. ex sch. Barb.

56 TI · CLAVDIVS · NOSTVS
CORNELIAI · VOLVPTATI
CONIVGI OPTIMAE · ET · FIDELISSIMAE
ET · KARISSIMAE · FECIT
Florentiæ apud Nobb. de Gaddis.

57 DIS · MANIBVS
VIBIA · COLENDA
L · ANNIO · EVARISTO
CARISSIMO · INDVL F
GENTISSIMO · PIEN
TISSIMO · FECIT
VIXIT · ANNIS · XXIII
MENSIBVS · III · DIEBVS · XII G
Hortis Iustinianeis.

58 NIMIVM CITO DECIDISTI
CONSTANTIA MIRVM
PVLCHRITVDINIS ATQVE H
IDONITATI QVAE VIXIT ANNIS
XVIIII · MEN · VI · DIE · XVI
CONSTANTIA IN PACE
Ex Roma Subterranea. I

59 NVSIAE · CONIVGI
SANCTISSIMAE
INCOMPARABILI · QVAE
VIXIT · ANN · XXIII K
M · T · GAVDENTIVS
MARITVS · BENEMERENT
In Agro Brixien. ex Rubeo.

60 L · LICINIVS · L · L L
AMPHIO · PIVS
BONIS · PROBATVS
· · CINIA · L · L
Prope Mausoleum D. Helenæ.

61 C·

A 61 C·ACILIVS·C·F·PALATINA
PLVTINVS · AVGVR
CAECILIAE· ET·LVCCIAE
CONIVG · SANCTISSIM
B PIISSIM · ATQVE · FIDELIS
FECIT · ET · SIBI
à schedis Barberinis.

62 HEIC · SVNT · OSSA
C VARIAE · GLICERIAE
FEMINAE · SANCTISSIM
in operculo Vrnæ ossuariæ
FRVGI
D PIAE
in Vrna ipsa Hortis Matthaiis.

63 AEMILIAE
RESTITVTE
E LIBERTAE
KARISSIMAE· ET
INCOMPARABILI
PLOTIVS·L·L·AEMILIVS
F FECIT
BENE · MERENTI
Panhormi ex schedis Barberinis.

64 DIS · MANIBVS
G POSTVMIAE · SOTIRE
VXORI · OPTIMAE
SANCTISSIMAE
MATRI· PIENTISSIMAE
H DVLCISSIMAE
POSTVMIVS· PRISCVS
POSTVMIA · PRISCILLA
Ex eisdem.

I 65 D · M
M·SVLPICIVS
TROPHIMVS
FELICIANVS
K VIXIT · ANNIS · XL
M · VII · DIEBVS · XX
CAETRONIA · ET
CONIVGI · KARISSIMO
L ET· PIENTISSIMO · ET
DE · SE · PER · OMNIA
BENE · MERENTI · FECIT
Ex eisdem.

66 D · M
IAVLENAE
SABINAE
V · A · XXII
L·IAVLENVS
RESTITVTVS
LIBERTAE
PIENTISSIMAE
ET · INCONPARABILI
FECIT
Ex eisdem.

67 D · M
CAESIAE
SABINAE
MVLIERI
FRVGALI
SSIMAE
ET · PIAE
CREVSINIA
QVARTINA
BENE · DE
SE· MERITAE
HERES
Faventiæ apud Nobb. de Spadis.

68 D M
VALERIAES · CAPRIOLAES
M· ❦ VALERIVS ❦ FAVSTVS
CONIVGI· SVAE·CARISSIMAE·ET·PI
ENTISSIMAE·BENEMERENTI
FECIT·SIBI· ET·SVIS·ET· LIBERTIS
LIBERTABVSQVE · SVIS ❦
POSTERISQVE ❦ EORVM
Vinea Greppia ad Viam Prænestinam.

69 CASTICIAE·VICTORINAE
CONIVGI· DVLCISSIMAE· E
DESIDERATISSIMAE·CASTI
CIVS·COCCEIANVS·CONIVGI
B · M
Volaterris ad D. Lazari.

70 CLAVDIAE· BARNABILI
VITA · INCOMPARABILI
ET· SANCTISSIMAE · ET
PIENTISSIMAE · AELIVS
COIVX·BENEMERENTI·FECIT
à schedis Barberinis.

71 ❦ D

71 D M
HIPPE · CONIV
GI · INCOMPA
RABILI · BENE
MERENTI · REGI
NVS · MARITVS
FECIT · CVM · QVA
VIX · ANNIS
XXII · D · XXXXVII

Vinea PP. Prædicatorum ad Salariam.

72 C · NVMITORIO
CALLISTRATO
HOMINI
OPTIMO
DOCTISSIMO
QVE · ET · VIRO
RARISSIMO
FL · ARISTVS · V · C

Capuæ ad D. Salvatoris Majoris.

73 DOMITIAE
HERACLIAE · C · M · L
MATRONAE · ET
VXORI · SVPRA · OMNIA
EXEMPLA

è schedis Vaticanis.

74 ARRIAE · C · L · BENIGNAE
FEMINAE · SANCTISSIMAE
ET · PIAE
PHILIPPVS · COLLIBERTAE
DE · SVO · FECIT

Mss veteri MS.

75 D · M
A · SAVFEIVS · A · L · DIOCLES
SAVFEIAE · A · L · TYCHE
CONIVGI · SANCTISSIMAE
PIISSIMAE · B · D · S · M

è schedis Barberinis.

Iſtas ſelegimus, præter quamplurimas in Opere diſperſas, ut mirari deſinant communiores illas, & veluti ex formula & præſcripto Lapidariorum, appellationes RARISSIMI & INCOMPARABILIS, è genere illarum laudationum, quas *vulgares* vocat Seneca Epiſt. LXXIX.; quaſque plurimi facere, & prolixis A
explicationibus, exornare aliquos ex amicis conſpexi, nimiſque magnam eruditionem in rem de ſe minimam conferre.

V B
DIS · M
C · CALPVR
VIXIT · AN
PVBLICIA · IREN C
BENEMERENT

Tabellæ hujus fragmentum proſtans ad Viam Latinam II. lapide in Vinea PP. Minorum Conventualium, in indi- D
cium Monumenti Gentis Calpurniæ hic erecti, accipiendum duxi. Extat enim adhuc ibidem cippus ingens ſepulchralis E
cum hac epigraphe;

76 DIS · MANIBVS
C · CALPVRNI · SCIATHI
PROCVRATORI F
C · PISONIS

Irenem hanc fuiſſe ipſius C. Calpurni Piſonis, cujus Sciathus fuit adminiſter, ſeu libertus, conjugem, ſpatium vacans admonet, inſcriptionemque proinde in hac G
Claſſe collocandam.

VI D M H
CLAVDIAE · TYCHENIS
T · FLAVIVS · ESYCHVS · AVG · LIB
CONIVGI · B · M · F · CVM · QVA · VIXIT
ANNIS · XXXVI · M · II · D · XVIII
SINAE · VLLA · QVAERELLA · ET · SIBI I
ET · SVIS · POSTERISQ · EORVM
H · M · D · M · A

Quidquid ſecùs recta ſcribendi ratio expoſcat, frequentiùs pro *querela querellam* in marmoribus, ut in hoc noſtro, in- K
venies; atque in hiſce quæ ſubdimus.

77 TERENTIAE · VALENTIANAE
CONIVGI · INCOMP L
A · BVLLIVS · TERTIVS · ANIMAE
MERENTISSIMAE · CVM · QVA
VIXIT · ANNIS · XXV · SINE · VLLA · QVERELLA

è ſchedis Barberinis.

A 78 D · M
T · AEL · DIONYSIVS
AVG · LIB · FECIT · SEVIVO
ET · AELIAE · CALLITYCENI
B COIVGI · SANCTISSIME
CVM · QVEM · VIX · ANN · XXX · SIN
VLLA · QVERELLA · FEMINE
INCOMPARABILI · ET · AEL
C PERSEO · COLLIBERTO · ET · LIBER
TIS · LIB · POSTERIQ · EORVM
Vinea Morona ad Portam S. Sebastiani.

79 POPILIAE · C · F · SATVR
D NINAE
G · SEPTIMIVS · ALEXANDER
CONIVGI · B · M · FECIT
CVM · QVA · VIX · SINE · QVERELLA
E ANN · XXXXV
ET · SIBI · ET · SVIS · LIBERTIS
LIBERTABVSQVE · SVIS · PO
STERISQVE · EORVM
F IN · FR · P · VIII · IN · AG · P · III
è schedis Barberinis.

80 D · M
T · CRYSTIDIVS
G PRISCVS · COIV
GI · SVAE · QVINT
INIAE · CALLIS
TENI · BENEME
H RENTI · FECIT · Q
VE · CONVIXIT · M
ECV · ANNIS · P · M
XX · SINE · VLLA · Q
I VERELLA
Sub Monte Fortino.

81 D · M
T · AELIO · EVPREPETI
K AVG · LIB · DECVRIONI
MINISTRATORVM
AELIA · NICE · CO
IVGI · BENE MEREN
L TI · CVM · QVO · VIXIT
ANNIS · XXX · SINE
VLLA · QVERELLA
Museo Ciampino.

82 D · M
CLAVDIAE · SAMIRA
MIDI · VXORI · INCOM
PARABILI · QVAE · VIXIT
ANNIS · XXXVIIII
MENSIBVS · III · D · X
TI · FL · CALLITYCHIANVS
MARITVS
CVM · QVA · VIXIT
SINE · QVERELLA
ANNIS · XIIII
DIEBVS · XVI
Vinea Nobb. de Tassis Via Tiburtina.

83 D · M
TIB · IVLI · HEBANIO
IVLIA ❦ LAMBAS · CO
IVGI · FECIT · CVM · QVO
VIXIT · ANNOS ❦ XXV
MENS · V · DIES · XIII
SINE · VLLA · QVEREL
LA · QVI · TVLIT · AN
NOS · AETATIS · LIV · D
X
è schedis Barberinis.

84 D · M
DASVMIAE · SOTERIDI · LI
BERTAE · OPTIMAE · ET · CON
IVGI · SANCTISSIMAE · BENE
MER · FEC · L · DASVMIVS · CAL
LISTVS · CVM · QVA · VIX · AN
XXXV · SINE · VLLA · QVE
RELLA · OPTANS · VT · IPSA
SIBI · POTIVS · SVPERSTES · FV
ISSET · QVAM · SE · SIBI · SVPER
STITEM · RELIQVISSET ❦
Prope Sanctum Isidorum.

85 D · M
FELICI · BENEME
RENTI · CONIV
GI CVM QVO · VIXI
SINE QVERELLA FE
CIT ANTHIS · Q · V ·
A · LX · M · VI ·
Museo Ciampino.

86 D · M A
T·AELIO·AVG·LIB·TATIANO·PROX
A LIBR·SACERDOTAL·DEI·CARNVN
ANN·XXXXII·M·III·D·XIX·MARIT·VIRGIN
DVLCISS·ET·INCOMPARABILI. BENE B
QVE·MERITO·QVEM·FVNERAVIT
FL·AMPELIS·CONIVX·CARISSIMA
ET·RELIQVIAS·EIVS·PERMISSV·IMP
IPSA·PERTVLIT·CONSECRAVITQVE C
CVM·Q.V·A·XII·M·III·D·XXI·SINE·VLLA
QVERELLA

In Vrnula rotunda undulata penes Lucam Corsum.

87 IN·F·P·XI·IN·AG·XI·D·M D
L·OCTAVIO·CISSO·FECIT·OCTAVIA·FELICVLA
LIB·ET·CONIVNX·CVM·QVO·PER·MVLTOS·ANNOS
SINE·QVERELLA·VIXIT·ET·SIBI·ET·LIBERTIS·LIBER
TABVSQVE·POSTERISQVE·EORVM E

Ex schedis Barberinis.

88 D · M
C·EPPIDIVS·PRIMIGENIVS
FECIT·SIBI·ET·LEPIDIAE·HEROPILE F
CONIVGI·SVAE·BENEMERENTI
CVM·QVA·VIXIT·ANNIS·XXXX
SINE·QVERELLA·LIBERTIS·LIBER
TABVS·POSTERISQVE·EORVM G
IN·AGR·PED·XVI·IN·FRON·P·XII

Horto Nobb. de Vecchiis ad Arenulam.

89 ROMANO
AVG·LIB·CVBICVLARIO
RESTITVTA·AVG·LIB
CONIVGI·BENEMERENTI
CVM·Q·V·ANN·XXIII
SINE·VLLA·QVERELLA

e schedis Barberinis.

90 D M
POSTVMIAE
PAVLINAE·M·CA
VARASIVS·SECVN
DVS·COIVG·INCOM
PAIL·QVAE·VIXIT·ME
CVM·ANN·XXXVII·SINE·QVAE
RELLA·VLLA·ET·SIBI·V·F·ET
MARCI·CAVARASII·MAXI
MIANVS ET·AVRELIANVS·MA

TRI·B·M·ET·CAVARASIA·FAV
STINA·AVIAE·ET·NVTRICI·SVAE H

Veronæ ex D. Blanchino.

Ascia quid significet, quidque sibi velint vltimæ illæ siglæ H·M·D·M·A, explicavimus suprà ad Inscr. XLIX. Cap. I III, & ad Inscr. XI. Cap. II.

VII
D M.
L·CASVRIO DEX
TRO VEXILLA K
RIO COH II VIG
CASVRIA CAPRI
OLA PATRONO
ET COIVGI B·M L

Innotuit hæc nostra inscriptio Grutero pag. DXXXVI. 7, quam ex eodem loco, ubi

A eo, ubi ab Vrsino observata, ipsique
transmissa fuerat, eruimus. Ejus occasione,
nonnulla aliis intacta de hujsmodi
Vigilum militia, de qua plura novissimè
B Famianus Nardinus in sua Rom. Ant.
collegit lib. III. cap. VII, subiungemus.

Et primò *muri* quos in Civitate septem
istæ Vigilum cohortes habebant, de
C quibus Dio lib. IV. καὶ τείχη τε ἐν τῇ πό-
λει ἔχουσι, ipsæmet erant in quaque Regione
stationes, sive, quæ Victor, &
Notitia Imperii *quattuordecim excubi-*
D *toria* vocant: Neque enim opus est eâ
quam ibi affert Nardinus interpretatione,
*i muri chè secondo Dione tenevano
nella Città, erano forse le muraglie di Ro-*
E *ma, presso le quali essere stati soliti anche
prima d' Augusto dimorare alcuni allo
stesso effetto, dicesi nella legge prima del titolo
già citato* [D. de Offic. Præf. Vigil.] Quandoquidem Custodiæ ipsæ, & loca in quibus Vigiles suas stationes habebant, τείχη græcâ proprietate appellare potuit Dio, tamquam claustra aliqua ad milites continendos, eâ ratione quam affert Henricus Stephanus in hoc verbo pag. 1356. To. III, *de quovis* nempe *muro, tam eo qui Vrbi alicui, quàm qui arci, domui, horto, aut alicui alio loco circumdatur, vocabulum hoc dici*.

Certiùs sanè in eo Nardinus erravit, ubi tradidit, septem illas ex prima institutione Cohortes ad triginta & octo successu temporis auctas fuisse. Quamvis enim pro sua opinione adesse videantur Rufus, Victor, & Notitia Imperii, qui eas uti in hoc schemate disponunt;

	REGIONES	COHORTES		
		EX RVFO	EX VICTORE	EX NOTITIA
F	I	. . . . .	. . . . .	. . . . .
G	II	quinque	quinque	. . . . .
	III	. . . . .	. . . . .	. . . . .
	IV	. . . . .	. . . . .	. . . . .
	V	. . . . .	septem	duæ
H	VI	tres	tres	tres
	VII	septem	septem	septem
	VIII	. . . . .	sex	sex
	IX	. . . . .	. . . . .	. . . . .
I	X	. . . . .	. . . . .	. . . . .
	XI	. . . . .	. . . . .	. . . . .
	XII	. . . . .	tres	tres
	XIII	. . . . .	. . . . .	. . . . .
K	XIV	. . . . .	septem	septem

facile tamen erat illos corrigere, & vocabula
illa multitudinis in adiectiva ordinalia
(ut sic vocem) resolvere: pro *quin-*
L *que* scilicet *Quintam* Cohortem, & sic
de cæteris, intelligere. Nam ipsa Notitia
in Breviario post eundem Nardinum
pag. 491. COHORTES VIGILVM VII. QVARVM EXCVBITORIA XIV. recenset; Et in Breviario Victoris numerus quidem Cohortium deperit, sed eadem EXCVBITORIA XIV. habentur. Repugnant insuper inscriptiones, quæ non nisi septem ordine Cohortes admittunt, tum in Gruterianis, tum

in hoc nostro ad ipsas additamento. A

91 IMP · CAES · M · AVRELIO
ANTONINO · AVG · SEVERI
AVG · N · FILIO · PARTH · MAX
TRIB · POT · VIII · CoS · II B
COH · Ī · VIG ANTONI-
NIANA
CN · RVSTIVS · RVFINVS · PRAEF · VIG C
TI · CLAVDIVS · MARCELLINVS
TRIB

C · IVLIV S	INGENVVS	7
C · VALERIV S	VICTOR	7
C · IVLIV S	QVINTINVS	7
C · MANGILIVS	IVVENIS	7
C · CAECILIV S	SEVERVS	7
T · FLAVIV S	INGENVVS	7
M · AVRELIV S	FLORIANVS	7

D E

CVM · COMMANVCVLIS
SVIS

Basi ingenti in Ædibus Nobb. de Mutis.

In latere intuentibus finistro, & initiali. F

7 INGENVI	LEVIOR · RESTVTE	AGELLI · REDDITE
	IVLI · SABINE	ANISI · FAOR
· Q · VALERI · OPTATE	EGNATI·EVTYCHIANE	MINTHI·HIPPOCRATES
A Q · IVLI · IVLIANE	ERVTTI · PRISCE	IVLI · MAXIME
OPT · RVTILI·CLEMENS	AELI · PARTEMAS	VALERI · CVPITE
TES · CASSI·PRIMITIVE	LVCI · LINDAE	CVRTI · PATISTE
ST · LABERI · CELER	CAECILI · SEDATE	SINATIONI · PAVLINE
ST · CAMERI · BASE	VALERI · VICTORINE	AETERI · ELPIS
OC·M·FADONI·SATVRNINE	TRASI · SECVNDE	VAGETI · FIRME
IVLI · SATVRNINE	MAGNI · FELIX	TRVTTEI · SEVERE
MARI · FELIX	SERGI · PAVLVS	CALPVRNI·ACHILLES
TR · VALERI · EXPERITE	DOMITI · VICTOR	MESSI · ALEXANDER
VALERI·CRESCETIANE	ALEDI · QVINTVLE	AEMILI · ROMANE
CALPVRNI·FELICISSIME	GAVLENE·MARCELINE	MARI · VICTOR
AVIDIARI·EVTHYCHES	AVRELI · NYSIS	TITI · CLEMENS
SITTI · VICTOR	EGNATI · CRESCENS	MEMMI · HERMES
CINGI · FELIX	QVITI · VERE	CORNELI · SABINI
ACILI · EVTYCES	POMPEI · VICTORINE	TAMVDI · DIONYSI
NONI · TIBVRTI	MAXIME · GETVLICE	AEMILI · PRIME
ANTONI · CASSIANE	AVRELI · CHARITO	ST·AVRELI·POPILI E
VIDI · DIONYSI	PVBLICI · VERNA	ALLATEDI·MARCELLIN
AMPI · SALVITANE	AEILI · BIACCHA	SESENNI · SEVERI
AVIDIARI · VALENTINE	IVLI · SATVRNINE	LICINI·EVTYCHIANE
DOMITI · SATVRNINE	AELI · VICTOR	TITVRNI · ROGATE
VALERI · IARINE	AVRELI · FORTVNATE	AVDENI · FELIX

SEI · ADVENTE
SEI · ARASPAX
ANTONI · EMERITE
LVSI · AMPLIATI
S AVRILI · CARE
SEPTIMI · FAVSTE
CAECILI · ADIECTE
CERVI · FIRMINE
CALPVRNI·SABINIANE
IVLI · AMANDE
PLOTI · QVINTILIANE
TERENTI · RVFINE
GENICI · IVSTINIANE
AELI · PIHILIPPE
CLODI · VICTOR
CESTI · VALENS
DECI · VERE
PETILI · DIOGAS
ANTONI · FAOR
IVNI · SATVRNINE
IVNI · HONORATE
SEPTIMI · PERTICA
LVMBRESI · DONATE
PERON · FILIX
VOLOSI · LICINIANE
VALERI · CRISPINE
SERTORI · GRAECINE
IVLI · VERISISSIME
SICINI · PRVDENS
VEX·PACCI · PACCIANE
DECIANE · MELISSE
LICINI · IVSTE
ST·POLLENTI·DECEMBER
RVTILI · INGENVE
OFILI · IANVARI
HELVI · DONATE
SALVI · SILVESTER
AVITI · CRESCENS

FANI · FELIX
LVSI · CASTE
ZEVGI · FELIX
CASSI · ATTICE
SITTIVOVI · MARCELLE
CORNELI · VICTOR
DECCI · DECIANI
MARCANE · SPECTATE
SEI · IVSTI
ANNI · SEVERE
FLAVI · HILARE
MVNATI · AVGVSTALIS
QVISIDI · PAVLINE
CAECIL · PRISCINIANE
PACVVI · DEXTER
VETTI · FELIX
IVLI · PROCVTE
SEPTIMI · FRVCTE
TERENTI · REDEMPTE
VVLCEI · VALENS
ILGVVI · IVSTE

7 · VICTORIS

SS · MESSORI · VICTOR
OP · VALERI · VICTOR
VEX·ACIDI · CHRESTE
TES · IVLI · HONGER
ST · PETILI · MARCELLE
VC·AVRELI·MENOFANTE
ST · CAECILI · IANVARI
VLPI · VICTORINE
ET·CASTICI · AGATOPE
MANILI · BARBATE
HORATI · HORATIANE
AVRELI · MARTALIS
VLPI · MAXIME
R·P·BLAESI · FELIX
CALPVRNI·PRIMIGENI
VLPI · THEODOTE
FRONTO · SOCRATE
CAELI · VIATOR

LOLLI · IANVARI
SERVILI · SEDATE
VARI · ATILANE
VICERI · STILIANE
VENNI · VERE
MVNATI · FIRME
CAELI · PAVLINE
CAVARI · MARCELLINE
VARATI · SABINE
ACILI · PVDENS
CLAVDI · MAXIME
EX·TR·AVRELI·THEFIANI
MARCI · RESTVTE
MVSONI · SOTER S
CARVILI · ASCLEPIADE
OTACILI · VICTORINE
CAVLI · MACEDO
TETINI · PONTI
CAECILI · MAXIME
VENTI · LASCIVI
C·T·SEXTI · CHRYSOGONE
TREBONI · TATIANE
AVRELI · SABINE
BAEBI · IVSTE
HERENNI·CHRESTIANE
VENNI · FROTO
CORDI · SEVERINA
RVFONI · VICTORINE
C·T·VARI·MERCVRI
MARTI · FAVSTE
HERENNI · LVPE
PETELLI · FORTVNATE
FLAVI · ASTER
HORTENIS · RVFINE
VIBI · FORTVNATE
VALERI · VITALISSIME
CLAVDI · ALEXANDER
VALERI · HERACLIDA
IVLI · LIBFRALIS
DECIMI · RVFINN
QVINTILL · PROCVLE
BAEBI · SVCCESSE
PETRONI · PERENNIS
VOLVMINI · LYGINE

COR-

CORNELI · BASILISCE
STATI · VERI
CLODI · HOSPES
ACILI · CRESCENS

VITI · CREMENS
ACVTI · SATVRNINE
MAGNI · PRIME
ORBI · ROGATE
FLAVI · CHRESIME
LICINI · SVRA
CESENI · MARTINE
AEMILI · FLACCE
VETTI · VALENS

SEPTIMI · LBNVARE
VISIDIENI · PAVLINE
FLAVI · SARTACE
CAMOVI · PRMIGENI
IVLI · LIBERALIS

GAVLINI · PRIMITIVE
VALRI · SECNDE
FLAVI · GAIANE
OCTAVI · SEVERI
CAELI · FELIX
SAVFEI · THEODRE
FLAVI · PARTHENOPEV
FVFICI · SECVNDINE
EGNATI · IVSTIANE

IVLI · DONATE
TVTILI · LEO
AMEILI · ASCLEPIODTE
DOMITI · IVLIANE
VCOLTI · MAXIME
IVLI · SATVRNINE
ATRI · SERENI
TITINI · SECVDE
MANILI · REGVLE
COMINI · CAPRIOLE
VOCONI · MARCELINE
COCCEI · ATILIANE
SVTO · PAVLINE
VENELI · VERE
·· ABRAX · IVSTE

Latere oppoſito hæc nomina ſeqvuntur.

7 · QVINTINI

S·PR·APORNI · PRIMITIVE
CORN·MESTRI · VIRILIS
POPILI · CERCAME
TESS·VETTI · LERI
OPT·PLOTI·POSTVMINE
VEX· RENNI · FELIX
EMER·CAECILI·FORTVNATI
EMER·CVRTI · PRVDENS
PTR · MVNATI · HERMES
GEMINE · FAVSTINE
VIC · AVRELI · HERMADIO
EM · ACCI · VITALIS
SERGI · SALVIANI
EVDOCI · PAVLINE
FONTEI · IANVARI
TITI · PRIMITIVE
AEMILI · ITHANAX

ATTI · VICTOR
FORMI · ASPRINAS
FLAVI · MACHON
SEPTICI · CHARITO
NVMISI · SECVNDE
ABVRTIDI · COGTATE
VALERI · RESTITVTE
VRFINI · VERCVNDE
PETRONI · VERINE
MARCE · SVERE
PESCENNI · FELIX
CORNELI · POLLIANE
CORNELI · CALIMORFE
GERMANI · FILONICE
MVRCI · IANVARE
NOVASI · SEVERE

7 · IVVENIS

S·PR.MAR·ANT· FORTVNATIANE

CLAVDI·PROCVLEIANE
CLADI · DIONYSI
IVLI · ANDRNICE
SATRI · VERINE
SVRI · VERINE
HERENNI · VERINE
BOCCONI·CANDIDANE
VALERI · SATVRNINE
IVLI · CRISPINE
DESSI · PRIME
SEDVLI · FIRME

CO·AEMILI · SASSIE
VEX·TITI · SATVRNINE
OP·TITI · SECVNDI E
EM·CORNELI · FELICISSIM
AQ·SITTI · CHRYSEROS
EM·GARGILI · BARBARE
BS·IVLI · CHARIYME
TES·BLAESI · PROBATE
AMEILI · VITALIS
LVTAVI · PHILADELFE
SECVNDE · FELIX

IVVENTI · DECEMBER
CALPVNI · CELER
STAMIN · SATVRNINE
AVRELI · ALEXANDER
ALLETI · PRIME
MESSI · RESTITVTE
TETTI · VENERANDE
AVRELI · AVTYDORE
LICINI · FILICSSIME
TITI · FELIX
CLODI · PONPEI

TVLLI · IVSTE
IVLI · QVINTIANE
FLOSSI · VRBANE
SETINI · MARCELLE
CVISPIDI · PRISCE
CASSI · FORTVNATE
ARNI · MARCELLINE
PVBLICI · EVIYCHES
SEXTI · EVFRON
S · NVMICI · FORTVNATE
VOLVSI · FORTVNATE
CAEONI · PONPEIANE
T · SEMPRONI · LOLLIANE
CORNELI · PRIME
IVLI · SECVNDE
PROPERTI · FIRMIANE
FLAVI · FELIX
TERENTI · CORNELIANE
CARINATI · CRESCENS
SERVILI · SALVTARIS
SPAELONI · RESTVTE
ASELLI · FACILIS
VIRI · VERNA
IVGEIRI · MARON
CARPANI · RESTVTE
AVRELI · POSSIDONI
MINERVI · SEVERINE
RVFRI · RVFRINE
PETILI · PAVLINE
TATLI · FELIX
EONTEI · VENERI
FLAVI · PRISCE
ASINI · ABASCANTE
ANTISTI · MODESTANE
AELI · MACRINE
LETICI · VERCANE
IVLI · FAVSTI
FLAVI · VRBICE
ANTONI · HONORATE
AVRELI · DIONYSI
SAVIDI · MAXIME
NAVVI · RESTVTE
VALERI · COESONICE
RVFRI · SABINIAE

FANI · HERODIANI
MARTI · CELONI
CLAVDI · MARCE
S · ARRENI · MARCELLE
NOVI · EPHOEBE
C · MARI · TIMON
VITRANSI · ARTEMA
AEMILI · OPTATE
DECIME · QVINTICI
AVRELI · LIBERALIS
AEMILI · OREV
CLAVDI · PRIMITIVE
SALVTI · PRISTIVE
ST · AELI · QVINTO
CATTI · SERVANI
OCTAVI · SERVANDE
PVMIDI · FELIX
LVCI · NICO
VEREI · SEDVCTOR
CESSI · PRIVATE S
FLAVI · HERMOGENE
AVLI · CRISPINE
MARI · SEVERE
SAVFEI · FELIX E
CRETORI · NOVEMBR
PVBLICI · MACEDO
IVLI · PROCVLI
ACAENI · CRISPINIANE
CORNELI · HERMES
PVBLICI · ELRMIDIANE
BAFI · CLEMENS
PETRONI · HERMES
CAECIL · FORTVNATI
ST · VEHENI · CALLISTE
EM · ANNI · VICTORINE
CASSI · PRIMITIVE
AVTISTI · MARCELLINE

AVRELI · PAVSTINE
TITI · PAVLINE
IANVARI · FELIX
MVRRI · VALERIANE
AVRELI · VICTORINE
C · T · DVNI · LAVRENTI
NONI · IOVINE
NAEVI · TITIANE
MAEVI · ROGATIANE
AVRELI · SEVERINE
S · M · SATRI · FARENSIS
COMINI · MARCELLE
AELI · HERMOGENES
LVLLEI · FELIX
AVRELI · VARRONIANE
OBVLTRON · VITALIS
OTAVI · CELER
SPVRI · SEVERE E
NERONE · MAXIMIAN
NERONE · SABINE
VETTONI · FELIX
VERATI · VFINE
CAECILI · VICTOR
AELI · HILARE
VITRASI · ROMANO
COCCEI · ROGATIANE
VERGILI · FELIX E
MATERNE · VICTORIC
LIQVIDE · QVARTE
AILAFIDI · SEVERINE
SEPTIENI · PRISCE
CALPVRNI · FAVSTE
PONPEI · SALLVSTI E
TITINI · HORTENSIAN
SABERI · VICTOR
MVNATI · IVSTINE
BVCCERI · TERTVLLE

CAL-

CALPVRNI·BORYSTHENES
IVLI · VRBANE
AMILI·HERMES
AVRELI·ZOTICI
HERMOGENES·DIODORE
CANINI·MEGAMIXE
ANTONI·APRILIS

MACCI·ASMENE
CLAVDI·TISINIANE
CONELI·RVFE
PRIMITI·CHRYSOGONE
IVLI·ROGATE
DOMITI·SATVRNE
PISENTI·AGRICOLA

APPI·SABINIANE
IVLI·PEREGRINI
PETRONI·STVRNINE
SICINI·CRESCENTINE
SENPRONI·APRONDISI
MAGVDI·SVCCESSAE
OCTAVI·IANVARE
ARRANI·PRIME
VALERI·CRESCES

AEMILI·MARINE
PAPINI·SATVRNINE
COSSVTI·FESTE
GAVINI·MVSTE
GELLI·APOLONI
CLAVDI·PLACENTI
EPPI·VERIANE
ANTISTI·FORTIS
CASSI·POLLO
IVLI·LVCIANE
GAENI·OPTIME
SERVENI·PROCVLI
FVLVI·VALERI
AEMILI·IVSTE
MVRSI·SATVRNINE
VAREDI·IVCNDE
ALLETI·QVARTINE
ALLETI·LBERALIS
FL·EVVENEYE
MVRTI·CRISPE
CAECILI·DONATIANI
CALPVRNI·IRENEV
VRSENI·AERISILARE
OCTAVI·CLEMENTIANE
CIRRI·FESTE

AVRELI·ROMANE
ANVARI·FELIX
ATTILI·HELIODORE
LOLLI·SEVERINE
VERBICE·VITALIS
EXTRICATE·FELIX
BVCCERI·QVARTE
ANCHARI·IVSTINE
VISVLENE·MERCVRI
GALERI·NEPTVNALIS
VELLENI·FRVCTE ME
GEMELLE·FELICISSI

92 D M
M COMITINIO VIND
CI 7 COH·I·VIG·VIX·
ANNOS·LI·MEN·III·
DIES·XV·M·COMITIVS
VIND

Fragmentum ad D. Bibianæ.

93 SEX·RVTTEDIO·SEX·FIL
POL·MAXIMIANO
FVIT·APVD·SVPEROS·MENS·VI
T·RVTTEDIVS·CLEMENS
TRIB·COH·II·VIG
ET·MARTINA·PROCVLA
FILIO·KARISSIMO

è schedis Barberinis.

94 D M S
FL·PROBINCIA·FECIT·SIBI
T·COELIVS·SENTINIANVS·FOR
COR·7·COH·II·VIG·PETIT·A PONTI
FICES·VT·SIBI·PERMITTERENT
REFICERE·N·MONVMENTVM
IVRIS·SVI·LIB·LIBERTABVSQVE G
SIBI·ET·SVIS·POSTERISQVE
EORVM

è schedis Vaticanis apud Lucium Muratam.

95 T·CATINIO·T·FILIO H
TITIO·SEVERO
PRAEFECTO·FABRVM
PRAEFECTO·COHOR·III·VIG
P·PIL·LEG·II·ITAL·PRAEFEC
VEHICVLORVM·PVTEOL I
CVRATORI·R·P·NOLAN
EQVO·PVBLICO·PR·PRAET
IN·AFRIC·AEDIL·ET·III·VIR
IN·COL·AVXIM·BIS·ET·AEDIL
COLON·PVTEOL·ET·PATRO K
NO·COL·AESIS·XVIR·STLIT·IVD
. . . . REMISIT
. . . . CONTENTO
CVIVS·DEDICATIONE·CEN·POP
DEDIT·HS·IIICXXX·N·CVRION L
X XIII·SODAL·AVG·X·XI·VI VIR
AVG·X·X·ET·PER·GRAD·X · ·

Puteoli è schedis Barberinis.

96 D·M

A 96 D · M
Q · AEMILIO · THESEO
MIL · CHO · III · VIG
LVPVLA · VXOR · ET
B HILARVS · FRATER
B · M · F
Ex ſchedis Barberinis.

C 97 ANO FELICI
IS ET M AVRELI ANTONINI AVGG · ET
G MAT AVG · · ET CASTR E · · · · · ·
· · · · · · · · · · · · · · ·
L SPVRIO MAXIMO TR COH IIII VIG
ATIM M AVRELI · TATONIS
D IMAGINES AVGG LAETI POSVER
· · · · · · · · · · · · · · ·
In pavimento S. Alexij.

98 D · M
E P · CORNELIO
P · F · PRISCO · MIL
COH · IV · VIG · 7 · LV
CRETI · P · CORNE
F LIVS · PLACIDVS
PATER · FILIO · BENE
MERENTI · FECIT
è ſchedis Barberinis.

G 99 D · M
M · FLAVIVS · MARINVS · HERES
FECIT · C · CORNELIO · INVENTO
TESSERARIO · EX · COH · V
H VIG · BENEMERENTI
Ex ſchedis Cameli apud Mazzantes.

100 D · M
SEX · MOD
I SALVIANI
VETERANI
EX · COH
$\overline{VI}$ · VIGIL
K *Apud Antium Vinea Pamphilia.*

101 L · SEPTIMVS AVLV
ZANVS · C · COH · VI · VIG
OCTAVIE PETRONIE
L DEMETRIE CONIVGI
DVLCISSIME BENEME
RENTI FECI
Ex Roma Subterranea.

102 D · M
T · AVIDI · ROMANI · MILIT
COH · VII · VIG · · · · · ·
7 · LAETORI · AVIDIA
ROMANA
MATER
FILIO · PIENTISSIMO
è ſchedis Barberinis.

103 RAESIANORVM · FAM · D · D · Q RAESIVS
Q F · PAC · SVRDINVS · MIL · VETER · COH · VII
VIGIL · V · F · SIBI · ET · SVIS · LIBERIS · IDEM
LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · SVIS · D D XL
IN HYPOGVM TESTACI · · · · · · · · · ·
Ex Viro Cl. Spanhemio.

104 Q · MANLIO · Q · F · PAL
RVSTICO
7 · COHOR · $\overline{VII}$ · VIGIL
VIXIT · ANN · LXI
Q · MANLIVS · Q · F · PAL
RVSTICVS · SEVE
RIANVS
PRAEF · VIGIL · ROM
FRATRI · PIISSIMO
HABENS
H · M · N · ITV · AMBITV
SACRIFICIVM · FACIVNDVM
è ſchedis Vaticanis.

105 SEX · NAEVIVS · RVFVS ❦
MILES · COH · VII · VIG · SAGARIVS
VIXIT · ANN · LVIII · M · VIII
è ſchedis Barberinis.

Iſtud quod ratiocinio veriſimiliter aſſequebamur, ad evidentiam probat fragmentum manuſcriptum ejuſdem Victoris, mihi ab Eruditiſſimo Godefrido de Leibnitz Sereniſſimi Ducis Brunſuicenſis à Conſiliis tranſmiſſum:

Regio II. Cœlimontana
Cohors quinta Vigilum
Regio V. Exquilina
Cohors ſecunda Vigilum
Regio VI. Altaſemita
Cohors tertia Vigilum
Regio VII. Via Lata
Cohors prima Vigilum

Regio VIII. Forum Romanum
Cobors sexta Vigilum
Regio XII. Piscina publica
Cobors quarta Vigilum
Regio XIIII. Transtiberina Cob vij vig

qui ad sui Codicis confirmationem monuit *eundem VII. Cobortium numerum ad Pauli I.C., qui tertio post Christum sæculo floruit, tempora perdurasse, ut in l. nam salutem 3. D. de Off. Præf. Vigil. nec proinde ullâ ex parte credibilem reddi illam, de qua Nardinus, enormem Cobortium accessionem. Ex hac autem descriptione non tantùm edisci, numerum VII. Cobortium mansisse, atque unam duabus Regionibus invigilasse, ut Augustus initiò instituerat; sed, & cognosci quanam in Regione cujusque Statio primaria fuerit, ac Tribuni sedes, etsi unaquæque Cobors aliud præterea Excubitorium in alia vicina Regione haberet: Et demum, fortasse utilem esse hanc considerationem ad illustrandam Vrbis divisionem in septem Romanæ Ecclesiæ Notarios, qui Regionarij dicebantur.* A Hæc Vir Præclarissimus, quæ sua est humanitas, ad rem hanc, confusam hactenus, B illustrandam obtulit.

Observandum demum est, præ hoc veteri veriorique numero Cohortium, C unamquamque ex jis totidem Centuriis constitisse: Septem quippe Centuriones descripti sunt, tum in secunda Vigilum Cohorte apud Gruterum pag. CCLXIX. D 3, tum in Basi præcedentis inscriptionis num. 91, quam diligentissimè recognovimus, Sponio qui eam attulit in Miscell. pag. 247. minimè fidentes, nam ultra E innumera in nominibus militum errata, de ipso loco ubi sita est fallitur, & de aræ etiam dedicatione, quæ nusquam in eo marmore legitur. F

VIII

D · M · S
CRISPINAE · COIVGI
DIVINAE NVTRI
CI SENATORVM
DVVM ALBVS
COIVNX · C · Q · F *cum qua fecit*
AN XVII · HVIX *hac vixit*
AN XXX · M · II
B · M · F

G

H

Cumulatas quidem laudes suprà ad inscriptionem IV. L. Aureli Aphradæ recensuimus, sed non humanum modum excedentes, ut in ista nostræ Crispinæ. Sic etiam Grutero pag. CCCLXVIII. 8. ΘΕΑ ΧΑΡΙΣ ΒΑΣΣΑΡΙΣ Avenia illa Bassaridis filia, pag. DCCXVII. 11. SIMILIS DEO alius, & pag. XXV. 10. CAELESTIS PATRONA Iunia Torquata Virgo Vestalis dicitur: quod in Sacerdote minùs fortè absurdum, intolerandum prorsus redditur in Libertina ista Helpide,

106 FL · AVG · LIB · HELPIDI
CAENIDIANAE · QVAE I
CVM · VIXIT · DEA · ET · SANCTISSIMA
DICTA · EST · CALLISTVS · AVG · LIB
HYGINIANVS · CONIVGI · CARIS
SIMAE · CVM · QVA · VIXIT · BENE · AN K
NIS · L · ET · VLPIA · CALLISTE · FILIA · MATRI · PI
ENTISSIMAE · LIBERTIS · LIBERTABVS · POS
TERISQVE · EORVM · H · M · H · N · S

quæ Dea & Sanctissima audit pag. DCXIII. 5, cujus longa & inoffensa quin- L quaginta annorum cum marito concordia, jucundè in mentem revocat parentûm meorum, tuique avorum Casparis & Luciæ

A & Luciæ Valerianæ per totidem annos suavissimè actam in coniugio vitam; ut & istis, raro quidem exemplo, contigit.

107 D · M

B L · ANTONIVS · PECVLIARIS
SEV · AVG · Q · Q · COL · FAB · OST
LVSTRI · XXV · FECIT · SIBI · ET
ANTONIAE · SOTERIDI
C VXORI · RARISSIME · CVM
QVA · VIX · ANNIS · L

In Grutero pag. CCCLVIII. 1

D 108 D · M · S
TI · CLAVDIO · SALVIO · ET
RVBRIAE · CHRYSIDI · F
TI · CLAVDIVS · CHRYSIPPVS
E PARENTIBVS · B · M
QVI · VIXERVNT · VNA · ANIS · L

Idem pag. DCCXXVI. 5.

109 DIS · MANIB
F ANNIA · CYPRIS · MONV
MENTVM · FECIT · M · AIMILI
O · FELICI · CONIVGI · MEO · BE
NEMERENTI · CVM · QVO
G VIXI · ANNIS · L · SINE · VLLA · QVI
RELLA · SIBI · SVIS · LIBER
TIS · LIBERTABVSQVE · NOS
TRIS · POSTERISQVE · EO
H RVM · HOC · MONVMEN
TVM · NE · DE · NOMINE
EXSIAT

Idem pag. DCCLV. 1

I 110 DIIS · MANIBVS
GN · TRIMELIVS · TROPHIMVS
FECIT · SIBI · ET · FLAVIAE · PROBAE
CONIVGI · CVM · QVA · VIXIT
ANNIS · L · LIBERTIS · LIBERTA
K BVSQVE · POSTERISQVE · EORVM
SI · QVIS · AVTEM · HOC · VENDERE
VOLVERIT · ARKAE · PONTIFICVM
L · SS · X · MILIA · NVMVM · INFERET
VEL · SI · QVIS · ALIENVM · CORPVS
L HIC · INTVLERIT · POENAM
SVPRA · SCRIPTAM
INFERET

Idem pag. DCCCXXXV. 8

111 D · M
TITIAE · NICENI
P · TITIVS · CALLISTVS
LIB
BENEMERENT
FECIT
CVM · QVA · VIX · A · L
SENE · QVERELLA

Idem pag. DCCCCLV. 8

112 D · M
POPPAEE
PISTE
TYRRHENV
CONIVGI
DVLCISSIM
CVM · QVA
VIX · AN · L

Hortis Iustinianeis.

113 D · M
PETRONIAE · ROMVLAE
T · PETRONIVS · THREPTVS
CONIVGE · BENEMERENTI
VIXERVNT · VNA · ANNIS L

Hortis Burghesiis.

In nostris ineditis, imò & inter nostri Musei lapides, haud dispar adulationis immodicæ genus, imò & supra mortalium sortem, habemus in sequentibus.

IX TI · IVLIVS
ORPHEVS
SIBI · ET
ORFITAE
F · AN · XIV
VIRGIN
VENERI
CVPIDIN
INFEROR

114 ARABIA · FIRMA
VENVS · AFRA
VIXIT · ANNIS
XVII · M · III · DI
ES · TRES

Ex schedis Barberinis.

115 OLIAE·Q·F·ATTIANAE
C·F·PATRON·MVNIC
ET·COLLEGI·FABRVM
SI·PVDICA·VENVS·ATTIANA
COIVGI·CASTA·SI·GENET
RIX·NATORVM·BONO·DE
GERMINE·DEDI·H··MER

è Schedis Barberinis.

116 D · M
Q·BELLICI·AEMI
LIANI
FILIO·OPTIMO
ET PIENTISSIMO
ET REVERENTI
CVI ET IN IPSA DEI
CASTITAS PERMA
SERAT QVI VIXIT
ANNIS XV MEN

Fragmentum Vinea Cribellia.

117 D · M
CALISTIANO
DIVO·ET·DOMI
NO·MEO·DVLCISI
MO·ET·PIENTISI
MO·VIX·ANIS·IIII·M
IIII·DIE·IIII·HOR X

Hortis Iustinianeis.

118 DEAE·GEMINAE
VIRGINI·SANCTISSIMAE
FILIAE·DVLCISSIMAE
PIISSIMI·PARENTES

Apud Leonardum Augustinum.

119 D·M·POMPE A
IAE·MAXI
MAE·MEMO
RIAE·AE
TERNAE B
DEAE·ET
VITAE·AS
PIDI

Villa Cæsarina. C

C. Q. F. AN. XVII, *Cum qua fecit annis XVII*. *Fecisse*, ideſt, *vixisse* cum viro, *habere obſcenitatis affinitatem* decernit Gutherius de Iur. Man. lib. II. cap. D
XXVII, neſciens quam notam inurat caſtiſſimis veterum Chriſtianorum ſupremis Elogiis, in quibus admodum fre- E
quenter ea phraſis legitur. Ad puriorem ſenſum reducit Kirchmannus lib. III. cap. XX, probans ex Alpheno I.C., Petronio Antigenide, & Seneca, *facere* pro F
vivere uſurpari; idemque Græcos in verbo ποιεῖν ex authoritate Scholiaſtes Euripidis ſtatuiſſe. Vindicat quoque hanc formulam Reineſius ad Inſcriptionem G
216. Claſſ. XX, ex Latinis ſimul Græciſque Scriptoribus pluribus exemplis & inſcriptionibus allatis, quibus alias ex noſtra Collectione adiungimus, eam, quæ H
ipſi 197. eſt, ita ex marmore, quod in pavimento D. Agnetis Via Nomentana proſtat, emendantes.

120 ☧ ☧ I
DEPOSITA SVSANNA IN PACE DIE XCII KALENDAS NOBENBRES
CONSVLATV ANICI BASSI ET FL FYLIPPI V̄V̄ C̄C̄ QVAE BIXIT
ANNIS FL M̄ XXV FECIT CVM MARITO ANNVS P M̄ SEPTE
EXVPERANTIVS MARITVS SE VIVO VXORI DVLCISSIME K
SIBI ET POSTERISQVE SVIS HOC TVMVLVM FECIT ☧
A ω

Serra figura

121 D P·MATRONES·III NON
SEPT·QVAE·VIXIT·ANN
XL·FECIT·CVM·COMPARE
SVO·ANN·XV·IN·PACE

Apud Christinam Augustam.

122 GEMINAE CONIVGI SEVERVS
QVAE VIXIT ANNOS XX· L
MENSES DVO QVAE FECIT
CVM MARITO ANNOS II·

Ex Roma Subterranea.

123 DE-

A 123 · DEFORA ELPIDIA INLAESI GENIALIS TORI ☧
· · MINA SINGVLARI PVDICITIA RARI EXEMPLI
· · MINA QVAE BENE BIBENDO MARITALI · · CON
SECVTA EST DISCIPLINA· QVE VIXIT ANNIS XXXIIII
B MENSES XI · DIES VI · QVIESCIT IN PACE QVE FECIT
· · · MARITO SVO HETERIO ANNOS XVIII CONPARI
· · · · MERENTI FECIT

124 *Ad D. Vrbani extra muros.*

C COMPARI SVE· PATROINVS IVSTE·VENE·MERENTI QVAE VIXSIT ❧
ANNIS · XVIIII DIES XXXXI · FAECIT CVM MARITVM ☧
ANNVS·II·M·X·DEPOSITA XI·KAL·DECENBRES·IN PACAE

D 125 ☧ ISPES IN CRISTO BONOSO QVI VIXIT ANN · P M LXX
QVI FECIT CVM PLATILLA·ANN ⳩P X KAL MAIAS
BENEMERENTI IN PACE

Vinea Carpinea utraque.

E 126 NERIA SEBERA COIVGI DVLCIS · · ·
MARIO INNOCENTIO CVM QVO
FE · · · ANNOS SEDECIM MENSES III
QVI VIXIT ANNIS XXXIIII · MENSES
F CII ET DEFVNCTVS EST CI IDVS
APRILES SIBI ET ILLI FECIT IN
PACE DOMINI DORMIT

Ex Roma Subterranea.

G 127 *mulier super Ara orans*

CALENDIO
CONIVGI
ANNIS XXIII
XXXV · MECVM
H ANNIS · VIIII · M · X
MERENTI QVESQVE

Ionas sub Cucurbita

HILARAE
QVAE VIXIT
DIEBVS . . .
FECIT
ET DIEBVS·XV BENE
IN PACE . .

Ionas à Balena evomitus

Museo Carpineo.

128 SANCTAE CONIVGI CAELESTINAE QVAE VIXIT ANN·XX·MEN
I SEM·DIES XXII·FECIT AVTEM CVM AMPLIATO MARITO ANNIS
IIII · DIES XXI · BENEMERENTI IN PACE·QVAE VIXIT ANNIS
XXIIII· M· VIIII· D· XXVIII· FECIT CVM MARITO ANNIS V · D · VI
DEPOSITA III · NON · IVL · CAESARIO ET ATTICO COS

Ad Sanctam Mariam in Via Lata.

K 129 LIVIA MARIA A☧ω IN PA Q · V · A XLVI
M · V · CV · M · F · AN XV D · IN BISO
SV · COS · MER · ELIA F · PO · V · K · AV ·

Ex Roma Subterranea.

L 130 PAVLA QVE VIX·ANN ❧ XVIIII D III QVE CVM VIRG ❧ SVO
FECIT AA CII D X · DEF · KAL OCT · BENEMEREN · IN PACE

parte dexterâ *Arula hac notâ ☧ inscripta, & super ea Aries* *Sequitur mulier passis manibus ad modum orantis.*
parte sinistrâ *Pastor bonus.*

131 A·FRI·CA·NVS·FOR·TVN·A·TE·CONIV·GI·CVM·QVEN·FECIT A
IN·CONIV·GIVM·ANNOS·N VIII· MENSES·N II· DIES N XXVII·
QVE NVBSIT·ANNORVM·N XV·MENSVM·N VIIII·QVE·VIXIT
ANNIS N XXIII · MENSES N II

Villa Carpinea utraque. B

132 OSAE EVDOXIAE CASSIMAE FEMINA
XVI · ET FECIT CVM VIRCINIO SVO AN
ET CLEARCHO CONSVLIBVS HO
posteriori manu DEPOSITVS OFIRVRORVM C

In pavimento Ecclesiæ D. Gregorii.

133 DONATAE BEN MERENTI · · · INPACE
QVAE · VIXIT · ANNIS · XXXVII
FECIT CVM VIRGINIVM D
ANN · XX *Columba super ramo*

Villa Carpinea.

134 KARITO · QVI · BIXIT · ANNOS · QARAGINTA · BON
O· MARITO · BONE· MEMORIE · QVI · FECIT · MEC E
V· ANNOS·VIGINTI·OSSA· TVA· BENE·REQVIESCANT

Columba ramo insidens, ramumque ore gestans.

Ex schedis Barberinis.

135 BONIFATIA SIBI ET CONPARI SVO IVST F
INO BENEMERENTI FECIT QVI BI
XIT ANNIS LXV · ET FECIT CVM CON
PARE SVA ANNIS XLV

In Cœmeterio Callisti. G

136 · · · CONPARI · BENEMEREN · · · · · ·
· · · SAMBRACIONI · QVI · VI · · · · ·
· · · · MINVS XXXVI · ET · FECIT · CVM ·
· · · SVA · ANN · XIII · DEFVNCTVS · H
· · · · · · · · · · · ORA · DIEI · VII · · · · ·

Ex Roma Subterranea.

137 HELPIS SINNO MARITO BENEMER
ENTI FECIT q VIXIT ANNOS I
XXIIII qVM COIVGE SVA FECIT
M GIII

In Cœmeterio Beatæ Agnetis.

138 DVLCISSIMAE FILIAE ADEODATAE K
QVAE VIXIT · ANNOS · XVIII
ET MS · V
DEPOSITA XVI KAL FBR
CONS L
MAGNO MAXIMO AVGVSTO
PATER CELESTINVS FECIT
ET CVM MARITO F· MENS·XI

Vinea Nobb. de Petroniis Via Nomentana.

139 CALI-

A 139 CALIPODIA · QVE BIXIT
ANNIS XXX · QVE · FECIT · CVM BERGI
NIVM · SVM ANVS XVII BENEMERENTI
· IMPACE ·
In Cæmeterio Priſcillæ.

B

140 EXVPPERANTIA · BON · MEMO
RIAE · QVAE · VIXIT · ANNOS · XIIII · ET
FECIT · CVM · MARITO · SVO
C MENSES · VI · DEC
III · IDVS · AVG
In Cæmeterio Beati Caſtuli.

141
D ☧ FILOROME IN PACE
QVI BISIT ANNIS XX
ET FECIT CVM BIRGINIA S
ANNVM ET IES VIII
Villa Carpinea.

E

142 VISIVS SABINVS
AVRELIAE DISCO
LIAE CONIVGI DVL
F CISSIMAE QVAE VI
XIT ANN XXXI ET MEN
SES XI DIES XX QVAE
FECIT CVM COMPA
RE SVO AN
NIS XIII
D X KAL
AVG IN PA
Ex Roma Subterranea.

G

143 DIS · MA · NI · BVS
· FE · CIT · FOR · TIS
FI · LI · AE · BE · NE ·
H ME · REN · FL · RI · NAN · CE
AN · NIS · XX · IIII · ME · VI
SES · X · CON · SVO · CO · IV
GE · SAMSO · BA · RO · CHO
I FE · CIT · AN · NIS · VIII
Ad D. Andreæ Via Caſſia.

144
F AVRELIA FLORENTIA I
L
K O QVAE VIXIT N
R ANNIS XXXVIII · DIES XXV P
E FECIT
N CVM DIONISIO ANNOS A
L T XVIIII C
I
A MENSES VII · DIES XIII E
E D · IDIB · AVG
Ex Roma Subterranea.

145 MERE ❦ SAPIENTIAE ·
AVGENDO ❦ QVI VIXIT ·
ANN PLVS MIN ❦ LXXII ·
CVM VXORE ❦ FECIT
ANN ❦ XXX ❦ DEPOSITVS
XIII · KAL ❦ OCTOB · D N · GRA
TIANO ❦ AVG · II · ET · PROBO CON
Villa Peretta.

146 IVSTISSIMAE · CON
IVGI SVE DVLCIS · SIME
FECIT BENEMERENTI
QVE FECIT · MECV AN · NOS
XXXII · ET BIXIT AN · NOS
XLIIII MENSEX · X DIES
VIII
Villa Carpinea.

147 DATISCOLVS QVI
BIXIT ANNIS XXIV · IM P
QVI FECIT CVM VXORE ANN V M VI
In Cæmeterio B Caſtuli.

148 AVR

148 AVR·BONIFATIAE QVE VI
XIT · ANN XXIIII · M · V
QVE FECIT CVM MARI
TV · ANN · VIIII · D · XIIII ·
INCOMPARABILI COIV
GI · MARITVS FECIT

Vinea Cucurna Via Ostiensi.

149 BENEMERENTI · LAVRENTIA A
Q · FECIT CVM MARITV · AN·
IN QVEN MENDVS · NE
D · CESSIS

Fragmentum Vinea Carpinea. B

noster quoque Musæus binas in hanc sententiam subministrat.

X CRERCENTIA PRISCIANO CONIVGI · INCOM C
PARABILI CVM QVO FECIT · ANNOS · XXX QVI
VIXIT ANNIS LX · ET FILIAE · FELICVLE · QVAE
VIXIT ANNIS XXII MATER INFELICISSI
MA BENEMERENTIBVS FECIT D

XI GRATIANO ET PROBO COS·
TERT · NON FEB · EGO CONS E
TANTIVS COMPARI MEAE
A GRIGE QVE VIXIT ·
ANN · LX · ET MECVM ·
FECIT ANN · XL · M · · F
VIII · D VIII ·
XIIII

Genuina ista, simulque casta & pura verbi proprietas, explicatur in sequentibus. G

150
ACERVVM LVCTVM MIHI DEMISISTI DVLCISSIMA CONIVX
NON MIHI SVFFICIEBAT HABVISSE VITA TECVM PER TEMPORA MALA
ALIAM QVIDEM FVTVRAM CVOTTIDIE OPTABAS BONA SED IN · · · ·
TV VERO CVOTTIDIE SPECTABAS VIDERE PROXIMA PALMA H
NEC TVA MI DEMISISTI PIGNERA FRVCTVS QVOS DESIDERABAS MECVM
OPTAVERAM DVLCISSIMA COIVX VT BONA VIDEREMV SIMVL
LONGA MALA TEMPORA MECVM FECISTI
INIMICA MORS FECIT TE NON VIDERE QVOD VOLVISTI I
ANIMAM QVIDEM TVAM SVSCEPIT DIVINA POTESTAS A QVA CREDO POSSE PECCATA (TIBI DEMITTI
HIC QVIESCIT DE QVA SVPERIVS · · · ·
QVI LEGIS REVERTERE PER CAPITA VERSORVM ET INVENIES PIVM NO- (MEN
QV · VIX · ANN · PM · · · · · · · · · K

Ad D. Praxedis è schedis Barberinis.

151 VLPIA · LEA · CONIVGI · SVO · FELICIONI
QVI · VIXIT · ANNIS · XXXIIII ·
DIES · IIII · ORA · V · BENEMERENTI L
FECIT ANNOS · LXIIII ·

D M

Villa Carpinea.

152 VENE-

A 152 VENEROSA QVAE VIXIT
ANNOS·XXX·ET MENS IB
CVM MARITO FECIT
ANNOS & XLIII·M·V·ET
B D·XXVIII

Ex Roma Subterranea.

In priori enim *mala tempora fecisse*, idem ăc *vixisse*, necessariò accipimus: in ter-
C tia, post XXX annos, quos cum marito vixisse dicitur, si fecit annos XLIII, totidem vixisse concluditur, ne longiùs matrimonii quàm vitæ spatium procedat. Clariùs adhuc in secunda, cum marito *qui vixit annis XXX*, non potuit *fecisse* uxor eo sensu per annos XLIII, quibus propterea vitam protraxisse intelligitur.

Sanus antecedentium sensus hanc quę sequitur interpretetur; ut *in se facere*, pro *insimul vivere*, è barbarie illius sæculi significare valeat.

153 IVLIAE·FAVSTINAE·CONIVGI
QVAE·VIXIT·ANIS·XXXIII·MEN
D NONIVS·INNOCENTIVS·MARITVS
QVI·IN·SE·FECERVNT·ANNOS·XVI·M
DEPOSITA·X·KALEN

In pavimento Sancti Pauli.

E XII



F

G DIIS·MANIBVS
T·FLAVI·AVG·LIB
ABASCANTI
A COGNITIONIBVS
FLAVIA · HESPERIS
H CONIVGI SVO
BENEMERENTI
FECIT
CVIVS DOLORE NIHIL
I HABVI NISI MORTIS
SCORPVS·INGENVO·ADMETO·PASSERINO·ATMETO

K



L

Lapis hic & opere, & eruditione memorandus, quem olim in mea Tabellæ Iliadis explicatione pag. 337. attuleram, tot sęculis superstes, ultimam excisionem sensisset, nisi Dominicus Guidius, celeberrimus ætatis nostræ Statuarius, (ut in mea effigie spiranti simili specimen habes) marmoris incolumitati præstò fuisset. Oblatâ quippe sibi integrâ basi ad restaurationem veteris cujusdam signi, partem hanc literatam in mei gratiam, novumque amicitiæ vinculum abscidit, nostroque Museo exornando concessit. Quæ ibi prolixè dixeram, hìc recantare superfluum existimo. Ea tantummodo A in compendium redigens, repeto, Officium hoc A COGNITIONIBVS, Circenses decursiones respexisse, ex apposita Circensi quadrigâ; quemadmodum B sollemne fuit sub Officiorum titulis res ipsas quæ officii, aut artis instrumenta erant exprimere, ut ibi ex pluribus apud Gruterum exemplis ostendimus: Modiû C Aedilis titulo, Cucurbitulas & Ligulas Medici, Fasces Fascalis sive Lictoris, instrumenta fabrilia Materiarij inscriptionibus subdita, ex hisce ineditis adiun- D gentes.

154 *Fasces cum Securibus hinc inde* MAXSIMO · FASCALI · AVG · N
BICTORIA · COIVGI · INCONPARABIL E
è Cœmeterio B. Calepodii Vinea Carpinea.

155 D M
RVPILIO CALPVRNI
ANO MEDICO DOM
VS AVGVSTAE · D · RV
PILIVS TELESFORIA
NVS · PATRI · B · M · FECIT
QV BIXIT · ANNIS · L ·
MESIBVS · VIII · DI
ES X
tres cucurbitulæ, totidemq; ligulæ.
In Ædibus Societatis SS. Annunciationis.

156 V F VERSINIA · Ↄ · L
TYCHE
P · ALFIO · ERASTO
NEGOTIANTI
MATERIARIO
CONIVGI · BENE
MERITO
decempeda cum aliis V. instrumentis.
Florentiæ apud Nobb. de Niccolinis.

157 T · VETTIVS · L · F
POL · AEDILIS
VETTIA · T · F · SECVNDA F
VXOR · FECIT
imago viri equitantis.



G
In Arce Limbriaci ex sch. Vaticanis.

Replicandum etiam quod ibi dixi, hunc H Scorpum eundem esse àc illum qui apud Grut. pag. 337. unà cum Thallo continetur, contra Reinesium Ep. LXX. pag. 660; qui si duplicem Scorpum inducere ten- I tat, duplicem quoque Thallum efficere opus habet: contemporanei quippe fuerunt, ut ex Martiali Epig. 67. lib. IV.
Prętor ait, scis me Scorpo Thalloq; daturũ K
* & ex hac * sub Domitiano positâ apparet.

158 IMP · · · · · · · · · · · · · · · AVG *abrasum Domitiani nomen*
GERMANICO · XV
M · COCCEIO · NERVA · II · CoS L
THALLVS · AGITATOR · L · AVILLI · PLANTAE · SER
DOMINVM · SILVANVM · DE · SVO
POSVIT · ITEM · DEDICAVIT
Museo Carpineo in Epistylio.

Haud

A Haud insolita est postrema illa coniugis testificatio viri in se meritorũ CVIVS DOLORE NIHIL HABVI NISI MORTIS; cùm & in Grutero habeatur
B pag. DCCXCIV. 2 DE·QVA·NIHIL· ALIVD DOLITVS·EST·NISI MORTEM, pag. DCCXCV. 2 NIL·VNQVAM·PECCAVIT NISI·QVOD·
C MORTVA·EST, pag.DCCXII.6 DE·QVA·DOLVIT·NIHIL·NISI MORS·EIVS, pag.CMXC.3 EX·QVA·NIHIL·VNQVAM DOLVI·NISI·CVM·DE-
D CESSIT, & pag.MI.7 DE·QVA·NIHIL DOLVIT·NI·· MORTEM·EIVS. Et in hac etiam quam in Hortis Pamphiliis ad Viam Aureliam exscripsi, notæ
E illæ quinctæ lineæ explicari debeant De Qua Nullum Dolorem Accepi Nisi MORtis; ut ex præcedentibus, & hisce aliis, quæ ex nostra Collectione afferi-
F mus, de facili coniicitur.

159 DIIS · MANIBVS
NEVIAE · C · L
G SANCTA EPICTESIS CASTA *additum*
VIXIT · ANNIS · XXX
DE·QVA·N·D·A·N·MOR

160 P·RVNCVLANIVS·PHAEDER
H VALERIA·L·ET·Ɔ·L·ISIDORA
VIXI·CVM·EO·ANNO·XXV
NIHIL·DOLVI·NISI·QVOD·ME·RELIQVID

è schedis Barberinis.

161 L·SESTIVS
SOTERICVS·SIBI
ET·SESTIAE·PRISCAE
COLLIBERTAE·ET
CONIVGI·SVAE·BENE
MERENTI·CVM·QVA
VIXIT·ANNIS·XXX
DE·QVA·NIHIL·DOLVIT
NISI·MORTE
ET·T·TITIO·BASSO·AMICO
SVO·HOMINI·OPTIMO
ET·SINGVLARIS·EXSEMPLI
ET·LIBERTIS·LIBERTABVSQVE
SVIS·POSTERISQVE·EORVM
IN·FRONTE·P·XII·IN·AGRO·P·XII

Inter Marmora Oxoniensia.

162 D · M · S
PLAETORIAE
ANTIOCHIDI
KARISSIMAE
FEMINAE
VIX·ANN·XXVI
M·III·D·XXI·H·X
T·FLAVIVS·CAPITO
COIVGI·CASTISSIMAE
PIISSIMAE·ET·DE·SE
OPTIME·MERITAE
DE·QVA·NVLLVM·DOLOREM
NISI·ACERBISSIMAE
MORTIS·EIVS·ACCEPERAT
DIGNISSIMAE·FECIT

Hortis Matthaiis. Est in Grutero, sed incorrecta.

I 163 CN · POMPEIVS · POMPEIAE · CN
MAGNI·F·LIB·ISOCHRYSVS·SIBI·ET
POMPEIAE · MAXIMAE · CONLIBERTAE
SVAE·FEMINAE·IVCVNDISSIMAE·EX·QVA
K NIHIL·VNQVAM·DOLVI·NISI·CVM·DECESSIT
ET · LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · SVIS
H · M · H · N · S
IVSSV·IMP·CAESARIS·AVGVSTI ··· P·III·S·

L *Ex schedis Barberinis.*

164 P · TAPSENNA · P · F · PROCVLVS
MILITAVIT · COHOR · X · PR · SIN
PETTIAE · VRBANAE · CONIVGI

QVICVM · VIXIT · ANNIS · XXXII A
CVIVS · DOLOREM · ACCEPIT · ALIVM
NVLLVM · NISI · MORTIS · EIVS · ET
P · TAPSENNAE · L · F · PATRI · ET
Q · TAPSENNAE · P · F · FRATRI B

Ex Itin. Ital. P. Mabillon.

De nominibus Equorum extat insignis tabula apud Gruterum pag. CCCXXXVII, quæ modò à Domo Cecchinorum in Muſeum Carpineum translata eſt. Colores etiam, ultra nomina, diſtinguit alia inſcriptio pag. CCCXLI, Panvinii Commentario illuſtrata, qui colores notis ſuis ita ſignavit.

ALB	albo
CIN	cinereo
K	kaeſio
B	badio
B K	badio kæſio

R	rufo
R K	rufo kæſio
M	mauro C
M P	mauro pullo
M R	mauro rufo
N	nigro
N B	nigro badio D
N R	nigro rufo

Addit GIL *gilui* colorem illum Virgilio Georg. lib. III. improbatum, & patriam Africam, inſcriptio iſta Einſidlenſis Cod. MS. à P. Mabillonio publici juris facta; cum alia, quæ pariter colores diſcernit. E

165 P·AELIVS MARI ROGATI FILIVS GVTTA CALPVRNIANVS EQVIS
HIS VICI IN FACTIONE VENETA GERMINATORE M· AF· F
LXXXXII · SILVANO R · AF · CV · NITID· GIL · AF · LII · SAXONE
N · AF · LX · ET VICI PRAEMIA · M̄ L · I · XL · I · XXXXXVII

166 P·AELIVS MARI ROGATI FILIVS GVTTA CALPVRNIANVS MIL G
LE PALMAS COMPLEVI IN FACTIONE PRASINA EQVIS HIS
DANDO · B · AF · XIX · OCEANO · N · CCIX · VICTORE · R · CCCCXXIX
VINDICE · B · CLVII · ET VICI PRAEMIA MAIORA X̅L̅ · POSTEA
III · X̅X̅X̅III

Quos tamen colorum notas credimus, &, nî fallor, ſatis probavimus, Lipſius Epiſt. XXXVI. ad Italos, in hoc marmore ædium Colotiarum, mox Delphinorum, ubi illud reperimus, ex eoque tum Lipſio, tum Smetio, à quo Gruterus pag. CCCXXXVIII. 5 acceperat, emendationem paravimus; gentilitium (ut ſic loquar) titulum opinatus eſt: H I

AQVILO·N·K· AQVI
LONIS · VICIT · CXXX
SECVND · TVLIT
LXXXVIII
TER
TVL
XXX
VII

Inſculpti hinc indè equi duo, & inter eos medius, vir tunicatus; dexterâ virgam tenens, ſiniſtrâ caniſtrum ſubſtinens, & pabulum ibi repoſitum præbens.

HIRPINVS · N · AQVI
LONIS · VICIT · CXIII
SECVDAS · TVLIT
LVI · TER · TVL K
XXXVI

167 D · M L
CLAVDIA · HELICE
FEC · L · AVILL · DIONYSIO
COND · GR · RVSSATAE
CONIVG · DIGNISSIM ·

itaut

A itaut *Hirpinum* Nepotem, & *Aquilonem* avum ipsius, *tanquam clarissimo testimonio* indè producat.

Nomina *Nicefori*, *Aeropetis*, *Botro-*
B *caleni*, & *Acciati*, cum Auriga *Leaninica* continet lamella vitrea, quam ad Tab. Iliad. pag. 340. jam attuli, iterum inter Cimelia literis inscripta Cap. VII. Miscel-
C laneorum, non alieno loco, infrà inserenda. In vasculo pariter vitreo Musei Carpinei inversis literis (incertâ mihi ratione) designantur nomina ΟΙΚΟΥ-
D ΜΕΝΗϹ, AEGIDIS Equarum, ac ZEP, forsan ZEPHYRI confuso utroque idiomate: quod præ raritate hujus cimelii, tum utì apparet, tum expansum delinea-
E ri curavimus.

168

F



G

H

I VINCENTI PIE ZESES



K

Nummis quoque celebrantur Equi
L TOXXOTES & AMOR, quos notis inustis, & palmâ insignes, ex Museo Feschio dat Morellius in Spec. Rei Num. Tab. III. num. 3.

Ad nomina Aurigæ Eugenii, & Equorum ipsius Achillei Siderei Speciosi ac Digni trahit P. Harduinus alium nummum Honorii, quem exhibet ex Museo Christinæ Augustæ Spanhemius Dissert. IX. pag. 854, & hæc eadem nomina, non brutis, sed victoribus quadrigariis tribuere videtur; clariùs autem *athletis* victoribus Ill. Mediobarbus impertit. Ego verò P. Harduini fide, libenter nomina Equorum designata puto: Equos enim per quos gloria palmæ eorum dominis parta erat, unà cum ipsis celebrari, usque ab ultima antiquitate par visum est; ut in Cleostene Epidamnio exemplum affert Pausanias lib. VI; is enim Equorum funalium Phœnicis & Coracis, jugalium Cnaciæ & Sami * simulacra nominibus insculptis Olympiæ dedicavit.

Extat tandem, ut Scorpo valedicam, celebre testimonium de eodem aliisque quattuor quibus vicit Equis in hac inscriptione, quæ abrasâ parte superiori, in ima Cippi basi superest, penès Lapicidam ad D. Spiritus in Saxia.

169 VICIT·SCORPVS·EQVIS·HIS·
PEGASVS·ELATES·ANDRAGMO·COTYNVS·
XIII

FL·RVFINVS VP FECIT·V
ELIAE COIVGI·BENEME
QVE MECVM SEMPER S
MENTEM VIXIT CVIV
ADFECTIO ET AMORI
MIHI COESIT EIVS CI
ET PVDICITIA INEXISTIMA
QVE MECVM VIXIT ANNOS XXVI [illegible]
(XXIIII

V P *vir perfectissimus*. Dignitas quædam hæc fuit posterioribus Imperii Romani temporibus introducta, de qua extat dispositio l. unicæ C. de perfectiss. dign. falsò Iustiniano attributa, cùm certè Constantini Magni sit, ut liquet ex Cod. Theodosiano lib. VI. tit. XXXVII.

Mentio

Mentio prima hujus tituli reperitur in l. Divo 11. C. de quæstion. tempore scilicet M. Aurelii Antonini. Inscriptiones apud Gruterum (de jis loquor, quæ certum tempus expressum habent) inferioris ævi sunt. Vetustior *Aurelii Marcellini V. P. duc. duc.* sub Gallieno emanavit: Sequuntur aliæ *Postumi Luperci V. perf. præf. prov. Hisp. citer.* sub Maximiano; *Aurelii Victoriani V. P. præf. ann.*;
Martiniani V. P. præsidis prov. Norici A
mediterr.; *Badii Macrini V. P. P. P. H.*
Tarrac., & *Val. Honorati V. P. Rat. S. R.*
omnium sub Constantino: atque *Flavii*
Maximi V. P. Præf. Vig. tum sub Va- B
lentiniano, tum sub Gratiano. Antiquissimus igitur cæterorũ lapidũ sequens erit,
nuper repertus ad Aggerem Servii ponè
Ecclesiam S. Antonii Abbatis in Exqui- C
liis, Severo Alexandro contemporaneus.

170 · HERCVLI · SACRVM · POSVIT ·

P · CLODIVS · FORTVNATVS · Q̄Q̄ · PERPETVVS · HVIVS · LOCI D
INTERLOCVTIONES
AELI · FLORIANI · HERENNI · MODESTINI · FALTONI
RESTVTIANI · PRAEF · VIGIL · P · P · V · V
FLORIANVS · D · QVANTVM · AD · FORMAM · A ME · DATAM · PERTI E
NET · QVONIAM · ME · CONVENIS · DE · HOC · IN · PRIMIS · TRACTAN
DVM · EST · ITA · INTERLOCVTVM · ME · SCIO · ESSE · HESTERNA
DIE · DOCERE · PARTEM · DIVERSAM · OPORTERE · HOC
EX · SACRA · AVCTORITATE · DESCENDERE · VT · PENSIONES F
NON · DEPENDERENTVR · ET · RESPONDIT · SE · QVIBVS
CVMQVE · RATIONIBVS · POSSE · OSTENDERE · HOC
EX · SACRA · AVCTORITATE · OBSERVARI · ET · HODIE · HOC
DICIT · EX · EO · TEMPORE · INQVIT · EX · QVO · AVGVSTVS G
REMPVBLICAM · OBTINERE · COEPIT · VSQVE · IN · HODIER
NVMQVAM · HAEC · LOCA · PENSIONES · PENSITASSE
ET · INFRA · FLORIANVS · Ð · VIDI · LOCVM · DEDICATVM
IMAGINIBVS · SACRIS ❦ ET · ALIO · CAPITE H
MODESTINVS · Ð · SI · QVID · EST · IVDICATVM · HABET
SVAM · AVCTORITATEM · SI · EST · VT · DIXI · IVDICATVM
INTERIM · APVT · ME · MVLTAE · PROBATIONES · EXHI
· · · · · QVIBVS · DOCEANTVR · FVLLONES · IN · PEN I
· · · · · · · CONVENIRI · ET · ALIO · CAPITE
· · · · · · · · · · · D · MANIFESTVM · EST · QVID
IVDICA · · · · NAM · FLORIANVS · PARTIBVS
SVIS · DILIGENTISSIME · FVNCTVS · EST · QVI · CVM · IN K
REM · PRAESENTEM · VENISSET · LOCVM · INSPEXIT
ET · VNIVERSIS · INDICIIS · EXAMINATIS · SENTEN

Sequitur latere intuentibus dextero.

TIAM · DE · EO · LOCO · DE · QVO · MAXIME L
QVERITVR · PROINDE · REVOCATVM
NON · EST · Ð · INFRA · RESTVTIANVS
MODESTINVS · QVOQVE · SECVTVS · RES

A FLO-

A A FLORIANO · IVDICATAS · PENSIONES
EXIGI · PROHIBVIT · ET · INFRA
RESTVTIANVS ·Ð· ILLVT · SERVABITVR
FONTANIS · QVOD · OBTINVERVNT
B APVT · SVOS · IVDICES · ET · QVOD · HABVE
RVNT · IN · HODIERNVM · SINE · PENSIONE
EX·ALEXANDRO·AVG·II·ET·MARCELLO·II·COS
DEDICATVM ······· IN ··········
C PEREGRINO · ET · AVRELIANO · COS
DIES

Basis in Museo Ciampino.

In quodam columnæ frusto abscisso & complanato, hoc aliud earundem Interlo-
D cutionum fragmentum ibidem effossum est.

171 SENTENTIAM · DE · EO · LOCO · DE · QVO · CVM · MAXIME
QVERITVR · PROTVLIT · A QVA · PROVOCATVM · NON
E EST · ET · INFRA · RESTVTIANVS ·Ð· MODESTINVS
QVOQVE · SECVTVS · RES · A FLORIANO · IVDICATAS
PENSIONES · EXIGI : PROHIBVIT · ET · INFRA · RESTV
TIANVS ·Ð· ILLVT · SERVABITVR · FONTANIS
F QVOD · OPTINVERVNT · APVT · SVOS · IVDICES
ET · QVOD · HABVERVNT · IN · HODIERNVM · SINE
PENSIONEM · ACTVM · IIII · IDVS · MAR · ANN · .
········· VO · VICTORIAM · PERCEPIMVS
G LITIGATVM · EST · EX · ALEXANDRI · AVG · II · ET
MARCELLI · II · COS · IN · PEREGRINI · ET
AEMILIANI · COS · DIES

Plura, optimaque de hac Perfectissi-
H matus dignitate, & quibus, quave ratio-
ne competeret, affert Gothofredus ad
prædictum tit. XXXVII. lib. VI. Codicis
Theodosiani; quæ longum atque inutile
I referre, alienisque (quod ajunt) spoliis
ditari foret.

RAT. S. R *Rationales Sacrarum remunerationum* hac honoraria appella-
K tione affectos, suprà ex Grutero indicavimus; atque ex hac inscriptione basis in Hortis Iustinianeis confirmamus.

172 AVRELIVS
L MARINVS
V · P · RAT
S · R

Mavult attamen Gothofredus ad l. si quis fundum 2. C. de distrah. pignor. (pluribus in utramque partem argumentis expensis) RATIONALEM SVMMAE REI dici debere. Sed quomodocumque legas, mirum est, hanc eandem epigraphen totidem verbis, & simili versuum distributione, reperiri in ejus basis græcanicæ latere, quæ utrâque facie Nicomedis Medici Σωτῆρα, sive Donarium Aesculapio oblatum continet, in quod illustrandum egregiam operam præstitit nobilissimus literatorum hujus sæculi Octavius Falconerius in suis Inscription. Athlet. pag. 128. & 149.

Cum eadem V · P nuncupatione, sed nullo expresso munere cui innitatur, (Venusinâ exceptâ) istas collegimus.

173 * SIGNA · TRANSLATA · EX
ABDITIS · LOCIS · AD
CELERITATEM
THERMARVM · SEVERIANARVM
· · AVDENTIVS · AEMILIANVS · V · C · CONS
CAP · CONSTITVIT · DEDICARIQVE
PRAECEPIT
CVRANTE · T · ANNONIO · CHRYSANTIO · V · P
Ad Diuæ Mariæ de Friniano ex schedis Barberinis.

174 LVCVLLIANORVM · PROLE · ROMA
NA · AEL · RESTITVTIANVS · V · P
CORR · APVLIAE ET CALABRIAE · IN
HONOREM SPLENDIDAE CIVITATIS
VENVSINORVM CONSECRAVIT
Venusii ad Portam di sopra.

175 LIAE · DOMITIANE
LIAE · A FL Ó MAXIMI
ANI · V · P · CELIA · DO
M

*Genius alatus tabellam sustinens * vir seminudus falce spicas demetens alius Genius similis.*

Fragmentum frontis Sarcophagi Vinea Nobb. de Cavaleriis ad D. Balbinæ.

176 AVR · TIGRIS · C · F · AVR
FELICIANO · V · P · MARITO
INCOMPARABILI · CVM O · VI
XI · ANNIS · XXI · SINE · VLLA
DISCORDIA · BENEMERENTI
CVM · DOLORE · MEO
ISSCVLPI · IVSSI
Ex Roma Subterranea.

177 OCTAVIO
V · P · EX · MERCV
RIALIBVS · IVLI
A · FLORA · CON
IVGI · INCOMPA
RABILI
Ex Aldinis.

178 VALERIO FRVME
NTIO · V · P · PATRO
NO ET DEFESORI
ABITATORI CIBITATIS
QVI POS MVLTVM
TEMPORIS AEDITIO
N E M DEBOTIONIS
RENOBABIT ET ITE
RABIT PRO MERI
TV · · · · · · · · ITIE
SVE ORDO CIBES
QVE LAVRENTIVM
L · L
Hortis Iustinianeis.

179 FL · AMAZO
NIVS · V · P
CVRAVIT
In Columna ibidem.

XIV D · M ·
FVLVIAE · FE
LICISSIMAE
CONIVGI · KA
RISSIME · QVE
VIXIT · ANNOS
XVIIII · M · VIII · D
XIII · HOR · V ·
M · AVRELIVS · FILE
TIANVS · CVM · QV
VIXIT · ANNOS · VI
CONIVGI · BENE
MERENTI · FECIT
CVM · ARRIA · VI
CTORINA · MA
TRE · EIVS · ET
PATRE · EIVS

Poterat

A Poterat hæc inscriptio, omni eruditione nudata, inter eas inseri, quæ horas vivendi exprimunt, superiori Capite relatas post Inscript. XXXVI. Adhuc tamen
B Scribentis incuria meretur adverti, per quam Matris nomen expressè conscriptum apparet; pater verò incertus relinquitur; ni omissio ista, Telemachi
C apud Homerum in Odyss. lib. I. vers. 215. cautelam sapiat, qui Menten alloquens, ita de sua origine profitetur.

Μήτηρ μέν τ' ἐμέ φησι τοῦ ἔμμεναι, αὐτὰρ ἔγωγε
D Οὐκ οἶδ'· οὐ γάρ πω τις ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω

Mater quidem me inquit ejus [Vlyssis] *esse, cæterùm ego*
Nescio; non enim ullo pacto aliquis semen ipse cognovit.
E

XV

D · M
L · GAVIDIO · FIRMO
F FECIT · AEMILIA
VRSINA CONIV
GI BENEMERENTI
IN · F · P · II · IN · A · P · II ·

G Ignotæ huic ex Grutero Genti Gavidiæ hanc aliam è schedis Barberinis adiungo.

180 L · GAVIDIVS · EROS
H FABER · ARG · V · A · LXX
GAVIDIA · CLEOPATRA
PATRONO · FECIT

XVI

I D · M
HARNES
Q · VIX · ANN · XX
BARIAMMAS
K CONIVGI · B · M · F
CVM QVA · VIX · AN
VIII · ET · SIBI

Hebraicam utriusque nominis significa-
L tionem agnoscit Vir Clarissimus Ioannes Pastritius; quasi femina *Mons signi*, vel *prodigii*, Vir *filius maris* eo idiomate sonet. Fides esto penès linguæ sanctæ interpretes, cujus Pastritium callentissimum, me omnino rudem fateor.


XVII

A · HERENNVLEIVS
HERMES FECIT
CONIVGI BENE



MERENTI IVLIAE
L · F · LATI NAE · SI
BI · ET · SVIS · POSTERQ · EOR

Quæ magis præcipua & conspicua erant in hac nostrâ arulâ, vir nempe in media inscriptione libamen ex patera effundens, ut hìc, & gemini ad utrumque latus Serpentes cristati & erecti, ovum ore apprehendentes, (quæ omnia sequentis paginæ initio ostendimus, ut loci capacitatem quæramus) omisit in ea referenda, sive (ut ipse ait) exscribenda Sponius in Miscell. Sect. I. art. IV. Et cautè profectò explicationem dissimulavit rei, in qua enucleanda haruspicinâ opus esse videtur; ut olim in duobus illis anguibus mare & feminâ in coniugali lecto Tiberii Gracchi & Corneliæ deprehensis, haruspicem adhibitum refert Plutarchus initio Vitæ Gracchorum fratrum. Ne tamen tantæ novitatis symbolū intactum omnino relinquatur: Suspicor, postquam sibi, & uxori adhuc in humanis agenti Hermes hanc memoriam constituit, vel longævitatem hac expressione in votis habitam, *Serpens* quippe, ut ait Sanchonia-



ton apud Eusebium de Præpar. Evang. lib. I. cap. VII; *longævum animal est, nec solùm senectam cum pelle deponens rejuvenescit, sed erescit etiam in adolescentiam reductum*: vel, ut ex concordia illa quasi maritali Serpentum, coniuges improles adhuc, sobolem sibi augurarentur ex ovo prodeuntem, tanquam *principio & originario fonte generationis*, ut illud vocat Plutarchus in Quæst. Conviv. lib. VII. cap. III.

XVIII

. SANCTA · PIA
FRVGALITATE·ET·SIMPLI
ID·VIXIT·CVM·CONIVGE·SVO
IT · ANNO · XXXVII
BER.BENE · MERITAE · FEC
SIT·T·T·LEVIS·VT·TV·HVIC·NIHIL·LAE·(SERIS

Incertæ mulieri ab incerto coniuge posita hæc epigraphe, in sola ultima linea duplicem notationem admittit; verbum enim *laeserit* cum dativo casu inusitatum in modum construit: tum sollemnem illam precem SIT TIBI TERRA LEVIS, in qua aliquantùm immorabimur, ostendit. H I

Communis ferè fuit in omnibus Hispaniensibus inscriptionibus hæc forma *tenuem, & sine pondere terram* cum Iuvenali Sat. VII. precandi, notis primò, iterumque in calce lapidis Hispalensis, quem Cap. III. num. 174. attulimus, expressis verbis concepta. Similis obsecrationis sub variis clausulis extant in Grutero, & in nostris MSS. exempla. Nostra accipe. K L

A 181 ITA LEVIS INCVMBAT TERRA DENVNCIO TIBI
VEL ASSINT QVIETI CINERIBVS MANES TVIS
ROGO NE SEPVLCRI VMBRAS VIOLARE AVDEAS

Vinea B. Marchae sub Villa di Madama.

B 182 MOLLITER·OSSA·CVBEN·DCAT·ROGO·QVISQVE VIATOR
SIC·TIBI·DEFVNCTO·DCERE·DI·IVBEANT

Ad D. Susanna in Quirinali.

Esse sibi terram levem, quasi sensu post mortem preditus testatur verbosus iste versificator.

C DIS · MANIBVS
183 M · PVBLICI · M · L · VNIONIS
TE · ROGO · PRAETERIENS · FAC
MORA · ET · PERLEGE · VERSVS · QVOS · EGO
D DICTAVI · ET · IVSSI · SCRIBERE · QVENDAM
EST· MIHI· TERRA· LEVIS· MERITO· SED· QVIESCO
MARMORE · CLAVSVS · REDDIDI · DEPOSITVM
COAGLAVI·SEMPER·AMICOS·NVLLIVS·THALAMOS
E TVRBAVI · NEMO · QVERITVR · CONIVNS · KARA
MIHI · MECVM· BENE· VIXIT · SEMPER · HONESTE
PRESTITI·QVOD·POTVI·SEMPER·SINE·LITE·RECESSI
VNVS · AMICVS · ERAT · TANTVM · MIHI · QVI
F PRAESTITIT · OMNIA · SEMPER · HONESTE
T · FL · HERMES · V̄·Q
TVNC·MEVS·ASSIDVE·SEMPER·BENE·LVXIT·AMICE·FOCVS
FECIT · VNIO · SIBI · ET · GALLIAE · TYCHE
G OPTIMAE · CONIVGI · ET · AEMILIO
ISIDORO · VERNAE · SVO · ET · POSTERISQ
SVORVM · ET · CONIVGI · SVAE
ET · ISIDORI · ET · EORVM · POSTERISQ · ET
H M · PVBLICIO · FELICI · ALVMNO · SVO

Villa Tusculana Nobb. de Rocciis sub stemmate viri

Nec melior in versu, paulloque minùs prolixa, est hæc quæ sequitur.

184 D · M
I HIC SITA EST PATERNA POST ANNOS VIIII · ET XX
SANCTA CASTA FIDA POST PIGNORA CERTA
GNATVM MEMORIAE STATVIT HAEC PRIMA
CVBILI CONIVGIS OBSEQVIO MERVIT
K IN MVNERE FVNCTAE SEPVLCHRVM
DIGNVM PRO MERITIS A CONIVGE AMANTEM
PERCIPERET TITVLVM SVO NOMINE TESTANS
L ME GERMANA CREAT TELLVS MYSERAM
QVEM NVNC HIC FABIA TERRA TEGIT
NVNC ROGO SI COLITIS MANES CVNCTI
MEO NOMINI TANTVM TERRA LEVE OPTETIS
VOBIS NVNC DII FORTVNA BEATAM

ET SEMPER HORATAM PRAESTENT A
SVO NVMINE SANCTO LIBENTES
EX QVA POSSITIS OBITI BENE LINQVERE NATOS
M · AVREL · DIASCENTVS · VET · AVG · N
CVM · M · AVRELIO · ANTIOCHIANO · FIL · CONIV B
GI INCOMPARABILI · B · M · F · C

185 VIPSANIA · M · L · PHILVSA
VIXIT · ANN · XX
TE · LAPIS · OPTESTOR · LEVITER · SVPER · OSSA C
RESIDAS·NE·NOSTRO·DOLEAT·CONDITA·OFFICIO
M · VIPSANIVS · SP · F · LATINVS · VIXIT · ANN · L
FILIVS·FACERE·QVOD·DEBVERAT·PATRI·MORS·INIQVA
INTERCESSIT · FILIO · FECIT · PATER D

Ex schedis Barberinis utraque.

186 Q · CAECILIO
Q · F · PAL · OPTATO
VIXIT · AN · II · ME · VI E
Q · CAECILIVS · Q · ET · Ɔ · L
HERMES · SEVR · AVG
ET · LICINIA · REPENTINA
PARENTES · PIISSIMI · POSVER F
E · Q · CAECILIVS · Q · F · PAL
PAELINVS · PATER
HIC IACET · OPTATVS · PIETATIS · NOBILIS · NFAS
CVI·PRECOR·VT·CINERES·SINT·IA·SINTQVE·ROSAE G
TERRAQ·QVAE·MATER·NVNC·EST·SBI·SIT·LEVIS·ORO
NAMQVE · GRAVIS · NVLLI · VITA · FVIT · PVERI
ERGO·QVOD·MISERI·POSSVN·PRAESTARE·PARENES
HVNC · TITVLVM · NATO · CONSTITVERE · SVO

In Turri Campanaria Valven. H

187 D · M
AVREL · ANTONIO · CVR · EQ · SING · D · N · TVR
HERODES · KASTR · PRIOR · NAT · DACVS · ALLECT · EX
ALA · GALLOR · VIX · ANN · XXXX · MES · V · DIES · XXV I
MIL · ANN · XXI · AVR · CVRIA · TVR · RVFINIANI · ET · AVR
LEO · LIBERT · EIVS · HERED · B · M · F · C
OPTAMVS · CVNCTI · SIT · TIBI · TERRA · LEVIS

Ex schedis Barberinis. K

188 CINVRA · MATER · SIBI · ET
FILIIS
HOC·EPIOS·TVMVLO·CINIR·EST·CVM·FRATRE·SEPVLTVS
ANTE · SVOS · ANNOS · QVOS · TEGIT · ATRA · CINIS L
HIS·TVMVLVM·PARVVM·MATER·CVM·CARMINE·FECIT
INGENIO · QVORVM · TERRAM · OPTATE · LEVEM

Ex eisdem. Dicitur extare penès Leon. Augustinum.

189 D · M

A 189 D · M
L · CAMBICIVS · TELESPHORVS
ET · LVCCEIA · TYCHE · VXOR
ET · LVCCEIVS · SECVNDVS · F
FECERVNT · SIBI · ET · SVIS · LIB
B LIBBRTABVSQVE · POSTERISQVE · EORVM
ET · TV · QVAE · DEDERIS · SIT · TIBI · TERRA · L
IN · F · P · XXV · IN · AG · P · XIII
Vinea PP. Tertij Ord. S. Francisci Via Labicana.

C 190 MVSCILIVS · CARVS · SVIS · ANN
IIII · H · S · E · ET · TE · ROGO
PRAETERIENS · VT · LEGAS · ET
DICAS · SIT · T · T · L
Gadibus apud Petrum Lamentium.

D 191 NICARIN · MVNATIAE · L · L · ZOSI
MAE · FILIA · HYMNETRIA · A · S
TERRA · PRECOR · QVAECVMQVE
IACES · NICARIO · SVPER · OSSA
E SIS · LEVIS · IN · TENERO · CORPORE · DEPOSITA
VIXIT · ANNOS · XVIII
Ex Gualtherio.

192 D · M
AVRELIO · RVFO
F ANN · XXIII
VERNACLVS
MATERNAE · LIB
ET · FORTVNATA
G AEMILIAE · LIB
FILIO
PIENTISSIMO
. F C
H DIC · ROGO
QVI · TRANSIS
SIT · TIBI · TERRA
LEVIS
I *è schedis Vaticanis.*

193 L · VETIVS · NYMPHIVS
AVRIFEX · V · A · XVII
ET · TE · TERRA · PRECOR · LEVITER
SVPER · OSSA · RESIDAS
K SENTIAT · VT · PIETAS · PRAEMIA
QVAE · MERVIT
ET · QVICVMQVE · SVIS · SINCERE
PRAESTAT · HONOREM
L FELICEM · CVRSVM · PERFERAT
AD · SVPEROS
In Ædibus Barberinis.

Simplicium autem notarum S.T.T.L. crebrior est usus.

194 VALIA · M · L · PAVLA
ANN · XXXXV · H · S · E
S · T · T · L
M · VALIVS · PRISCVS
M · BAEBI · L · AN · XXII
M · VALIVS · BASSVS
M · L · ANN · XX
M · VALIVS · ROMANVS
M · L · ANN · XXXII
BAEBIA · M · F · CRISPINA
ANN · XX · H · S · E · S · T · T · L
è schedis Barberinis.

195 Q · CAECILIO
Q · F
FORTVNACIANO
PATR
OPT · ET · SAN
CTISS · Q · V
ANN · XXXVII
DIES · XX
H · S · E
S · T · T · L
Malscæ ex schedis Vaticanis.

196 D ❦ M ❦ S
CALLYROAE
V ❦ AN ❦ VII ❦
❦ H · S · E · S · T · T · L ❦
Prope Mausoleum D. Helenæ.

197 D M
SVLPICIAE
MAXSVME
AN · XVI
SVLPICIA
AMOENA
NEPTI
PIISSIMAE
F · C
S · T · T · L
Condexæ ex schedis Vaticanis.

198 D · M · S
IVNIA
HEDIA
I · S · S · T · T · L
è schedis Barberinis.

199 D M
FIRMILLO·QVI
VIX · ANN · XX
VENNVLAVS
FRATRI · B · M
FECIT
H·S·E · S·T·T·L
Prope Mausoleum D. Helenæ.

200 D M
C · IVNIVS
CELADVS
CORDVBENSIS
ANNORVM · XXI
MENS · V · D · XVI
P·I·H·C·E·S·T·T·L
Cippulo Musei Carpinei.

201 D · M · S
M · IVL ⅁
EVCHOME
NO· IVLIA
EVTYCHIA
MARITO
OPTVMO·F·SIT
·T·T·L·
Hortis Iustinianeis.

202 D · M · S
IVNIA
HEDONE
AN · XXV
I·S·H·S·E
S·T·T·L

203 L·VIVIVS·L·F·PAP
RVSTICVS·H·S·E
S·T·T·L·IN·F·P·XIIII
IN·A·P·X

204 L· COVTIVS
C·MALI·F
N·LX·H·S·E
S·T·T·L

205 VARRO·ANNI· XVIII
H·S·E·S·T·T·L
Ex schedis Barberinis omnes.

206 D · M A
DORYPHORO·QVI·VIXIT·ANNIS
XXIIII ·PIO·IN·SVIS· ANICETVS
FRATRI· KARISSIMO·B·M
FECIT
H·S·E·S·T·T·L B

207 D · M · S
OPERA · A
NORV· XXI
SOR · BENM C
FEC·HSEST
TL
Prope Mausoleum D. Helenæ utraque.

208 D · M · S D
NICOSTRATVS
VIX·ANN·LII
PIVS · IN · SVIS
H·S·E·S·T·T·L E
Vinea Caroli Vallii.

209 D · M · S
AVRELIVS
CELERINIANVS F
VIXIT·ANNIS
XIIII · M · VIII
DIES · XVII
FECIT · MATER G
PIA · FILIO
SIT·T·T·L
Corduba ex schedis Barberinis.

210 D · M · S H
Q· DASVMIVS·SOLOX
VIXIT ANNIS XXXX
PIVS IN SVIS
H·S·E·S·T·T·L I
Ibidem ex iisdem.

211 D · M·
ATIMETVS · P
ATIMETO · F K
ANN · III·
S·T·T·L
Ex iisdem.

Extat & hæc plurali numero *Sit Vobis Terra Levis*, cum qua & alia adiuncta reperitur, utpote aversâ parte inscripta, de qua alibi mentio incidet. L

212 D·M·S

A 212 D · M · S ·

LAETINIANA

V A XXXV

REDVX V A

B VIII MVDI S VTL

In Museo Ciampino.

213 ex alia facie

ASINIA · C · L · ANTIO ...

V PRAEDITI · L

C · ASINIVS · C · L · PRAEDITVS

Eandem quoque precationis formulam apud Græcos affert Suidas Κοῦφη γῆ τοῦτον C καλύπτοι *levis terra hunc tegat*; ſive ſimplicius, ut in Epiſt. Iuliani XXIII. ad Hermagoram Κοῦφη γῆ, quam ſequentes inſcriptiones exprimunt.

214 ΚΥΡΙΛΛΟΣ ΤΟΔΕ CΗΜΑ ΦΙΛΩΙ ΠΟΙΗCΑΤΟ ΠΑΙΔΙ
ΚΛΕΟΦΟΡΩΙ ΤΡΙΕΤΕΙ.ΟΝ ΑΦΕΙΛΑΤΟ ΜΟΙΡΑ ΚΡΑΤΑΙΗ
D ΠΡΙΝ ΓΛΥΚΕΡΟΥ ΒΙΟΤΟΙΟ ΕC ΗΛΙΚΙΗC ΤΕΛΟC ΕΛΘΕΙΝ
ΑΛΛ ΕΙΓ ΕΝ ΦΘΙΜΕΝΟΙCΙ ΤΙC ΑΙCΘΗCΙC ΤΕΚΝΟΝ ΕCΤΙΝ
ΚΟΥΦΟΝ ΕΧΟΙC ΓΑΙΗC ΒΑΡΟC ΕΥCΕΒΙΗC ΕΝΙ ΧΩΡΩΙ

Vertit ita totidem heroïcis carminibus D. Emanuel Martinius Valentinus, Eminen-
E tiſſimi D. Cardinalis de Aquirre à ſtudiis, quod munus, apud Virum doctrinâ tum ſacrâ tum profanâ inſigniter eruditum, laudationis abſque exceptione vicem implet.

Hæc nato dulci poſuit monumenta Cyrillus;
F *Cleophoro, rapuit quem mors violenta triennem,*
Antequam dulcis tetigiſſet limina vitæ:
Prædita ſed nati ſi nunc eſt ſenſibus umbra
Sit tibi terra levis ſancta in regione piorum

G ad literam verò

Cyrillus hoc monumentum charo poſuit filio
Cleophoro trienni, quem fatum violentum abſtulit,
Antequam ad dulcis vitæ ætatis perfectionem devenerit:
H *Sed ſi modò inter mortuos aliquis ſenſus filio eſt;*
Sit tibi terra levis pietatis in ſede

215 ΤΗΝ ΚΥΑΝΩΠΙΝ ΜΟΥΣΑΝ ΑΗΔΟΝΑ ΤΗΝ ΜΕΛΙΓΗΡΙΝ
ΛΕΙΤΟΣ ΟΔ ΕΞΑΠΙΝΗΣ ΤΥΜΒΟΣ ΑΝΑΥΔΟΝ ΕΧΕΙ
I ΚΑΙ ΚΕΙΤΑΙ ΛΙΘΟΣ ΩΣ.Η ΠΑΝΣΟΦΟΣ Η ΠΕΡΙΒΩΤΟΣ
ΜΟΥΣΑ ΚΑΛΙ ΚΟΥΦΗ ΣΟΙ ΚΟΝΙΣ ΗΔΕ ΠΕΛΟΙ
ΤΙΣ ΜΟΥ ΤΗΝ ΣΕΙΡΗΝ ΑΚΑΚΟΝ ΚΑΚΙΣ ΗΡΠΑΣΕ ΔΑΙΜΩΝ
ΤΙΣ ΜΟΥ ΤΗΝ ΓΛΥΚΕΡΗΝ ΗΡΠΑΣ ΑΗΔΟΝΙΔΑ
K ΝΥΚΤΙ ΜΙΗ ΨΥΧΡΑΙΣΙΝ ΑΦΑΡ ΣΤΑΓΟΝΕΣΣΙ ΛΥΘΕΙΣΑ
ΩΛΕΟ ΜΟΥΣΑ ΕΤΑΚΗ ΔΟΜΜΑΤ ΕΚΕΙΝΑ ΣΕΟ
ΚΑΙ ΣΤΟΜΑ ΠΕΦΡΑΚΤΑΙ ΤΟ ΧΡΥΣΣΕΟΝ ΟΥΔΕΝ ΕΤ ΕΝ ΣΟΙ
ΛΕΙΨΑΝΟΝ ΟΥΚ ΕΙΔΟΥΣ ΟΥ ΣΟΦΙΗΣ ΠΕΛΕΤΑΙ
L ΕΡΡΕΤΕ ΜΕΡΜΟΥΡΑΙ ΘΥΜΑΛΓΕΕΣ ΑΜΜΟΡΟΙ ΕΣΘΛΗΣ
ΕΛΠΙΔΟΣ ΑΝΘΡΩΠΟΙ ΠΑΝΤΑ Δ ΑΔΗΛΑ ΤΥΧΗΣ

Hortis Burghesiis in Baſi, in cujus corona legitur

PETRONIAE · MVSAE

Nigros habentem oculos Musam Lusciniam mellitam A
Publicum hoc ex improviso sepulchrum sine cruore tenet.
Et jacet lapis velut doctissima, celebris
Musa pulchra, levis tibi pulvis sit.
Quis meam Sirenem innocuam malus arripuit Dæmon? B
Quis Muten dulcem rapuit Lusciniolam?
Nocte una frigidis statim stillicidiis soluta
Periisti Musa, contabuerunt verò oculi illi tui;
Et os obturatum aureum; nullæ amplius in te C
Reliquiæ, nec speciei tuæ, nec sapientiæ sunt.
Valete curæ tristes, expertesque bonæ
Spei homines, omnia sunt incerta Fortunæ.

Non precem adhibuit, verùm re ipsâ, iniecto scilicet pulvere, quam terream nubem, & nebulam præ levitate Poëtæ vocant, duobus agnatis suis Hippomedontibus suffragatus est Pœcilius, qui sequens Epigramma posuit. D

216 ΔΟΙωCΙΓΠΟΜΕΔΟΝΤΑC ΟΜΑΧΘωΝ ΑΔΕΚΑΛΥΠΤΗΙ E
ΓΑΙΔΑΤΕ ΚΑΙΓΕΝΕΤΑΝΑΜΦω ΑΠΟΦΘΙΜΕΝωC
ΠΑΙΔΑΜΕΝΕC ΑΙΑΝΕCΙΟΝΤωΝ ΧΗΙΡΑ ΤΕΘΕΝΤΑ
ΔΕΞΙΑ Δ' ΑΝΔΕΤΑΦΗΓΗΡΑΟC ΙΠΠΟΜΕΔωΝ
ΑΜΦΟΤΕΡΟΙC ΔΕΠΕΘΗΚΕ ΧΥΤΑΝ ΚΟΝΙΝ ΙΠΠΟΔΑΜΕΙΑ F
ΜΑΤΗΡ ΠΟΙΚΙΛΙω ΕΚΓΟΝω ΑΜΦΟΤΕΡωΝ
ΟCΦΙCΙ ΠΟCΔΕΤΑΦωCΕΝΕωCΑΤΟ ΤΕΥΧΙCΕ Δ' ΑΙΔΑΝ
ΠΑΠΠωΙ ΚΑΙ ΘΕΙωΙ ΛΟΙCΘΟΤΑ ΤΑC ΧΑΡΙΤΑC

Lapis visitur in Vinea Nobb. de Burattis extra Portam Salariam; eò notabilior, quia in tanta vetustate primus mihi se obtulit, qui vestigia spirituum & accentuum contineret. In schedis quoque Barberinis relatum reperi, additâ hac interpretatione poëtico numero conceptâ sub nomine contracto I. S. quod si explicetur, *Iacobum Sirmondum* significare judico, certè tanto Viro minimè indignâ. G H

Hæc unà geminos tellus tegit Hippomedontas
Natum & patrem, ambos morte obitâ exanimes.
Filius ingressis manus est quà læva locatus,
Ad dextram senior conditus Hippomedon. I
At terram ambobus superintulit Hippodamia
Agnati amborum Pœcilij genitrix.
Hæc illis qui busta novat, conditque sepulchra
Matris fratri & Avo dona suprema dicans. K
ad literam verò
Geminos Hippomedontas simul hæc terra tegit
Filium & patrem, ambos mortuos.
Filium quidem ad sinistram ingredientium manum positum, L
Ad dextram verò sepultus est senex Hippomedon.
Vtrisque autem imposuit fusum pulverem Hippodamia
Mater Pœcilij agnati amborum,

Qui

A *Qui ipsis hæc sepulchra de novo posuit, struxitque tumulum Avo & avunculo suprema munera.*

Longè plura hujus formulæ exempla suggerit Anthologia Varior. Epigr. lib.
B III; sed nos nostris contenti simus.



C XIX
DIS · MANIBVS
IVLIAE · IOLES
IVLI · VMBRI · LIB
D CN · SEIVS · CRISPVS
CONIVGI · SVAE · BENE
MERENTI · FECIT

Ex Aldo hanc eandem inscriptionem
E GruterusOperi inseruit pag.CMLXXIX. 8, addito prænomine C. IVLIAE, quod, ut in feminis suprà Cap. I. pag. 32. ægrè admisimus, ita hìc ex ipso marmore om-
F ninò reiicimus.

Laudat eam quoque Reinesius ad Inscriptionem 73. Class. XVII. pag. 835. & difficultatem cognominis in muliere
G agnoscens notam prænominis à secundo versu ad initium tertii transfert: ingeniosè quidem, sed falsò, ut ipse lapis ad
H oculum testatur.

XX
DIS · M
C · MVSONIO · NICOME
MVSONIA · EVSTATIA · FECIT
I PATRONO · ET · CONIVGI · BENE
MERENTI · ET · SIBI · ET · SVIS

Frequentissimum erat, ut herilis affectus in maritalem societatem coalesceret;
K ideòque passim iidem *patroni & coniuges* in marmoribus sepulchralibus inscribebantur. Illud rarum, quòd libertus dominæ suæ maritus efficeretur, ut in
L hisce inscriptionibus.

217 D M
SECVNDI · NVNDINI
PRIMITIVI
CELLIONIS
POMP · PRIMITIVA · LIB
ET · CONI · OBSEQ

Gruter. pag. DLXXXII. 10.

218 D · M
CLAVDIAE · PONTICES
CL · EVSTROPHVS
PATRONAE · ET · CONIVGI · OPTVMAE
ITEM · FLAVIA · THREPTE
CL · APHRODISIVS
ET · TIMOTHEVS · MATRI · PIISSIMAE

Idem pag. DCCCCXXXVI. 9

219 DIS · MAN
L · GENICI · EPAPHRODITI
GENICIA · GRAPTE · LIB ER TO
ET · CONIVGI · SVO · BENEMER
ET · SIBI · ET · SVIS · POSTERISQ
EORVM · FECIT
IN · FR · P · IIIIII
IN · AG · P · IIIIII

Idem pag. DCCCCXL. 10

220 D · M
MONIMENTVM · P · CAR
VILI · ZOTICI · FECIT · CARVI
LIA · QVETONIS · PATRONA
ET · CONIVNX
SIBI · ET · LIBERTIS · LIBERTA
BVSQVE · POSTERISQVE
EORVM · HVIC · MONIMENTO
. . . .

Idem pag. MCL. 5

221 D · M
FABIAE · APHRODISIAE
CONIVGI · SIMPLICISSIMAE
B · M · FELIX · LIB · MARITVS

è schedis Barberinis.

221 IVNIAE · FESTIVAE
PATRONAE · ET · VXORI · RARISS
C · IVNIVS · MERCVRIVS

Panhormi ex Gualthero.

 222 D · M

222 D · M
LVCRETIAE · EVTYCHIDI
LVCRETIVS · ADRASTVS
CONIVGI· ET· PATRONAE · DVL
CISSIMAE· ET· SIBI· ET· POSTERIS
QVE · SVIS
Hortis Iustinianeis.

223 DIS · MANIB
CAESIAE· VEIE
NTANAE· CAESI
VS · CORISCVS
PATRONAE · ET.
CONIVGI
Villa Corsina.

Lege scilicet prohibente usque à Severi & Antonini temporibus in l. libertum 3. C. de nupt. quicquid in contrarium, nullâ nempe lege eatenus vetita fuisse talia connubia, dixerint Leo & Anthemius Augg., qui ea sub pœnis publicationis omnium facultatum, & perpetuæ deportationis prohibuerunt in posterum, per Constitutionem inter leges Divi Anthemii Aug. Tit. I. de Mulier. quæ se serv. prop. vel libert. junx., cùm verius sit, olim quoque (ut diximus) prohibita fuisse; sub eâ tantùm exceptione, *nisi patrona tam ignobilis fuerit, ut ei honestæ sint vel liberti sui nuptiæ officio judicis super hoc cognoscentis,* ut sunt verba l. 13. D. de rit. nupt. Non enim quippe eædem continentię leges viris àc mulieribus olim appositæ: quia dominus ancillæ se miscere jure poterat nullâ pœnâ sibi constitutâ, nisi quòd, si vivens de ea, aut prole susceptâ non disposuerit, ipsa & filii *taciturnitate præteriti post mortem ejus ad libertatem eriperentur, ut sit mors domini libertatis eorum initium*: (verba sunt legis fin. C. commun. de manumiss.) unde facilius erat, mulierem benevolam, frugique repertam, cujus corpori moribusque herus assueverat, datâ libertate in coniugem adoptari, & hinc Patronus Concubinæ suæ tumulum inter vivos, nondum deliberato coniugio statuens, eam clausulam ex incertitudine addidit SIVE SERVAE SIVE LIBERTAE in hac inscriptione Bergomate. A B

224 D · M
C · SEPTIMIO · C · F
FORTVNATO
ET · SEPTIMIAE · CONCVBINAE C
SIVE · SERVAE
SIVE · LIBERTAE
è schedis Barberinis.

Atqui contrà, ingenua mulier cum proprio servo rem habens *capitali sententiæ subiugabatur, tradito ignibus verberone,* ut sancitum fuit per Constantinum M. in l. unica C. de mulier. quæ se prop. ser. junx: Si verò cum alieno fuerit *ignaro domino ad id prolapsa, in servitutem sui consensisse, & qui nati essent pro liberis babendos,* olim statutum fuerat per Senatum Fausto Sillâ & Salvio Othone Cos., ut refert Tacitus lib. XII. Annal., extremis scilicet Claudii temporibus, à quo Senatus Consulti Claudiani nuncupationem accepit; sive, ut emendat in nupera sua Editione eruditissimus Rickius cap. 53. 1. *ut ignaro domino ad id prolapsa, in servitute, sin consensisset, pro liberta haberetur*; repugnante quamvis, & diversam interpretationem, immutatis etiam verbis, afferente Gothofredo in Comment. ad l. 1. Cod. Theodos. lib. IV. tit. IX. ad S. C. Claud. Authorem talis S. C. Svetonius, non facit Claudium, sed Vespasianum cap. 11. vel per memoriæ lapsum, vel quia forsan Vespasianus vim illius, licentiâ temporum infirmatam, restituit. Varia certè ad id disposuerunt varii post Constantinum Imperatores per totum Tit. IX. lib. IV. Codicis Theodosiani; modò nempe de præmittenda trina denunciatione antequam mulier ingenua, servi alieni contubernium sequuta, ipsius

D E F G H I K L

A ipsius conserva fiat; modò de exceptione
servorum Fiscalium, cum quibus mulier
se commiscens, libertatem non amittat,
filii tamen mediam fortunam teneant in-
B ter liberos, & servos; modò de extensio-
ne ad publica quoque Civitatum manci-
pia: donec tandem Iustinianus, mulierum
facilem deceptionem, vel infelicem cu-
C piditatem miseratus, per l. unicam C. de
S.C.Claudian. toll. illud omnino sustulit,
abrogavitque.

Claudicantia, ut sic dicam, hæc con-
D nubia, quòd spectat ad vilitatem mulieris,
primùm sub Augusto permissa patriciis
reperio πλὴν τῶν βουλευόντων, *Senatoribus
exceptis* ex Dione lib. LIV, lata scilicet
E lege Iuliâ, quæ adducitur in l. 44. D. de
rit. nupt. quamvis hujus legis prohibitio,
ultra Senatores, etiam ad eorum filios,
nepotes, pronepotesvè, ex filio, vel ex filia
F natos porrigatur; neque enim minutiùs
rem prosequi Historicum oportebat.

Lex item Papia exceptionem Senato-
riæ dignitatis admisit per l. 23. D. eod. tit.
G ampliori etiam vocabulo *liberorum* usa,
quo tum nepotes & pronepotes Senato-
rum (ad quos tantùm lex Iulia respexe-
rat) tum cæteri omnes ex eis genus du-
H centes comprehenduntur ex l. liberorum
220. D. de verb. signif.

Extenderat ulteriùs interdicta hæc sive
cum libertis, sive cum aliis abiectis per-
I sonis connubia, Constantinus Magnus ad
Perfectissimos, Duumviros, Flamines
Municipales, & Sacerdotes Provinciæ in
sua Constitutione, quam referunt & con-
K firmant Valentinianus III. & Martianus
inter hujus leges Novellas post Cod.
Theodos. lib. III. tit. IV. de Matrim. Se-
nator. sed hìc quoque Iustinianus om-
L nem juris ambiguitatem sustulit, & liber-
tatis favorem circumspiciens, naturæ in-
genuitati omnes deinceps feminas quæ
libertatem à domino meruerant, plenè
restituit, dummodo patronus, cujuslibet dignitatis existens, libertam ducere volens, aut legitimam facere coniugem, nuptialia conficiat documenta; ut disponitur in Auth. perfectis coll. VI. tit. VI. Vt liberti &c.

Modici momenti, atque ad grammaticam spectans animadversio est, quòd ubi hìc dicitur PATRONO ET CONIVGI, & in aliquibus PATRONO EIDEM CONIVGI; communi ferè idiotismo, vel IDEM CONIVGI, vel etiam ISDEM, seu IISDEM CONIVGI passim legatur; ut (omissis Gruterianis) ex sequentibus habemus.

225 D · M
ROSCIAE · MVSAE
LIBERTAE · IDEM
CONIVGI · SVAE
PER · OMNIA · BENE
MERENTI · VIXIT · AN
NIS · L · FECIT · M · ROS
CIVS · CHARITO · ET
SIBI · ET · ROSCIAE · RVFI
NAE · FILIAE · SVAE · ET · LIBER
TIS · SVIS · LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE · EORVM

è schedis Barberinis.

226 DIS · MANIBVS
M · SENTIO · AMERIMNO
SENTIA · CLEOPATRA
PATRONO · IDEM · CONIVGI
PIENTISSIMO · ET
BENEMERENTI · POSVIT

Zagaroli ex iisdem.

227 D · M
C · IVLIO · SOTERI
IVLIA · APHRODITE
PATRONO
IDEM · CONIVGI
BENEMERENTI
FECIT

Florentiæ apud Nobb. de Riccardis.

228 D · M A
M · FVRNIVS · ALEXANDER · III
TRIVMPHO · NAT · GR · VIXIT · AN · XLV
MIL · ANN · XXV · DAPHNE · PATRONO
B · MERENTI · IDEM · ET · CONIVGI · P · C B

Ex schedis Barberinis.

229 DIS · MANIB ·
C · DISTVLANIO · MAXIMO ·
PATRI · ET · DISTVLANIAE · PHOEBE ·
MATRI · ET · DISTVLANIO · DONATO · C
FRATRI · ET · DISTVLANIAE · ELIADI ·
LIB · IDEM · CONIVGI
C · DISTVLANIVS · MAXIMVS D
B · M · FECIT · SIBI · ET · SVIS · LIB ·
LIBERTABVSQ · POSTERISQVE · EORVM
IN · FR · P · IV · IN · AGR · P · IIIS

Hortis Matthaeiis. E

230 DIS · MANIBVS
IVLIAE · SECVNDAE
C · IVLIVS · FELIX · F
IVLIAE · SECVNDAE · LIB · SVAE
IDEM · CONIVGI · CVRA · EGIT
STVDIOSVS · VIXIT · ANNIS
XVIIII

Hortis Barberinis.

231 D M
OFILLIAE · GEMELLAE
FECIT
OFILLIVS · PHILOCALVS
COLLIBERTAE · IDEM
COIVGI · BENEMERENTI
ET · SIBI

In pavimento S. Ioannis de Malva.

232 D · M
MAGNIA · VENERI
A · T · MAGNIO · DVLI
TO · PATRONO · IDE
NQVE · MARITO · ET
T · MAGNIO · PHILOS
TORGO · FILIO · QVI
VIXIT · ANNIS · XII
MENSIBVS · V · DIES
VIIII · DVLCISSIMIS

è schedis Barberinis.

233 D · M
CAECILIA · GE
MELLA · FEC
Q · CAECILIO F
POLLVCI · PA
TRONO · IISD
CONIVGI · B · M

Vinea PP. Praedicatorum Via Salaria. G

234 C · MATTIO · LYGDAMO
MEDICO · SATTIAE
VIX · ANN · LXXVI
MATTIA · MOSCHIS H
PATRONO · ISDE · CONIVGI
T · FLAVIO · AVG · L · MARTIA
LI · CONIVG · SVO
SIBI · POSTERISQ · SVIS I

Hortis Barberinis.

235 D · M
ANTEIO
OPTATIANO K
PATRONO
ISDEM · CONIVGI
ANTEIA
OLYMPIAS L
BENEMERENTI
FECIT

Vinea Morona Via Appia.

236 D · M

A 236 D · M
C· POMPEIO · CELADO
POMPEIA · APHRODISIA
PATRONO
B IDEM·CONIVGI·B·M·F

237 ····· SECVNDAE
ET·PLINIAE·Q·F·MAXIMAE
PLINIA· Q·L·DONATA
C PATRONO · IDEM · VIRO
ET · FILIS · SVIS
ET·C·PVBLICIO·HALO
AMICO
D *è schedis Barberinis utraque.*

238 D· M· L·CATIO·PRISCO
VIXIT· ANN · XXX
CATIA · LAMYRA · PATRONO
E ISDEM · CONIVGI · CARISSI
BENEMERENTI
FECIT
Hortis Matthaiis in Grutero incorrecta.

F XXI

DIIS · MANIBVS
NYMPHODOTO · CAES · N̄ · SER
DISPENSATORI LVDI· MAGNI
CONIVGI · OPTVMO
AELIA · PELAGIA · CONIVNX
ET· AELIA· SYNERVSA·MATER

G

H Vltra alia Officia Procuratoris, Medici, & Chirurgi horum Ludorum, quæ habentur in Grutero pag. XLI. 10, LXV. 3, CCCXXXIV. 12, & CCCXXXV. 1,
I prodit hîc *Dispensatoris* ministerium. Quale autem id fuerit, Festus ita explicat, *Dispensatores dicti, qui æs pensantes expendebant, non adnumerabant*: ita tamen
K intelligendus, ut non in sola erogatione, sed etiam in exactione hoc Dispensatorum munus versaretur; quia generatim rationibus dominicis tam dati quàm
L accepti præpositi erant. Quòd enim exigendæ quoque pecuniæ facultatem haberent, patet ex l. dispensatori 51. D. de solut. & liberat. ubi Paullus in ea est sententia, ut illi rectè solvatur, quamvis remoto ab actu, ignorante tamen debitore; quod idem repetitur Instit. de mandat. §. Rectè quoque. Integram administrationem penès Dispensatores stetisse, probat etiam illud Svetonii in Galba cap. 12. *Ordinario Dispensatori breviarium rationum offerenti*; quia ratio ex utraque pagina constat. Ordinarius autem Dispensator in Principe, idem erat àc *Dispensator Rationis Privatæ*, de quo extat inscriptio apud Gruterum pag. DXCVII. 5, ad distinctionem aliarum dispensationum, peculiaria quædam patrimonia Cæsarum, aut munera publica respicientium, ut *Dispensator Capitolii*, & *Disp. Rat. Cop. Exped. Fel. II. & III. Germ.* apud eundem pag. DXCVI. 7. & 10. seu *Dispensator Castrorum*, & *Dispensator ad census provinciæ Lugdunensis*, de quibus in hisce nostris ineditis, ultra DISP. XX. HERED, quem dedimus Cap. I n. 183.

239 ASTVS · DISPESATOR
CASTRORVM· ET· VLPIVS
DIADVMAENVS · ET · ONESIMVS
ET · IVLIANVS · FRATRES
FECERVNT · ET · CLAVDIA
FORTVNATA · ET · VLPIA
MARCIA · AELIA · POLLA
FECERVNT·SIBI · ET·SVIS
LIBERTIS · LIBERTABVS
QVAE · POSTERISQVAE · EORVM
HIS·MONVMENT·ITVS·AMBITVS PRAE
STARI · DEBETVR

240 D · M
IANVARIO
VERNAE· DVLCISSIMO
Q· V· A· XIIII· M· IIII· D· XIIII
FECIT·PROTOCTETVS
AVG · DISPENSATOR
AD · CENSVS
PROVINCIAE
LVGDVNENSIS
B · M
è schedis Barberinis utraque.

Servi-

* Servilis conditionis fuisse istos Dispensatores, non solùm ex inscriptionibus habemus, sed ex idoneis authoritatibus colligitur; ita enim Svetonius in Nerone cap. 44. *Mox tribus Vrbanas ad sacramentum citavit, ac nullo idoneo respondente, certum dominis servorum numerum indixit, ne Dispensatoribus quidem, aut Amanuensibus exceptis*; unde obiter adverto, lectissimos ex servis hosce Dispensatores extitisse; adeoque pro constanti id habuit Svetonius, ut in eadem Galbæ Vita cap. 20. Argii Dispensatoris sine hac *servi* adiectione meminerit, quem Tacitus lib. I. Hist. cap. 49. *è prioribus servis* fuisse tradit. Expressiùs verò inter Dispensatorem & Libertum, quasi proinde adeptâ libertate Dispensator ampliùs esse nequiverit, distinguit allegatus §. Rectè quoque vers. Et huic simile, Instit. de Mandat. Et tandem in distinctione urbani & rustici famulitii I. C. in * l. urbana 166. D. de verb. signif. nominatim Dispensatorum servorũ meminit. A

Ita pariter in inscriptionibus (ut diximus) perpetuò servili nomine Dispensatores designantur in Thesauro Gruteri, B & in Reinesio, si inscriptionem istam excipias,

241 CINERIBVS
GEMELLAE · TORQVATAE C
ORNATRICIS · AVGVST
SEX · SERVILIVS · TORQVA
TVS · DISPENSATOR
H · M · F · ET · SIBI D
DEDIC · K · IVNIAS
SEX · GLABRIONE · ET · C · OMOL
LO · VERIANO · CoS

in qua Sex. Servilium Torquatum, ingenuum, & trium nominum hominem, E Dispensatorem producit, Pyrrho Ligorio commentitio Scriptori fidem adiungens, Class. IX. num. 61. Nec secùs in F his nostris observabis.

242 EVTACTVS · TEIDIAE · AVGES · DISP
PHILETVS · LIVIAE · AMARYLLID · DISP
HILARVS · P · TETTI · TONSIANI · DISP G
AVTOLYTVS · M · FABI · DISP
. . . . · DIMENS · XVI
. . . . · AVGVSTIS
. . . . · PICIO · GALBA · CoS H

Vinea DD. de Paulucciis Via Salaria. In Basi, qua in sch. Vatic. dicitur eruta in Foro Boario A. 1592.

HILARVS · P · TETTI · TONSIANI · DISP
latere dextero EVTACTVS · TEIDIAE · AVGES · DISP I
PHILETVS · LIVIAE · AMARYLLID · DISP
AVTOLYTVS · M · FABI · DISP

PHILETVS · LIVIAE · AMARYLLID · DISP
latere sinistro EVTACTVS · TEIDIAE · AVGES · DISP K
HILARVS · P · TETTI · TONSIANI . DISP
AVTOLYTVS · M · FABI · DISP

243 PHYLLIS IVCVNDVS · AGRIPPINAE
GERMANICI · CAESARIS L
FILIAE
DISPENSATOR

Ex schedis Barberinis.

244 DIS

A 244 DIS·MANIB
CASTORI
LICINIAE
MARCELLAE·DISP
B LICINIA·HELPIS
CONIVGI·DIGNISSIM
FECIT
à schedis Barberinis.

C 245 DIS · MANIBVS
ONESIMVS·M·VOLCEI·FIRMI
DISPENSATOR·ET·EPITEVXIS
FECERVNT·PAVLLINAE·FILIAE·SVAE
DVLCISSIM·ET·SIBI·ET·SVIS
D POSTERISQ·EORVM
Marini, Villa D. Abb. de Bolis.

246 D · M
AGELE·AVG
E VERNE·PECVL
VIX·ANN·VII·D·XI
POLYDEVCES
AVG·DISP
F PATER
Tiburi ad D. Petri.

247 * GAENAEO
AVG·N·VERN
G ADIVTORI·
TABVLARI·
NATALIS·AVG·
N·DISP·FRATRI
H MERENTI
FECIT
Vinea Nobb. de Tanariis Via Aurelia.

248 CLAVDIA·GE·FECIT·SIBI·ET
I NYMPHIO·AVG·LIB·PATRONO
ET·DONATO·AVG·DISPESATORI
CONIVGI·SVO·ET·IVLIAE·ANTIOCHIDI
MATRI·SVAE·ET·LIBERTIS·LIBERTABVSQVE
SVIS·POSTERISQVE·EORVM
K *Vinea DD. de Vallis.*

249 D · M
LAVRI
ABASCANTVS·CAES·N
L SER·VER·DISP·ANNON
PATER·ET·CARPIME·MATER
FIL·DVLCISSIMO
Zagaroli.

250 DIIS·MANIBVS
CALAI·L·APONI·DIS
PENSATORI·V·A·XXXX
POSVIT·IANVARIVS
ET·SYNERVSA
CONTVBERNALI
BENEMERENTI
Hortis Burghesiis.

251 EPAPHRAE·DISP
TARIANI
ANESIS·FILIA·VIRGO
VIXIT·ANNIS·XVII
In pariete Domus ad Cliuum Quirinalem.

252 SILVANVS
PARIDIS·DISPENS
VIX·ANN·XXIIX
EPHESIA·MERENTI
à schedis Barberinis.

253 PECVLIARIS·AVG·DISP
SVMMI·CHORAGI
COLLEGIO·D·D
Museo Ciampino.

254 CRISEROTI·DISP·MVMMIAE
VITVLAE·VRBICA·CONIVX
B · M · F
à schedis Barberinis.

Vltra indicium nominis servilis quod expendimus, nonnulli eorum disertè *servi* dicuntur; & in 246. (quod in idem redit) *Polydeuces* vernæ pater, hoc est, *servus* & ipse fuit: Quin & verna erat Parthenopeus iste Augusti Dispensator in hac inscriptione,

255 D M
PARTHENO
PEO AVG
DISP VERNE
FESTA CON
IVNCX ET
MERCVRI
ALIS VIR
EIVS B M
FECERVNT

ex qua Vrsatus DISPVERNEAM FESTAM

STAM confinxit, acerbè propterea à Reinesio explosus ad Inscript. 32. Class. IX. Quamvis & ipse Reinesius vicissim immunem se à reprehensione minimè præstiterit, dum *Vernam* è libertis vel servis parentibus natum definit: quî enim fieri potest, ut liberti filius inter mancipia (tales enim Vernæ) reputetur? Nisi id decepisse Reinesium credamus, quòd ipsum met *Libertum* simul & *Vernam* Inscriptione 53. ejusdemmet Clasis legerit; non advertens, M. Vlpium ideo se *Vernam* vocasse, (nisi cognomen ipsius hoc fuisse quis dixerit) quasi in laudem ducens, se, non servum emptitium ante manumissionem, sed domi natum, & Domino carum; atque ab incunabulis probatum ostendere, A

256 D · M
M · VLPIO · AVG · LIB
VERNAE B
AB · EPISTVLIS
LATINIS
VIBIA · THISBE
VXOR C
INFELICISSIMA

ut in sequentibus, in quarum primâ, sex illi TRIFERVS, TROPHIMVS, POLLVX, PHILETERVS, NICOMACHVS, & NEON, præ ceteris, se non de catasta, sed de Laribus ipsius heri emersisse, veluti egregio titulo delectantur. D

257 IMPERATORI · CAESARI E
M · AVRELIO · ANTONINO
A V G
L · SEPTIMI · SEVERI · PII
PERTINACIS · AVG · FILIO F
DOMINO · INDVLGENTISSIMO
PAEDAGOGI · PVERORVM · A CAPITE
AFRICAE · QVORVM · NOMINA · INFRA
SCRIPTA SVNT G

TRIFERVS · VER · LIB		PETIZACE	S · LIB	
EVPERILEMPTVS · LIB		ZOILLV	S · LIB	
EVTYFRO	N · LIB	FREQVEN	S · LIB	
TROPHIMVS · VER · LIB		MODESTV	S · LIB	H
POLLVX · VER · LIB		PATROCLV	S · LIB	
CHRISOMALLV	S · LIB	HERME	S · LIB	
PHILETERVS · VER · LIB		NICOMACHVS · VER · LIB		
EVTYCHE	S · LIB	PAEDICV	S · LIB	I
SPENDO	N · LIB	HERMOGENE	S · LIB	
PERSEV	S · LIB	NEON · VER · LIB		
HERME	S · LIB	ANEMVRIV	S · LIB	
FELIX	S · LIB	EVTYCHE	S · LIB	K

PROCVRANTIBVS · SATVRNINO · ET · EVMENIANO
DEDIC · IDIB · OCT · SATVRNINO · ET · GALLO
C o S

Eruta A. D. 1663. sub Cœnobio SS. Ioannis & Pauli.

258 D · FVRI D · FVRI · D · L FVRIAE L
EROTIS FRVCTI RODIAE
VERNAES

Ædibus Ottobonianis in Epistylio.

259 C · CON-

A 259 C · CONSIDIVS · C · L · HILARVS ·
AMARANTHVS · L · VERNA
GVTTIS · L · ET · IPSE · INLATVS · EST ·
HOC · SEPVLCHRVM · POST · OBITVM
B LIBERTIS · RELIQVIT · QVI · INFRA · SCRIPTI · SVN
CERDONI·L·ARTEMIAE·L·AMARANTHO·L
VESTALI·L·MAA·L·ET·T·ANNAEO·HERMIAE
IN·FRON·P·XII · IN·AGR·P·XII
C *Apud Lælium Gratianum ex schedis Barberinis.*

260 P · AELIVS · AVG · LIB · ORESTES
PRAEPOSITVS · OPIFICIBVS
DOMVS · AVGVSTANAE · ET
D LICINIA · PRIMILLA · FECERVNT
LICINIO · PROCESSO · VERNAE · SVO
QVI·VIX·ANN·V·DIEB·VIII·ET·SIBI·ET·SVIS
LIBERTIS·LIBERTABVSQ·POSTERISQ·EORVM
E *Vinea Bosii ad Flaminiam.*

261 D · M
HERENNIA · RHO
DINE · HERENNIVS
F FORTVNATVS
HERENNIVS · SER
VANDVS · FECERV
NT · HERENNIO · FE
G LICI · PATRONO · BE
NEMERENTI · ET
MVNATIO · TAVRO
FRATRI · ET · HEREN
H NIO · AGATHOPO · VE
RNAE · EORVM
Villa Corsina.

262 D · M
I M · VISERIO
FELICI · FECIT
VISERIA
VENERIA · LIB
K ET · VISERIVS
FELIX
ET · VISERIVS
MARTIALIS
L VERNAE
PATRONO
B · M
à schedis Barberinis.

263 D M
P · AELIO · AVG
LIB · MARTI
ALI · PARENTI
SANCTIS
SIMO
DEMETRIVS
AVG · VERNA
POSVIT ·
In Mole Hadriani.

264 D · M
L · IVLIVS · THAMYRVS
L · IVLIO · CARO
VERNAE · SVO · BENE
MERENTI · FECIT · ET
IVLIA · TROPHIME
MATER · VIXIT · AN · III
MENS · VIII · DIEB · X
Villa Medicea ad Viam Flaminiam sub puero iacente.

265 DIS · M
CN · OCTAVIO
SYMPHORO
V·AN·VII·M·II·D·II
OCTAVIA · GRACCHA
VERNAE · SVO
F
Hortis Nigroniis.

266 T · FLAVIO
AVGVSTI · L
FELICI · VERNAE
ADIVTORI
A RATIONIBVS
DILIGENS · FRATER
Vinea Piscia Via Labicana.

267 D · M
CARVLLI · FAVSTI
VIXIT · ANNIS · V ·
CARVLLIA · EPICTESIS
VERNAE·DVLCISSIMO
FECIT
In Museo Ciampino.

Apud Gruterum frequentiora reperies exempla, è quibus hæc pauca proponimus, nempe pag.DLXXXV.6, pag.DLXXXVI.6, CMXLII.12,DCCCCLI.6, CMLVIII. 9, & MXLV. 1.

Quamquam verò *omnem scholam Ludum dixere Romani*, ut Asconius primâ Divinat. in Verrem tradidit, dubitatque Nardinus, an Ludi isti,Literarii, an Scęnici fuerint lib. III. cap. VII pag. 103, satìs nihilominus probabile est, de Gladiatorio nostram Inscriptionem intelligi, ut simpliciter LVDVM pro *gladiatorio* vocant leges 2. & 8. de pœnis in Cod. Theodos. : Tum quia antonomasticos Florus lib. III. cap. XX. *Ludum* pro Ludo Gladiatorio nominat, *Spartacus,Crixus*, *Oenomaus*, *effracto Lentuli Ludo*, *cum XXX aut ampliùs ejusdem fortunæ viris eruperunt Capuâ*; ad quem locum Salmasius contendit, non *viris*, sed *Ludiis* legi debere cum suo vetere libro, qui opportunè omnibus ejus cogitationibus præstò esse solet, & *Ludios* à *Ludo* Gladiatores absolutè dictos; unde in Glossis Veteribus Λουδιοτρόφος, atque Μονομαχοτρόφος, Lanista æquè vocatur: Tum etiam quia inscriptiones quæ de Medicis & Chirurgis loqvuntur,suprà ex Grutero laudatæ, aliam quàm Gladiatorum classem, quorum vulnera obligarent A
& curarent, non admittunt; præsertim, cùm in aliis inscriptionibus expressum videamus LVDVM · FAMIL · GLAD· CAESARIS ALEXANDRIAE, & B
LVDVM etiam GLADIATORIVM · ET · SPOLIAR · Præneste pag. CCCLXXVI. 3, & CDLXXXIX. 12.

Iam tandem LVDVS iste MAGNVS C
is fortasse dicebatur, qui à Iulio Cæsare constructus fuit, ex ædificatoris magnificentia id nomen præ cęteris adeptus:Destinasse enim hoc opus Cæsarem ante- D
quam rerum potiretur, ita ait Svetonius cap. 31, *Formam quâ Ludum Gladiatorium erat ædificaturus consideravit*; quamvis de perfecto nîl ulteriùs oblo- E
qvutus fuerit : sed Gellius, qui lib. XII. cap.V. Ludum Cæsaris his verbis memorat, *qualem fuisse accepimus ferum quendam in Ludo Cæsaris Gladiatorem*, de F
Ludo hoc *Magno*, nî fallor, intelligere voluit.

XXII
D · M G
OVINIA·SETIMA
M · VALERO · HILARO
QVI·VIXIT·ANN·XXXV
· M·VIII·COIVGI· VENE H
· MERENTI · FECIT ·

Coniugem, de uxore semper, de viro nusquam dixisse Ciceronem reperio: in I
inscriptionibus attamen, prout in poëtis frequentiùs coniunx, seu coniux, aut, ut hìc, COIVX, pro marito nominari solet: Nec sinè grammatica proprietate, K
eùm, ut ait Festus in Verb. *Iuges*, *coniuges dicantur tanquam ejusdem jugi pares*, quod propterea æquè viro àc mulieri convenit. Maritus verò quamvis *à ma*- L
re quasi mas dictus juxta Isidorum, ad uxores quoque in inscriptionibus pertinet, quæ *maritæ* vocari solitæ sunt non semel

A semel, tum apud Gruterum, tum in paucis istis nostris ineditis.

268 D · M
LICINIAE · ACTE
B C · ATILIVS
SEVERINVS
MARITAE
OPTIMAE
C *Ad D. Agnetis in Horto.*

269 RHOCI · ATRIENS
DE · BASILICA
ASINIA · MARITA
FECIT
Ex meo veteri MS.

270 IVLIVS · DIADVMENVS
PHILETENI · DVLCISSIMAE
MARITAE · Q · V · AN · XXV ·
Ex schedis Lilii Vaticanis.

271 ANTONIAE · L · F · MAVRAE
MARITAE · PIISSIMAE · DVLCISSIMAE
RARISSIMAE · CASTISSIMAE
D TI · CLAVDIVS · SPERATVS · MARITVS
INFELICISSIMVS · V · A · XXIII . D · XXXIX
ITALA · ME · RAPVIT . CRVDELI · FVNERE · TELLVS
DVM · FOVEO · ASSIDVA · SEDVLITATE · VIRVM
E INFRONTE · P · V · INAG · P · VIII
Ex schedis Barberinis.

Inauditum porrò est, mulierem *uxori suo* monumentum ponere; extat tamen de-
F eo hæc inscriptio, quam novitatis, sive erroris gratiâ hìc refero,

272 DIS · MANIBVS · SACRVM
L · FVNDANIO · L · F · OVFENTINA · PRO
CLO · EVLIANO · MIL · LEG · III · PAR
G THIC · VIX · ANN · LVIIII · M · VI · D · VIIII
FVNDANIA · IVNIA · VXORI · S
TESTAM · F · CVR

forsan VXORIO SVO, ad denotandam
H Fundanii istius φιλογυνείαν, ambitiosè per mulierem nuncupatã.

SETIMA, VALERO, GOIVGI, VENE · MERENTI, sunt solita Marmora-
I riorum sphalmata.

XXIII

Q · PAPIRIVS · Q · L · PHYLADES
SIBI · ET
K ANNIAE · P · Ↄ · L · PRIMAE
CONIVGI
POSTERISQVE · EORVM

L Redundare aspirationem H, & Pyladis in servitute nomen huic Liberto fuisse, quod in cognomen de more transierit, utpote multis ejusdem sortis commune apud Gruterum; facilè crediderim.

XXIV

S · MANIBVS	*Fragmentũ Vrnulæ satis elegantis cũ Ciconia ad angulũ, & eucarpio ab Ammonis cornu pendente.*
NTILIO · PRIMO	
LIA · PRIMILLA	
CONIVGI	

Hoc fragmentum, ibidem loci, àc alia urnula similis ornatus A · QVINTILII · AMPLIATI, Capite antecedenti num. XLV, repertum in Vinea scilicet Puellarum Mendicantium II. ab Vrbe lapide Viâ Appiâ, vix servari meruisset, nisi communis Sepulchri Gentis Quintiliæ, sive Quinctiliæ indicio foret.

XXV

C · RVTILIO · EVTHETO
MEDICO · OCVLARIO
RVTILIA · MYRINE
PATRONO · EIDEM · CONIVGI

In varias olim classes distributa Medicorum officia legimus in inscriptionibus. Sic Medicum Chirurgum habet Gruterus pag. CCCXXXV. I, & in ea

quæ eſt pag. DLXXXI. 1, ita ex meo veteri MS. corrigendâ,

273 CHRESTE·CONSERVAE
ET·CONIVGI·CELADVS· ANTON
DRVSI· MEDICVS· CHIRVRG
MERENTI· FECIT
EA·VIXIT·ANNOS·XVII

ut conſtet de ejuſmodi conſervorum domina, quæ fuit Antonia Auguſta Claudii mater, & Druſi coniunx, ita propterea ANTONIA DRVSI dicta, ut ſollemne fuiſſe docuimus Cap. I. pag. 56. L. Medicum Clinicum profert Reineſius Claſſ. XI. num. 7, Medicamque Clinicam Gruterus pag. DCXXXV. 10. Abundant præ cæteris Ocularii, è quibus ſex numerò recenſet Gruterus, nempe Q. COLIVM·Q·L· NICOMEDEM pag. CDXVI. 8, P· NVMITORIVM·P·L· ASCLEPIADEM pag. CDXLIII. 4, P· ATTIVM ATIMETVM, & TI·IVLIVM·AVG· ET· AVGVSTAE·L·CVTISONVM pag. DLXXXI. 2. & 8, CN· HELVIVM· CN· L·IOLLAM pag. DCXXXIV. 2, & SILICIVM pag. DCXXXV. 3. Poſt illius Theſaurum ſequentes emerſerunt.

274 ILLVSTRIVS· TI· CAESARIS
AVG·SER·CELADIANVS
MEDICVS · OCVLARIVS
PIVS·PARENTVM·SVORVM
VIXIT· ANNOS·XXX
HIC·SITVS·EST·IN·PERPE

Hortis Iuſtinianeis, aliter in Grutero MCXI. 6

275 Q·CLODIVS·Q·L·NIGER
MEDICVS·OCVLAR·SIBI·ET
Q·CLODIO· Q· F· SALVIO·PATRONO
Q·CLODIO· FRONTONI·CONLIB
Q·CLODIO·CLEMENTI·CONLIB
HIGINIO·L·TESTAM·FIERI·IVSSIT

è ſchedis Barberinis.

Reineſius Claſſ. XI. num. 8. dimidiatam, & tribus poſterioribus verſibus decurtatam dedit:

276 CN·DOMITIO·DEMETRIO A
MEDICO · OCVLARIO
PATRI · SVAVISSIMO
DEMETRIVS·FILIVS·FECIT
ITEM·HIRC·CONIVG·BENE·M
ET·SIBI·POSTERISQVE·SVIS B
INFRON·P·XXXIV·INAG·P·XXXIV

è ſchedis Vaticanis.

277 DIS · MANIBVS
M·LATINIVS·M·L C
MEDICVS
OCVLARIVS
HERMES· VIXIT· ANNOS
XXXX D

Ex Alidoſio Rerum Bonon.

unde Sponius pag. 143. exſcripſit, ſed omiſſis in lineâ II. libertinæ conditionis notis M·L E

In cognomine hujus *Hermetis* ingenioſè, ſed minùs ſolidè ludit nuperus Author, qui, cùm viderit illud à prænomine & nomine ſejunctum, *pro comperto* F habuit *non ut cognomen ibi fuiſſe appoſitum*, *ſed ut ſingularis profeſſionis attributum*: Atqui non turbet Virum Eruditum hæc quam ſibi faceſſit difficultas; G nam majori ſe involvet cùm reputabit quodnam huic Liberto nomen ante manumiſſionem fuerit, ſi non Hermes vocatus extiterit, quod ſervile nomen, ut H par eſt, in cognomen tranſivit. Tranſpoſitio autem cognominis poſt officium nec abſurda, nec nova, ut colligere poterat ex Grutero pag. CCCLXXX. 7, valdè I ad rem noſtram, (ut cætera exempla perquirendo non fatigemur.)

278 L · CAESIO
L · F K
AED · IIVIRO
POLLIONI
CENS·ET·DVOMVIRATV
BENE·ET· E· R·P· ACTO L
ANNO

Clinicum ſimul, Chirurgum, atque Ocularium Medicum ſe ſe nobis exhibet

P·DECI-

A P· DECIMIUS · P· L· EROS apud eundem Gruterum pag.CCCC. 7. Ex quibus omnibus colligere possumus, Artifices istos,qui ex partibus curationem ad-
B hibebant, nomen Medicorum absolutè, nequaquam meritos fuisse, sed eos tantùm, qui omnium morborum remedia cognoverant, juxta secundum hujus inscriptionis versum inter Marmora Oxoniensia.

279 ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΙΗΤΗΡ ΑΓΑΘΗΜΕΡΟΣ ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΜΑΙ
ΠΑΝΤΟΙΗΣ ΔΕΔΑΩΣ ΚΡΑΙΠΝΟΝ ΑΚΕΣΜΑ ΝΟΣΟΥ
ΞΥΝΟΝ ΤΟΥΤΟ ΔΕ ΜΟΙ ΚΑΙ ΜΥΡΤΑΛΗΕΙΣΑ ΣΥΝΕΥΝΩ
C ΜΝΗΜΑ ΜΕΤ ΕΥΣΕΒΕΩΝ Δ ΕΣΜΕΝ ΕΝ ΕΛΥΣΙΟΙ

Claudius Agathemerus Medicus hìc jaceo
Omnigeni qui cognoveram præsentissimum remedium morbi
Commune hoc mihi est, & æquè Myrtalæ coniugi
D *Monumentum cum piis autem nos sumus in Elysio.*

Tales etiam fortasse erant *Archiatri*, qui græco nomine ita apud Latinos vocati reperiuntur, postquam nullum inter
E Medicos principatum, dignitatemve peculiarem, aut cæteris Medicis præsidendi authoritatem, hanc vocem indicare monent Lexicographi, & optimè ani-
F madvertit Gothofredus ad leg. 4. Cod. Theodos.tit.de Medic.& Profess. qui Archiatros vocatos vult eos tantùm, qui in principibus Urbibus, Româ scilicet &
G Constantinopoli Medicinam factitabant, vel operam dabant Principi: quod tamen ultimum,ex nostris inscriptionibus incertum redditur;

280 L·ARRUNTIO
SEMPRONIANO
ASCLEPIADI
IMP· DOMITIANI
MEDICO·T·F·I
INFRONTE·P·XX·INAG·P·XX
è schedis Barberinis.


281 CYRUS
LIVIAE·DRUSI·CAES
MEDICUS
Florentiæ apud Nobb. de Strozziis.

282 HYGINIUS·LIVIAE)(CALLITYCHE·LIVIAE
MEDICUS)(SARCINATRIX
Ex schedis Barberinis.

H quia ipsi quoque Augusti, non Archiatris, sed Medicis, ita purè dictis, utebantur. Huc trahe Inscriptionem num. 155. hujus Capitis.

XXVI

I D · M
SABBIO · CAES · N̄ · S·
VILIC · AQUAE · CLAUDIAE
FECIT · SIBI · ET · FABIAE
K VERECUNDAE · CONIUG
SUAE · CUM · QUA · VIXIT
ANNIS · XXIV· · SANCTISSI
MAE· ET LIBERTIS· LIBERTA
L BUSQ· EIUS · ET VIKARIS
SUIS · POSTERISQUE · EO
RUM · OMNIUM · IN
PARTE · DIMIDIA · SUA



D · M
SPORUS · CAES · N̄ · S·
VILIC · AQUAE · CLAUDIAE
FECIT · SIBI · ET· CLAUDIAE
HERMIONE · CONIUGI
SUAE · SANCTISSIMAE
ET LIBERTIS · LIBERTA
BUSQ· EIUS · ET · VIKARIS
SUIS · POSTERISQUE
EORUM · OMNIUM
IN · PARTE · DIMIDIA · SUA

De mu-

De munere horum Vilicorum, qui inter Aquarios (ita generaliter omnes aquarum ministros vocat l. decernimus 10. C. de aquæd.) & Familiam Ductvum connumerantur à Frontino num. 104. tractavi in Differt.II. num. 184. de Aqu. & Aquæd: quibus solùm in præsens addo, perperam à Reinesio confundi officium Castellarii & Vilici ad hanc eandem inscriptionem, quam ipse in duas dispertitam, & sine illa intermedia Aquæ manantis effigie refert Class.IX. num. 38. & 39; quia Frontinus ibidem utrumque apertè discriminat, *Vtraque autem Familia* [publica scilicet & Cæsaris] *in aliquot Ministeriorum species dividitur, Vilicos, Castellarios, Curatores, Silicarios, Tectores, aliosque Opifices.* In cæteris eruditè quidem, Vicarios servos *eos qui parent Ordinariis, & in horum quasi Dominorum peculio habentur*, agnoscit hìc loci; sed parùm sibi constat, dum Vicarium Liberto dat ad inscriptiones 10. & 54. ejusdem Classis; itemque *Libertum* facit *Dispensatorem*, contra tot, quæ paullò suprà pag. 294. A. attulimus exempla: Vtque hoc obtineat, ex capite (ut illi mos est) marmora

283 CELADVS · AMITONNI
ANTONIAE · DISPENSA
VICARIVS

284 HIEROCLI
AVG · DISI
OPERVM
PVBLICORVM
EROS · VICARIVS

optimè se habentia, hoc pacto reformat, ut in primo *Celadum Amyntianum*, Amyntæ scilicet Galatiæ Regis Libertum; in secundo vocem ipsam LIB *liberti* in Hierocle suppleat, reclamante scripturâ, ut in optimo & vetustissimo meo MS. priorem, postremam verò in ipso marmore Burghesianæ Villæ recognovi. Eò A
ineptiùs, quò Libertis, Servi propriè dicti, qui iidem Servi Ordinarii dicebantur, aderant. Vicarii enim ii sunt, qui in peculio Ordinarii erant, qui proinde eorum Dominus dicebatur, ut in l. si servus B
17. vers. & id quidem D. de pecul.: itaut, Servo hoc Ordinario, sive Domino Vicarii libertatem adepto, Vicarius ab eo liber effectus, ipsummet in Patronum C
agnosceret, ut patet ex hac inscriptione Gruteri pag. CMXXXIX. 3

285 DIIS D
MANIBVS
C · FABRICI · C · L
VOL · PROXIMI
TOLOSENSIS E
C · FABRICIVS
VICARIVS
PATRONO · BENE
MERENTI · FECIT F
IN · FRONTE · P · VII
IN · AGRO · P · VII

Hincque etiam sequebatur, Servos quandoque in servitute remanentes, suos Li- G
bertos habuisse, ut suprà Cap.I. pag. 7. C. notavimus.

Vicariorum conditionem jocosè exprimit Martialis Epig. XVIII. lib. II. Ma- H
ximum Servo Ordinario, se Vicario ita componens.

Capto tuam, pudet heu, sed capto Maxime cœnam, I
Tu captas aliam, jam sumus ergo pares.
Mane salutatum venio, tu diceris isse
Antè salutatum, jam sumus ergo pares.
Sum comes ipse tuus, tumidique anteambulo Regis K
Tu comes alterius, jam sumus ergo pares.
Esse sat est Servum, jam nolo Vicarius esse, L
Qui Rex est, Regem Maxime nō habeat.

In nostris autem inscriptionibus, has de Vicariis reperimus.

286 D · M

A 286 D · M
CRISPINI · POSTVMIANI
VIKARII · PIISSIMI
POSTVMIANVS
B KARISSIMO
Vrnula apud Lapicidam ad Caetanos.

287 DECIA · MATER · ET
TROPHIMVS · THEAGENIS
C CAES·AVG·SER·VIC·FECER
AEMILIAE · SECVNDAE
CONIVGI · B · M
Florentiæ apud Riccardos.

D 288 NIGRINO
VICARIO
COSMVS
BRIXIANORVM
E V · · · · · · ·
Brixiæ sub Castri Mœnibus.

289 HERACLAE
AVG
F DISPENSATORI
SEDATVS · ET
MANSVETVS
EIVS · VICARI
G *Villa Ludovisia.*

290 D · M
EVTYCHE
TIS · FECIT
H HERMEROS
VICARIO
Hortis Iustinianeis.

291 X I S T V S
I TI·CAESARIS·SER·GERMANIC
APOLLONIO·VICARIO·SVO
ANNORVM · XX
è schedis Chisiis.

K 292 VENVSTVS
PHILOXENI
TI· CLAVDI· CAESARIS
SERVI
L DISPENSATORIS
VICARIVS
bonæ Deæ B · D · V · S · L · M
Hortis Iustinianeis.

293 SECVRITATI
MARTIALIS
DANAI · VICARI
FIDELISSIMI
Hortis Cæsarinis.

294 DIS · MANIBVS
CLAVDIA · · · RINE
VIXIT · ANN · XXXII
MENSIBVS · III
CLAVDIA EGLECTE
FILIA · PIENTISSIMA · ET
ONESIMVS · PRIMI
CAESARIS
CONIVGI · BENEMERENTI
Vinea Caroli Valle.

Nec enim aliter intelligi potest τὸ ONESIMVS PRIMI CAESARIS,nisi,quòd Primus Cæsaris Servus Ordinarius Onesimum Vicarium habuerit: unde, eo pacto *Onesimus Primi* idest *Servus*, ut *Primus Cæsaris* Servus pariter fuerit,receptâ quam diximus Cap. I. pag. 38. E, obliquo casu Dominum designandi formulâ.

Inscriptio ista apud Gruterum paginâ DLXXX.6.quę dubium iniicere poterat,

295 FAVSTVS
TI · CLAVDI · GERM
AVG · VICARIVS

quasi *Faustus* non in alterius servi peculio foret, sed ipsi Tiberio Claudio, ut alia ejus mancipia, cum aliquo etiam ministerio subesset, ex incuria Smetii transcriptoris ita depravata est: nam in autographo sub scalis Domus Porcariorum prope Minervam, ut hìc vides, (me sponsore legitur:

FAVSTVS
TI · CLAVDI · GERM
LECTICARIVS

viditque patentioribus oculis idem Smetius p. DC.2, ubi ea emendatè repetitur.

Dixi modò Servos Vicarios *in alterius servi peculio* fuisse, quia sic nostri Iuris Consulti loqvuntur, ut in l. servo

15, &

15, & l. Stichus 16. D. de pecul. legat.; unde etiam tales Vicarii *Servi Peculiares* dicuntur per l. si Sticho 21. sub eodem titulo, & l. Athletas 4. D. de his qui not. inf. Et sic in hac nostra inscriptione PATERNA Hermetis Cæsaris servi Verna (quod idem est ac Vicaria) nuncupatur.

XXVII

DIS · MANIB ·
LVCILIA . THALIA · ET ·
HERMES · CAESARIS ·
Ñ · SER · PATERNAE ·
VERNAE · SVAE · KARIS
SIMAE · FECERVNT ·
VIXIT · ANNIS · VIIII · MENS
XI

Laurentius Pignorius in doctissimo Commentario de Servis, pluries quamvís de Vicariis sibi oblatâ occasione, eorum statum silentio transmisit; quod miror in tanta viri eruditione neglectum. At non sic Sponius, quem silere maluissem, potiùs quàm hanc Vicarii definitionem jejunè & merè grammaticè protulisset Sect. VI. pag. 218. *Vicarii qui vicem aliorum obibant*, *Substituti passim apud Autores leguntur*: Excludunt namque hanc muneris substitutionem tum ætas Vicariorum, ut istius *Secundionis* apud ipsum Sponium, XV. annos nati;

296 D · M
SECVNDIONI
VIX · ANN · XV
SECVNDVS · VICARIO
BENEMERENTI

seu etiam XII. annorum in Crescente Zethi Vicario apud Gruterum pag. DLXXX. 8. Tum sexus misera debilitas virilibus impar officiis: Vicarias enim Ancillas enunciat dicta l. servo 15. D. de pecul. leg. & Gruterus in hisce inscriptionibus.

297 DIS · MAN A
ASCLEPIADI
ATHICTVS · L · N
A FRVMENTO
VICARIAE · CARISSIMAE B
BENEMERENTI
FECIT · ET · SIBI
pag. DXCII. 8. Extat Hortis Iustinianis.

298 MYRINI C
FAVSTI · COL
NARBON
ESIVM · SERVI
VICARIA D
HIC · EST · SEPVL
POSTHVS · CON
TVBERNALIS
pag. CMLXXXVI. 2. E

nostraque hæc, non prout aliæ in Romano, Suburbanovè solo, sed in vicinia apud Plebem Palini reperta, & municipalibus erroribus scatens: F

XXVIII

REGILLA · A · XVIII
QVARTIONIS · FV G
LLONI · VICARIA
QVAE · VIVI ∴ SI NVLI
DEDI DOLORE · NON
LEBA ESSE ACERBIS AFN
QVAE A SVPEROS DVLCIS FVNES · · · H

Tum denique improbabilis ista ultra primum Vicarium, sive (ut volunt) in munere Substitutum, alia atque ulterior I
Substituti substitutio; dum alioquin, si congruè hoc Vicarii verbum accipiatur, uti in peculio Servi Vicarius, ita in hujus peculio alius Vicarius habebatur; de qui- K
bus Vicariorum Vicariis loquitur l. si peculium 6. §. Vicario, & l. si servus 25. D. de pecul. leg. Extatque inscriptio DL-
XXIX. 10. apud Gruterum de Helio Vi- L
cario Isidori, qui rursus Primitivi Augusti Dispensatoris Vicarius erat.

Adhuc, post nimis fortasse multa, addi potest,

A potest, Vicarium dici eum quoque servũ, quem Ordinarius Servus cum suo Domino communem habebat, ut ait Iabolenus in l. dominus 22. in sæpe citato titulo.

B XXIX

D M
SATVRO
COIV·GICARIS
SIMO·TALLVSA
B·M·F·QVI·VIXIT
·AN·XXXXV
ME·VI·

C

D Cognomen hoc Thallusæ, in mentem revocat putidam illam & inanem Sertorii Ursati curam in Monum. Patavin.
E omnia passim cognomina, seu nomina quæ in cognomen transierunt explicandi, & ad mores cujusque conformandi. Sic namque suam Thallusam pag. 258.
F *hoc nomine cohonestatam fuisse* credit, *ob floridam ætatem, aut eximiam formam, vel etiam ob præclaram indolem, à verbo θάλλω, quod significat vireo.* Quod enim
G Authores (interque eos Plinius lib. XVIII. cap. III.) de prima & abstracta significatione prolocuti sunt, iste ad rem præsentem applicat; non tanquam hæc cogno-
H mina (ut alibi docet Ep. III. Marm. Erud. pag. 32.) septimo post nativitatem die imposita essent, quo tempore maximè incerta sunt eventuræ sortis, corporisvè,
I aut animi dotium præsagia; sed tanquam anteactæ vitæ encomia sub ipsum funus tributa essent.

XXX

D. M
CONIVGI·SVAE
FECIT·SILVANVS
CVMQVEN·VIXIT
ANNIS·XIII
BENEMERENTI
FECIT

K

L

Intoleranda illa barbaries *cumquem*

exemplo non caret, neque apud Gruterum, neque apud nos; ut ex istis, & aliis num. LIX. Cap. I, & num. 78. & 131. suprà.

299 GAVDENTIA SORICIANO
CONIVGI IN PACE FECIT
CVM QVEM VIXIT ANNIS XXI
Vinea Carpinea.

300 ZOSIMO BENEMERENTI COIVGI IN
PACE CVM QVEM VICXIT
ANNIS XXXVIIII
Ex Roma Subterranea.

301 D · M
CLAVDIAE·LAIDI·VXORI
CVM·QVA·VIXI·AN·XXIII
CLAVDIAE·SPVR·F·HELENE
VXORI·CVM·QVEM·VIVO·AB
INFANTIA·SINE·CONTVMELIA
ANN·XXXXVI
TI·CLAVDIVS
PANNYCHIVS·CVM
INSCRIBEREM·ARAM
HABVI·ANNOS·LXXXVI
Via Triumph. III. lap. in Cippo.

302 DIONYSIO·BE
NEMERENTI·TH
EAGENES·VXOR
hinc vitis cũ racemis VIRGINIA CVM *hinc Falx*
QVEM VIXIT AN
NOS XXVII ITE
M THEAGENES
ET DIONYS FIL
PATRI B M
FECERVNT
Cippo apud Torrimpietra.

303 FECIT·AVILIO
TO·SVO·CONQVE
IT·SINE VLLA QVA
ENT·ET·SIBI·ET·SVIS
Hortis Matthaiis.

304 SYMPHORO FECIT·CYRIA
COIVGI·SVO·CONQVEN
VIXIT·ANNIS·X·B·M
è schedis Barberinis.

305 D · M
BARBARA · TERTIO
CONIVGI · BENEMERENTI
TITVLVM·POSVIT·COMQVEM
VIXIT·ANNVM·ET·MENSES·III

Vinea Toscanella è Regione S. Hieronymi.

De servis istis (tales enim fuisse, Silvani contubernalis nomen indicat) coniugum nomine dignatis, pleniùs dicam paullò infrà ad Inscriptionem VERATIAE HELPIDIS.

XXXI

D M
SVLPICIAE EVbIAE CO
IVGI BENEMERENTI
QVAE VIXIT MECVM AN
NIS XXV·M·IIII·H·III·F·IVLI
VS ATIMETVS COIVX ET VRB
ANILLA · F · MAT · bVLCISS

Horas quoque sui coniugii enumerat Atimetus, prout antecedenti Capite Inscriptionibus 417. cùm tribus sequentibus, moris fuisse ostendimus.

Hastulæ eminentes in secundo, atque ultimo Inscriptionis versu, I superposi- A
tum denotare solent: hìc tamen solo Quadratarii errore literam D eo pacto deformatam evidens fit; ex quo neutrum nomen additamentum literæ I admittit. B

Cæterùm, quam hìc literam D concipimus, propiùs ad literam B accedere docent sequentes inscriptiones; ex quibus recentem hujusce elementi formam ex C
vetustate originem traxisse cognoscimus.

306 D M
SEX · MANII · SATVRNIN
VLPIA · VENERIA · VXOR D
FECIT · ET · SIbI
POSTERISQ·
SVIS

Vinea Medicea ad Flaminiam. E

307 RVPILIAI RVSTVTA
QVAE · VIX · ANN · X
MENS · I · DIEb · XX F
RVPILIA THEODOTE
ET RVPILIVS AGATHO
PVS FILIAE BENEMEREN
TI FECERVNT G

Ad DD. Ioannis & Pauli in pavimento.

308 P · POSTVMIO ET · POSTVMIAE
ATIMETO ACTE
FECIT · PRIMVS · LIbERTVS H

Vinea Nobb. de Georiis ad Viam Nomentanam.

Alias relege Cap. I. num. 354. Cap. II. num. 134. & Cap. III. num. 619. Et ne longiùs quæras, inspice hanc nostri Musei nuperrimè Viâ Latinâ in Vinea Nobb. de Molaria repertam.

XXXII

D · M ·
DOMITIAE · VITALI · FEC
ObVLNIA · TERTIA · AMICAE ·
PIENTISSIMAE · ET · SIbI · ET
LIbERTIS · LIbERTAbVSQVE · SVIS

Idem est lapis Valeriæ Nices mox subiiciendus (aversâ tamen parte) àc alter Cap. superiori num. XXX. recensitus.

XXXIII

D · M
VALERIAE I
NICE
C · VALERIVS
AMERIMNVS K
CONIVGI
B · M · F

Vetustiorem aliâ esse hanc inscriptionem, forma characterum, & ornatus ipsius fa- L
ciei satìs demonstrant. At quomodo secundò inscribi, longè etiam posteriori tempore quiverit, non levis dubitationis

est; cùm

A est; cùm utraque inscriptio ad ethnicam superstitionem pertineat. Nam primos Christianos Paganorum memorias titulosq. suffuratos esse, & suis loculis cœme-
B terialibus claudendis applicuisse, propriis nominibus insculptis, & profanorum absconditis aut abrasis, variis nostrarum Christianarum inscriptionum exemplis
C ostendere possumus: Atqui inter ipsos Paganos id arctissimè prohibebatur; nam, ut disponit l. secunda, C. de sepul. viol. *Si fortè detractum aliquid de sepulchro,*
D *ad domum cujusquam, villamque provectum reperiebatur, villa, sive domus, aut ædificium quodcumque erit, fisci juribus vindicandum erat.* Vnde, congruum est
E opinari, eundem lapidem medium inter duas urnas sive ollas, eas ambas suâ quamque facie respexisse.

XXXIV

F VALERIA · A · A · L. RVFA
EMIT · AEDIFICAVIT
SIBI · ET · SVIS · A · VALERIVS
A · A · L · PILII · M ·
G

Ex sua vetustate, quippe Tiburtino lapidi commissâ, rudique characterum formâ, commendabilis redditur hæc epi-
H graphe, incorrecta alioquin, & in ultima clausula obscura. Lego tamen *Aulus Valerius duorum Aulorum libertus Philippus maritus*: unde in classe Coniu-
I gum conlibertos istos collocavi. PILII in PILIP*pum*, suppleto dorso ultimæ literæ P reformo, & *Philippum* ex ipsa lapidis antiquitate elicio: sic namque Pilippum pro Philippo in veterum inscriptionibus observavit Dausquejus in Orthogr. Vol. I. Sect. III. pag. 45; & ad nummum 4. Gentis Marciæ pag. 52. ita adnotat Fulvius Vrsinus, *Pilippus autem pro Philippus; ac triumpus pro triumphus, antiqua scribendi ratio fuit, de qua Quintilianus lib. I. cap. IX. Apud Ciceronem quoque in Orat. Furius Pilus dicitur, pro Philus.*

XXXV

D · M
VERATIAE · HELPIDI
PHILOTHEVS
TVBERNALI · SVAE
FEC · V · A · XXVII

Simplex Philothei nomen, suæque Helpidis tanquam Contubernalis nuncupatio, servilem istorum conditionem indicant; postquam inter Servos matrimonium constare non posse, jura disponunt, nempe l. plerumque 35. D. de ædil. Edict., l. servi 25. C. ad l. Iul. de adult., cum vulgatis: quandoquidem ex grammatica proprietate, ancillæ cum servis corpora commiscentes, non *uxores*, sed potiùs *coniunctæ conservæ ex quibus habeant filios*, vocantur à Varrone de re rust. lib. I. cap. XVII. Sed hoc non ita rigidè accipi debet, quin istis conturbernalibus coniugum nomen assumere non licuerit; & quidem non infrequenter, ut videmus in sequentibus inscriptionibus.

K 309

D M
FLAVIAE HYGIAE
ARAPS CAES · N · SER
PECVLIARIS LAMPADAR
CON IVGI B · M
L
FECIT SIBI · ET · SVIS
POSTERISQ · EORVM



Ex schedis Vaticanis.

310 NICEPHORO · C · N
VER·VIX·ANN·XVIII·M·V·D·X
VOLVPTAS · C · N · SER · FILIO
PIISSIMO · ET · PRIMIGENIO
C · N · SER · CONIVGI · B · M
FECIT · ET · SIBI · ET · POSTER
EORVM
In Museo Carpineo.

311 D · M · S
PHRONTIDI · CONIVGI
BENEMERENTI
EVZELVS · CONSER
FECIT
Hortis Perettis in Vrnula.

312 D M
VALERIAE IVCVND
CONIVCI · B · M · FEC
SATVRNINVS · PAVLI
NAE · ASIATICAE · SER
QVE·VIXIT·ANNIS·XXXX
Cippo è lapide Tiburtino in Vinea Via Aurelia.

313 D · M
VLPIAE
AELIANE · V
AN · XXII
CHRYSANTHVS
CAES · N · SIBI
CONIVGI · PIEN
TISSIMAE · FEC
è schedis Barberinis.

314 DIS · MANIBVS
SCANTIAE · PRISCILLAE
CONIVGI · CARISSIMAE
FECIT
HERMES · CAESARIS · SER
RVSTICIANVS
Ex eisdem.

315 D · M
SYNTROPHO
ATTIANI · SER
ACVARIO · VETTIA
· · · RESTITVTA
CONIVGI·B·M·FECIT
Vinea Nobb. de Sanctacruciis Via Latina.

316 D · M
NONIA · HIERONIS
Q · V · AN · XXVII
VICTORINVS · CAE
SARIS·N·SER·COIVGI
B · M · PIENTISSIMAE
CVM·QVA·VIXIT·AN·XIII
ET · SIBI · ET · SVIS
Super Cœmeterio B. Castuli.

317 D · M
ACCEPTAE
FECIT
ARESCON · CLODI
HERMETIS · SER
CONIVGI · THALLI
CONSERVI · SVI
B · M
Hortis Vaticanis.

318 D · M · S
PROTI
MARCIA
CONIVGI
BENE · MER
ENTI · FECIT
Hortis Iustinianis.

319 D · M
PRIMAE · ET
HILARO
COIVGI · ET
FILIO · BENE
MERENTIBVS
FECIT · PRIMI
TIVVS · ACTOR
IMP · COM
MODI
AVG · N
è schedis Barberinis.

320 D · M
ALFIVS · ORFITI
ET · PISONIS · SER
GAVILLIAE
CONIVGI
DVLCISSIMAE
B · M · F ·
Museo Ciampino. Inemendata apud Gruterum.

A B C D E F G H I K L

A 321 DIIS
MANIBVS
METRODORVS
FLAVIAE
B FELICVLAE
CONIVGI
OPTVMAE
DE·SE MERITAE
C QVAE·ANNV
XXX·AGES
DECESSIT
Vinea Carpinea.

D 322 D · M
HAGNE·VIXIT
AN·XVII·FEC
AMPLIATVS
E CONIVGI
PIISSIMAE
POSTERISQ
SVIS
F INFRONTE·P·II
INAGRO·P·II
In Collegio Romano Soc. Iesu.

323 D · M
G NICENI· AVSPICALIS· FVNDANIAE
TI·FIL·FAVSTINAE·SER·CONIVGI
PVDICISSIME·ET·SIBI
Capuae in Turri D. Benedicti.

H 324 D · M
TYCHENI·CONIVG
BENEMERENTI·Q·
VIXIT·ANN·XX·M·III
DIEBVS·V·FECERVNT
I LVCRINVS·CONIVX
ET·FABRICIVS·COGNAT
SIB·ET·SVIS·POSTERISQ·EOR
A schedis Barberinis.

K 325 D · M
LOTIAE·FORTV
NATAE·Q·V·A·LV
CONIVGI·B·M
L FEC·EPITERPES
CAES·CVM·QVA
V·A·XXXIIII
Ad D. Silvestri in Quirinali.

326 DIS·MANIBVS
CLAVDIAE·THELGES
VIX·ANN·XLV
FEC·EPAPHRODITVS
CAESARIS·SER
AGNIANVS
CONIVGI·KARISSIM
CVM·Q·V·A·XXII·M·VI
SINE·INIVRIA·ET·SIBI
Apud Nobb. de Cicciaporcis.

327 D · M
ZOSIMO·C·N·PED
NVM·CASTREN
DONATA·CONIV
GI·PIISSIMO
B·M
Apud Arcum Gallieni.

328 D · M
EVHEMER
TRYPHOSAE
CONIVGI
B·M·
FECIT·
Tusculi in Via.

329 D
INGENVAE·CA
BENEMERENTI·FEC
CALLIDROMVS·CON
ET·LIBERALIS·ET·CLYMENVS
CAES·N·SER·COGNATI·EIVS
FECERVNT·SIBI·ET·SVIS·LIB
LIBERTABVSQ·POSTERISQ
EORVM
Hortis Iustinianeis.

330 DIS·MANIBVS
TVRIAE·SATVRNIAE
SORANAE
LIBERTAE·FECIT
PLACIDVS
IMP·DOMITIANI·AVG
TABELLARIVS
CONIVGI·OPTIMAE
ET·PIENTISSIMAE
Vinea Nobb. de Taffis ad Viparinos.

331 D·M

331 D M A
NVMISIA · CRESCENTINA · MARITO · HIERONI
COIVGI BENEMERENTI
FECIT
Hortis Iustinianeis. B

332 DIS · MANIB
FORTVNATAE · QVADRATILLAE · SER
VIX · ANNIS · XXV · MENS · IIX
SILVANVS · CONIVGI · BENEMERENTI C
FECIT
ET SIBI
Vinea Nobb. de Cavaleriis ad D. Balbinæ.

333 D · M
PLOTIAE · VITALI
HYAS · CONIVGI
ET · PLOCAMVS · FRA
TER · BENEMERENTI
FECERVNT · ET · SIBI · PO
STERISQ · EORVM
INFRON · P · VII · INAG · P · VIII
Hortis Iustinianeis.

334 DIS · MANIBVS
TVRIAE · SORANAE
CONIVGI · PIISSIMAE
ERGA · SE
CLEMENS · CAESERIS
CLAVDIANVS
Vinea Nobb. de Taffis.

335 D · M
RVTILIA · ARETE
DIADVMENVS · CON
IVGI · B · M · FECIT

336 DIS · MANIBVS · IVLIA
E · LYDE · CONIVGI · BENEM
PHOEBVS · CAESARIS
FECIT
è schedis Barberinis utraque.

337 D · M
EPPVLEIAE · ELPIDIS
CONIVGIS · BENE
DE · SE · MERITAE
EVTYCHES · CAES · N · SER
FEC
Hortis Vaticanis.

338 D · M D
VIPSTAFILVS · COIV
GI · BENEMERENTE
FECIT
Vinea Caroli Valle. E

339 DOMNIONI
COIVGI · B · M
RESTVTA · FE
CIT F
Via Appia alle Frattocchie.

340 DIS · MANIB
VENERIA · CONIVGI · SVO
ISOCHRYSO · VIX · ANN G
XXIII
è schedis Barberinis.

341 D · M
AVRELIAE · SA H
BINAE · LVNESIS
AVRELI · APOL
LONI · SER · ACTO
FECIT I
CONIVGI
BENEMEREN
TI · ET · SIBI
Penès Lapic. sub Dataria. K

342 DIS · MANIBVS
ANTHVSAE
HYPPOLYTVS
COIVGI L
BENEMERENTI
FECIT
Ad D. Francisci in Monte Mario.

A 343 LICINIA·FORTVNATA
VIX·ANN·XVII·MENS·II
SMILAX
BENEMERENTI·SVAE
B CONIVGI·POSVIT

344 CINNAMVS
TI·CAESARIS·AVG
PEDISSEQVVS
C NIMPHE·CONIVNX
FECIT
Ex meo veteri MS. utraque.

D 345 D·M·FLAVIAE·FAVS
TINAE·FEC·AGA
THANGELVS·CONIVGI·SVAE
B·M·ET·SIBI·ET·SVIS
Vinea Carpinea.

E 346 D M
CVRVLLIA·SOTERIS
FECIT·COGNATAE·SVAE·AEMILIAE
CRESCENTINAE·ET·SIBI·ET·CONIVGI
F SVO·PRIMO·AVG

347 CRENAEI·LIVIAE
DRVSI·CVBIC·SER
G COLIT·OSSA·EIVS·CNIDE
LECTRIX·CONIVNX·EIVS

348 D M
PHILVMENVS
H AEMILI·CAELERIS
MARCIANENI·COIVG
AMANT
Ex schedis Barberinis omnes.

I 349 D M
SEVERA·SOTE
RICHO·CONIVGI
SVO·BENEME
K RENTI·FECIT
V·A·XXIII
Penes Paribenium.

L 350 DIS·MANIB
SOPHE
FELIX·CONIVGI
BENEMERENTI
Ad Cœmeterium B. Castuli.

351 D M
FORTIS·CAESAR·SER
SIBI·ET·CHARIDI
CONIVGI·BENE·
MERENTI·ET·P·AELIO
AVG·LIB·FELICI·POSTE
RISQ·SVORVM·FECIT
Panborini ex Gualthero.

352 D M
CASTRENSI
SECVNDA·CONIVGI
B·M·CVM·QVO·VIX·AN·XIII
M·VII·ET·MYRISMVS
AMICO·OPTIMO
FECERVNT
Vinea Caroli Valle.

353 D M
ELEVTHERO·C·IVLI
FLORENTINI
SERVO
VIXIT·ANNIS·XXX
IVLIA·HYG
IA·CONIVGI
SVO·BENEMERENTI
Florentiæ apud Nobb. de Riccardis.

354 DIS·MANIBVS
FELICIS·V·A·XXXIX
FORTVNATVS·CVM
FESTA·CONIVGE·SVA
FRATRI·PIISSIMO
FECIT
Hortis Iustinianeis.

355 D M
PRISCAI·ANTO·ALB
SERVAE·ONESIMVS·
ANT·ALBI·SER·COIV
GI B·M
Hortis Barberinis.

356 D M
PATRICIAE
V·A·XXXX
SYNEROS
CONIVGI
B·M·F
ad D. Eusebij.

357 DIS

357 DIS · MANIB
ITALIAE · VIER
CAES · SER
CONIVGI
BENEMER
FECIT · ET · SVIS
Hortis Pamphiliis.

358 DIS · MANIBVS
FECIT · ONESIMVS
MVRRIAE · CINNAMIDI
CONIVGI · SVAE
BENEMERENTI
ET · SIBI
è schedis Barberinis.

359 D · M
ZOSIMO · CAESARS
VERNAE
MINISTRATORI
HYGIA · CONIVGI
SVO · B · M
V · A · XXXV
Via Labicana in muro Vineæ.

360 D · M
AELIAE
GENESI
STEPHANVS
CAES · N · SER
CONIVGI
CARISSIMAE
B · M · F
ET SIBI
Ad D. Lazari.

361 ASTYLO
CAESARIS
SER
A RATIONIBVS
ADIVTORI
CLAVDIA
EVHODIA
CONIVGI · B · M · P
Vinea Brunona Via Appia.

362 ATTIA · L · F
SATVRNINA
CONIVNX · PROLOGI
Hortis Matthaiis.

363 D · M A
AVSPICATE
FILIAE · DVLCIS
SIME · ET · CLA
RIANA · COIV B
GI · CARISSI
MAE · FEC
DORETIO
Via Nomentana alla Saccoccia. C

364 D · M
GAIANVS
TRALLIDI
CONIVCI · ET D
TRALLIANO
FILIO · BENE
MERENTIBVS
FECIT E
Vinea Fonseca ad D. Bibianæ.

365 D · M
PRIMIGENIO · CONIV
GI · DVLCISSIMO F
B · M
CARPE · CONIVNX
FECIT
Hortis Iustinianeis. G

366 D M
FLAVIAE
COMINIAE
VIX · ANN · XVIII · M · VI · D · XX H
FESTVS · CAES · N
TABELLARIVS
EX · OFFICIO
ANNONAES I
CONIVGI
Ex Ill. Co. Cæsare Malvasia.

367 D · M
VIVIAE K
MODESTAE
CONIVGI
CARISSIMAE
EVPRES L
AVG · FECIT
Q · VIX · ANN · XVII · MEN · II
Hortis Perettis.

368 D · M

A 368 D · M ·
MARCIANE
QVAE · VIXIT
ANNOS · XL

TELESPHO
RVS·COIVGI
B · M · POSVIT.

B

Vinea Nobb. de Georiis Via Nomentana.

369 D · M
C NEARCIAE · TYCHE
IONICVS · C · N
COIVGI · SVAE
CARISSIMAE
D *Villa Corsina.*

370 D · M ·
FL · TIGRIDIS
AGATHEMER
E AVG · N̄
CONIVGI
B · M
Ex Alidosio.

F 371 D · M
CALLISTES
V · A · XXV
REATINVS
G CONIVGI · B · M
DE SE FECIT.
Museo Ciampino.

372 D · M
H AFRODISIA
EPAFRODITO
COIVCI · B · M
Via Latina l. lap.

I 373 D · M
FELICI · QVI · VIX-
IT·ANNIS·L·FECIT·
SALVIA · CONIVGI
K CARISSIMO
Penès Paribenium.

374 D · M
ATIMETO
L CLAVDIA · IARINE
CONIVGI · SVO
BENEMERENTI · FECIT
Horto de Vecchis ad Arenulam.

375 DIIS · MANIBVS
HANTI · SECVN
DA·F·C·SVO·B·V
IXIT · ANNIS
XXXX
Ibidem.

376 D · M
RESTITVTAE·MATI *Matidiæ*
AVG · FIL · SER *Augusti*
HERMES · CONIVGI *filiæ*
BENEMERENTI·ET·SIBI
ET · SVIS
Hortis Matthaeiis.

377 D · M
EVDATES
SANCTISSIMAE
QVAE · VIXIT · ANN
XXVII · M · VIII · D · V
ARTEMON · CONIVGI
CLARISSIMAE · B · M
Via Appia l. lap.

378 D · M
THEODORAE
CONIVGI·DV
LCISSIMAE
B · M · EPAPHRO
DITVS · CONIV
NX·FEC·Q·V·AN
N · XXV
Hortis Matthaeiis.

379 D · M
PLOTIAE
VICTORIAE
IANVARIVS
CONIVGI · BENE
MERENTI
Hortis Aldobrandinis.

380 D · M
AGNES
AVCTVS · CONIVGI
BENE · MERENTI
FECIT
ET·SIBI·ET·SVIS
Villa Pamphilia.

381 DIS · MAN
TROPHIME
VIX · ANN · XXV
ONESIMVS
CONIVGI · SVAE
BENEMERENTI · FECIT
Hortis Iustinianis.

382 D · M
THEOPHILO
AVG · ADIVTORI
A SACRIS
TYNDARIS
CONIVNGI · B · M
FECIT
Vinea Ammiani in Pincio ex sch. Barb.

383 ESOPO · CAESARIS
AVGVSTI · DISP
APSYRTIANO
VCILIA · C · F · PIRA
CONIVGI · CARISSIMO · ET
IBI · POSTERISQVE · SVIS
Sub Albano Monte à Palazzolo.

384 D · M
APRAE · CON
IVGI · SANC
TISSIMAE
B · M · PVDEN
TIANVS · CON
IVX · F
Retro S. Chrysogonum.

XXXVI
D · M
VL · DEMETRIAE
CONIVGI
Q · V · A · XXX · M · II · D · VII
GEORGVS
BENEMERENTI
FECIT
INAG · P · VI · INF · P · III

XXXVII D · M
HERMETI
CONIVGI
IVLIA · GAMICE

XXXVIII D · M
SVCCESSAE
TROPHIMVS
CONIVGI · DVL
CISSIMAE · BE
NEMERENTI
FECIT

A

B

Quin etiam, nec Servi tantùm, sed Serva & Vicarius, de quorum infima sorte paullò suprà diximus, se se *coniuges* vocant in ea Florentina inscriptione, quam num. 287. exposui. C D

Iusti pariter matrimonii vinculum importat *viri* nomen ex l. unica D. unde vir & ux. 5. & nihilominus conservum suum Festum Iucunda contubernalis *virum* nuncupat, ut vidisti in Inscriptione 300. Capitis I., & iteratò in hac è Schedis Barberinis observavimus. E F

385 EROS
PAVLLINAE
LECTICARIVS
LEVCADIS · VIR G

Quid multa? non *coniugem* solummodò, verùm & *dominũ* quoque TIRONEM suum, in alia Hortorum Perettorum Inscriptione Cap. ejusdem n. 173. PRAEPVSA vocare ausa fuit. Itaut ex earum copia videatur sublata hæc, quam diximus, meri juris distinctio inter nomina *contubernii* & *coniugii*. Quod etiam aliâ observatione comprobatur, liberorum nempe capitum se se *contubernales*, ut num. 526. Cap. antecedentis, & in sequentibus, appellantium. H I K

386 DIS · MANIBVS
CICEREIAE · VITALIS
C · RAECIVS · SVCCESSVS
CONTVBERNALI · ET L
LIBERTIS · LIBERTABVS
POSTERISQ · EORVM
è Schedis Barberinis.

387 ME-

A 387 MEROE·VIXIT·AN·XLVIII
PORPHYRIS·F·AN·I·M·III·D·XXV
MEROE·F·AN·IIII·M·V·D·XXIX
L·BAEBIVS·THALLVS
CONTVBERN·PIENTISSIM
B ET·NATIS·KARISSIM·ET·SIBI
Hortis Iustinianeis.

388 Q·SEXTILIVS·BARBVLA
SIBI·ET·HARRIAE·PRIMAE
C MAZIONIS·L·CONTVBERNALI
SVAE·V·F·LIBERTIS·LIBERTA
BVSQ·SVIS·INF·P·XXI·INA·P·XXI

389 P·MALLIVS·ATIMETVS
D POST·PATRONI·MORT
VIX·ANN·I·M·XI·D···
IVLIA·SYSTASI
CONTVBERNA·SVO·FECIT

E 390 D·M
VELLENAE
BASSILLAE
L·VELLENVS
F MILICHVS
CONTVBERNALI
B·M·FECIT

G 391 OFILLIAE
QVINTAE
SACRORVM·RO
MANIENSI·C·IVLIVS
H HYMENAEVS·CON
TVBERNALI
è schedis Barberinis omnes.

392 D·M
I M·VLPI·AVG·L
PRIMIONIS
TAB
FECIT
DIONYSIAS
K CONTVBERNALI
B·M
Hortis Perettis.

L 393 DIS·MANIB
L·SERVILIVS·ONESIM
FECIT·CONTVBER
SVAE·RVNTIAE·CALLITYC
è schedis Barberinis.

394 C·EGNATIVS
ENTIMVS
MEDICVS
SIBI·ET
EGNATIAE·FIRMAE
CONTVBER·ET
C·EGNATIO
ENTIMO·F·P
Venusii in Atrio Ædis SS. Trinitatis.

395 DIIS·M·S
L·NONIO
SP·F
CVLTIANO
QVI·VIXIT
ANN·XXII
ET·MENS·II
FECIT
MANILIA
FAVENTINA
CONTVBER
SVO
CARISSIMO
ET·B·M

396 M·LOLLIO·LVSORI
PATRONO·INDVLGENTISSI
ET·LOLLIAE·EVPHRONIMAE
COLLIBERT·ET·CONTVBERN
BENEMERENTI·ET
AMABILI·OPTIMAE·LIB
M·LOLLIVS·ATIMETVS
FECIT·ET·SIBI·ET
TYCHE·L·ET
M·LOLLIO·SPERATO·F·ET
M·LOLLIO·SPANIO·ET·LIB
LIBERTAB·POSTERISQ·EORVM

397 D ❦ M
AVIDI
HYMNI
PRAENE
STINA
CONTBER
NALI
OPTIMO
Ex schedis Barberinis omnes.

398 A·SAVFEIVS· Ↄ·L·ASPHALES
FECIT · SIBI · ET
TERTVLLAE · SAVFEIAE
PATRONAE · SVAE · ET
VETTIAE · SECVNDAE
CONTVBERNALI · SVAE
LIBERTIS·LIBERTABVSQ·SVIS
POSTERISQ · EORVM
Prope S. Salvatorem de Curte.

399 DIS · MANIBVS
PVBLILIAE·PATIADIS.DIOGE
NES·RHODONIS·L·FLAVIOPO
LITANVS · CONTVBERNALI
ET· N· PVBLILIVS· ONESIMVS
PATRONAE· FECERVNT·SIBI·ET
SVIS · POSTERISQ· EORVM
è schedis Barberinis.

400 M · IVNIVS
THEANGELV · FECIT
M · IVNIO · EPICVRO
VIX · ANN · XXI · ET ·
AEMILIAE · PRIMAE
CONTVBERN · SVAE
POSTERISQVE · SVIS

401 OCTAVIA · ATTICE
SIBI · ET
P·POMPONIO·THEOPHILO
CONTVBERNALI
In Museo Ciampino utraque.

402 D · M
T · FLAVIVS · EARINVS
CONTVBERNAL
T·AMANDVS·AMICVS
MEMORIAE
LVRIAE · IVSTAE
BENE · MERENTI
VIXIT · ANN · XXI

403 TI · CLAVDIVS
HERMA · SIBI · ET
CONTVBER
SVAE
CLAVDIAE·FELICITAE
Ex schedis Barberinis utraque.

404 A · MANILIVS · A · L A
AZBESTVS
SIBI · ET
TITIENAE · NAPE
CONTVBERNALI · ET B
LIBERTIS · POSTERISQVE
EORVM
Florentiæ apud Nobb. de Gaddis.

405 D · M C
QVINTAE
C · GRAECINIVS
VERINVS · PATER
ET · C · GRAECINIVS D
PRIMITIVOS
CONTVB · OPT · ME
VIXS · ANN · XXIII
MENSES · V · D · XII E
Sentini ex schedis Lilii.

406 DIIS · MANIBVS
TI · CLAVDII · T · F · QVI
VALERIANI F
VIXIT·ANN·VIIII·MENS·VI
D · VALERIVS · EVTYCHES
ET · SIBI · ET
VALERIAE · SOPHE G
CONTVBERNALI
Hortis Matthaiis.

407 COCCEIAE·MONTANAE
Q · MARCIVS · FRVCTVS H
CONTVBERNALIS

408 C·CALENTIO·ARISTIAE
GVBERNATORI · AMMIA I
CONTVBERNALIS·BENE
MERENTI · FECIT
Ex schedis Barberinis utraque.

Ex istis, fateor, aliquos in contubernio esse potuisse, quod etiam inter liberum & ancillam constat, per l. cum ancillis 3. C. de incest. & inutil. nupt.: Sed tamen, plures ex allatis inscriptionibus certum est, propriè de utraque persona libera esse intelligendas. K L

Vix itaque pauca hæc Servorum paria reperi,

A reperi, quæ veriori, & à legibus tradito *contubernalium* nomine usa sint.

409 ALCIMVS
NERONIS·CAESARIS
AVG · SERVOS · A
B VESTE·CASTRENSI
VIX·ANN·XXX

CLAVDIA
DOCILE
FECIT·SIBI·ET
CONTVBERNALI
SVO

In Agro Prænestino.

C 410 VALERIAE
HEMERIDI·V·A·XV
CHRYSEROS·ASIATICI
VESTIPLICVS·FECIT
CONTVBERNALI
D SVAE·CARISSIMAE

è schedis Barberinis.

411 ATTICVS · ET
MYRTALE·SIBI·ET
E FORTVNATAE·FILIAE
VIX·AN·XV·ET·NEDYMO
CONTVBER·EIVS

Ad D. Nicolai in Carcere.

F 412 D · M
TYCHE
P·VOCONI·SER
VIX·ANN·XXX
G HELVIANVS
CONTVBERNAL
O·P·D·S·T·T·L

è schedis Barberinis.

H 413 IVLIA · ELATE
FECIT
ZETHO·SER·CAESARIS
SEMNIANO
I CONTVBERNALI·ET
CASSIA·BLANDA
NVTRICIO·BENEMERENTI
LIBERTIS·LIBERTABVSQ
K POSTERISQVE·SVIS

Museo Carpineo.

414 HERENNIAE·EVPHROSINE
FELIX·SER
L M·QVINTILI·NYMPHI·ET
SOCIORVM·CONTVBERNALI
BENEMERENTI·FECIT

Ex meo veteri MS.

415 DIS·M·CLAVDIAE·SVC
CESSAE·VIXIT·AN·XXX
M·I·D·VII·AGATHAN
GELVS·CAESARIS·SER
CONTVBERNALIS
ET·TI·CLAVDIVS·HYGI
NVS·LIB·ET·TI·CLAVDIVS
EPAPHRODITVS·H·F·F·P
ET·SVIS·POSTERISQVE
INFR·P·VIII·IN·A·P·XII

Vinea D. Naldi Via Nomentana.

416 D · M
CLAVDIAE·PHILETE
THREPTVS·CON
TVBERNALI·BENE
MERENTI·FEC
VIX·ANN·XXXXV

Vinea Nobb. de Naris Via Salaria

417 D·M·FL·SATVRNINAE
SANCTISSIMAE·FIL·VIXSIT
AN·XIII·D·III·COMPARAVIT
FL·SVCCESSA·MATER·ET·SIBI·SVIS
QVE·CONTVBERNALI·SVO·SATVR
NINO·CAES·N·POSTERISQ
EORVM

Hortis Iustinianis.

418 D · M
CASSIAE·MVSSAE
ATALICVS·CONTVBERNALIS

è schedis Barberinis.

Alias inscriptiones in diversam sententiam adhibitas memineris Cap. I. num. 8. 229. & 301, quas huc quoque pertinere videbis.

Hæc verò PVPA, cum nomine *contubernalis* nomen mariti miscere non veretur.

419 VITA-

419 VITALIS
QVARTIONIS · F
PVPA · CONTVBE
RNALIS · VIVA · SIBI
ET MARITO · FECIT

Crista apud Allobroges ex sch. Barb.

Vtque prorsus confusam hanc nomenclaturam mireris, Charito libertus T.Staberii, ejusdem Patroni servam Palladem *coniugem* suam vocat, in Inscriptione quã Faventiæ apud Rubeos schedæ Barberinæ designant.

420 DIS · M
PALLADIS
T · STABERI
FAVENTINI · SER
T · STABERIVS
FAVENTINI · L
CHARITO · CON
IVGI · DE · SE · B · M
V · A · XXXXII

XXXIX

D M
VLPIAE · CAENIDI
CONIVGI · KARISSIMAE
APRIO · AVG
CVM · QVA · VIXI
ANN · XXXXII

A B

Hanc exteri frustra perquirent; quia (ut nosti) sub IV. Capitis antecedentis ANTHI · AVG · LIB latet parieti obversa, cùm & ipsa uni & eidem lapidi, sed diversæ faciei inscripta sit, nec præ tenuitate serram admiserit, qua, ut aliæ ex nostris de quibus meminimus, in duas dividi potuerit. Cæterùm APRIO AVGVSTI, scilicet *Servus*, ut probavimus Cap.I. pag. 38.F, & ordine, & ratione exemplis Servorum, qui suas *contubernales* coniuges vocant, accrescit, utì modicâ interruptione ZOPIRVS Inscript. XXXXI.

C D E F

XXXX

M · VLPIVS · AVG · LIB · CLADVS
ENTELLIANVS · FECIT · SIBI
ET · VLPIAE · ALYPIAE · CONIVGI
SANCTISSIMAE
BENEQVE · DE · SE · MERITAE
ITEM · FLAVIAE · QVINTILLAE · FILIAE
EIVS · ET · LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · SVIS
EIVSDEMQVE · ALYPIAE · ET · EORVM
POSTERIS · CVM · INTROITV · AMBITVQVE · OMNI · SVO

G H I

Notus jam iste lapis ex Mazochio, emendat ejus scripturam apud Gruterum pag. DCXIX. 12, ubi FLAVIA QVINTILIA dicitur, quæ apertè hic QVINTILLA, ex solita cognominum terminatione derivatiuum non admittente scribi debuit.

Aliud derivatiuum ENTELLIANVS, quod nominibus illis ex lege adoptionis inflexis assimilatur; qualia sunt AEMILIANVS in Cornelia & Fabia, gente, TVRPILIANVS in Petronia, & Valeria, VALERIANVS in Quinctia, IVNIANVS, & SILIANVS in Licinia, idem IVNIANVS in Postumia, SERVILIANVS & RVLLIANVS rursus in Fabia, POMPEIANVS in Cæcilia, OCTAVIANVS in Iulia, FVLVIANVS in Manlia, PLANCIANVS in Lætoria, aliaque consultò omissa: Istud inquam derivatiuum ENTELLIANVS in hoc è servitute emergente Liberto,

K L

à nomi-

A * à nomine ſeu cognomine prioris domini deſumptum arbitror; haud ſecus, àc PHOEBVS & EPICTETVS in ſubiectis inſcriptionibus OTHONIANVS il-
B le, iſte ACTEANVS enunciantur.

421 D · M
T·FLAVI·AVG·LIB
PHOEBI
C OTHONIANI
M·METTIVS
TELESPHOR·ET
D T·FLAVIVS·LEONAS
HER
A Porcigliano.

422 DIS · MAN
TI·CLAVDI·AVG·LIB
E EPICTETI·ACTEANI
VIXIT·ANNIS·LXXXV
CL·ZOSIME·PAT
BENEMERENTI·FECIT
F *Hortis Matthaeiis.*

Ex quibus certioribus, idem judicium de hiſce, aliiſque in Opere ſparſis, interponimus.

G 423 DIS
MANIBVS
TI·CLAVDI·AVGVSTI
LIB·FELICIS·TADIANI
H VIXIT·ANN·XXXIII
INFR·P·II·IN AGR·P·II

424 T·FLAVIO·AVG·L·
SEDATO
I ANTONIANO
P·CORNELIVS
IASO·PATRI
PIISSIMO
K *à ſchedis Barberinis utraque.*

Hæc derivativa nomina, ad legem adoptionis ingenuis, & ad memoriam priorum patronorum in libertis, vel etiã
L (ut in Notis ſubiungemus, ne multiplicatio confuſioni ſit) dominorum in ſervis reſtringimus: Quod verò addit Carolus Patinus ad inſcriptionem Aureliæ Tryphænæ *manumiſſis quoque id ſolenne fuiſſe, ut ſic ab Aelio dicerentur Aeliani, ab Aemilio Aemiliani, ab Anicio Aniciani &c.* ipſe probet, & exemplis, ſi poteſt, confirmet, nam nîl tale nobis occurrit.

Nec hoc quidem hac occaſione prætermittendum eſt, talia derivativa, nomen maternum à filiis ſæpius contra communem paternę denominationis regulam referre; ut obſervavit ex nonnullis Gruterianis inſcriptionibus Reineſius in longiſſima illa Epiſt. XXXV. ad Rupertum pag. 254, cujus animadverſionibus hæc addi poſſunt, M·ANTONIVS·FONTEIANVS *Fonteiæ Pelagiæ f.* pag. DCLXVIII. 14, P·VALERIVS·MINICIANVS *Miniciæ Secundæ f.* pag. DCCXXXIV. 13, VALERIVS·AELIANVS *Aeliæ Splenis f.* pag. DCCLI. 9, Q·POMPONIVS·POMPEIANVS *Pompeiæ Primitivæ f.* pag. MXXXIX. 2, C·VETTIENVS·CLAVDIANVS *Claudiæ Zoſimes f.* pag. MXXXVIII. 3, atque alia, quæ in Grutero perquirere non vacat, ut ſequentibus ineditis exemplis locum faciam.

425 D · M
···OBVS·TERENTIS
···ACCO·ET·TERENTIANO
FECERVNT·SATVR·ET
TERENTIA·PRIMA·PARENTES
FILIS·CARISSIMIS·LIB
LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE·EORVM
Hortis Iuſtinianeis.

426 DIS · MAN
M·AVILIO·M·F
QVIR·SCYMNIANO
VIX·ANN·XXIII
MENSIB·II·DIEB·V
FLAVIA·SCYMNIS
MATER·F
PIISSIM
Villa Pamphilia.

427 D O M

427 D ◊ M
C·VALERIVS·DIVS
FECIT·SIBI·ET·PATRONE
SVAE·VALERIE·CHARI
TENI·ET·M·ANTISTIO
VALERIANO·FIL·EIVS·ET·M
ANTISTIO·VALENTINO
VERNE·EIVS·ET·LIBERTIS
LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE·EORVM

428 D · M
L·VALERIO·NARCISSO
LL · VALERI
VRSVS · ET
STASIMIANVS
FIL·PATRI·PIISSIMO
FECERVNT
ET·FLAVIA·T·F·STASIME·VXOR
INF · P · VII
INA · P · V

429 D · M
EPIDIAE·M
F·TERTVLLAE
L·ANTISTIO
POTISCO
L·ANTISTIVS
EPIDIANVS
FIL·B·M·F

430 D · M. A
FLAVIAE·T·FIL
VETTILIAE
VIX·ANN·IIII·M·VI
FLAVIVS·PALMA·ET B
VETTIA·ANTIGONA
PARENTES·ET·FAVSTO
ALVMNO·VIX·ANN·IX·
Hortis Iustinianeis omnes. C

431 T·MARCIVS·PAVLINVS
CREPEREIAE·SABINIAE
CO·QVICVM·VIXI·ANN·V
M·VII·D·A·XV·ET D
MARCIO·SABINIANO
FILIO
è schedis Lilij Vaticanis.

Introitus (de quo inscriptio) sive iter E ad sepulchrum, ITVS ut plurimùm in lapidibus dicitur, ut in Cap. XVI. Indicis Gruteriani cernitur, nostræque postea repertæ inscriptiones habent, quas Cap. I. F num. 76, Cap. III. num. 367, & suprà num. 104, & 239. jam exposuimus, atque sequentes.

432 EX TESTAMENTO·Q G
ERVCI·MONTANI·LEGATVM
C·QVINTIO·BATYLLO·COLVM
BARI·ITVM·AMBIT·DEBETVR
In muro Vineæ alle 3. Madonne. H

433

QVOD·SI QIS
EORVM PAR
TEM IVRIS
SVI VENDIDE
RIT AVT EX
CONSENSV VNI
VERSORVM
EA·PECVNIA·IN
AERARIVM PO
PVLI ROMANI·IN
FERRI·IVBEMVS
HOC MONVMEN
CVM SVA CVSTOD
HEREDEM NON
SEQVETVR

T·FLAVIVS·AVG·LIB
ALCON·ET·ANTONIA
LYDE·MONVMENTV
FECERVNT·SIBI·ET·SVIS
LIBERTIS LIBERTABVSQ
COMMVNIBVS·POS
TERISQVE·EORVM
CVM·AEDIFICIO
ESCITATIANO·CVS
TODIAE·CAVSA·MO
NVMENTI·ITVM
ACTVM·ADITVM

AMBITVM
ITAVT VIVI
POSSEDIMVS
POSTERISQVE I
NOSTRI·PO
SSIDEANT
VIVI VIVIS K
DEDIMVS
INSCRIBI
IVSSIMVS
L

Basis in Ædibus Barberinis à tribus lateribus inscripta.

434 C·IV-

A 434 C·IVLIVS·EPAPHRODITVS
FECIT·SIBI·ET·FLAVIAE
ANTHVSAE·VXORI·ET
LIBERTIS·LIBERTABVSQVE
B POSTERISQVE·EORVM
ITVM·ADITVM·AMBITVM·ET·CETE
RIS·OMNIBVS·EX·LEGE·PLENA
VT·PRAESTENTVR

C *Hortis Matthaiis.*

De *itineris* amplitudine nihil in jure definitum reperio; quia lex 8. D. de servit. rust. præd. *Viæ* quidem latitudinem
D octonum pedum statuit, sed minorem in itinere supponit; lege namque 23. si ita angustus trames sit ut vehiculum non recipiat, *iter* dici debere ait, non *viam*.
E In sepulchrali autem hoc itinere aut ambitu, latitudinem pedum V, seu summùm V semis observo. De pedibus V. est locus veteris Authoris Gromatici inter
F collectos per Goesium pag. 296. *Vt invenias si finalis est sepultura, quæris longè ab ea pedes quinque, aut aratro terram agis; & si inveneris ea signa, finalis est*
G *sepultura*: consentitque inscriptio pag. DCCXI. 3. apud Gruterum, VIA·LATA A PARIETE·P·V·CEDERE·DEBEBIT &c; & nostra num. 638. Capitis an-
H tecedentis, in qua Cippus terminalis (ut videtur) latitudinis ambitus circa sepulchrum ABERAT·AB·TRVNCO·MONVMENTI·P·V· Pedes V semis exprimit hæc inscriptio Hortorum Iustinianeorum:

435 IN FRONT·P·XXX
IN AGRO·P·XVIII
ITER·EX·PARTIBVS
TRIBVS·LAT·INS·P·V S

cujus notas INS explico *in singulas* scilicet tres partes recensitas.

Ambitus verò, si nudè planèque sumatur, suam definitam latitudinem habet, *sextertium* scilicet *pedem* ex lege XII. Tab., atque ex Sexto Pompejo Festo *duorum pedum & semipedis locum ad circumeundi facultatem relictum.*

XXXXI

D · M
ZOPIRO·QVI·VIXIT
ANNIS·LX·M·II·D·V·AR
TEMIS·COIVNX·ET·SIL
VANVS·FILIVS·OPTIME
DE·SE·BENEMER·FECERVNT

Non tam compto, elegantique stylo, quàm ipsâ merâ barbarie sæpe sæpius inscriptiones commendabiles fiunt; ut hæc nostra cum suo Zopiro *optime benemerenti.*

I

K

NOTAE

L *pag. 249. L. ABASCANTI·AVG·LIB*] Quamvis Abascantum istum inter libertos incerti domini percensuerim; & ipsi tamen, & domino nomen prænomenque supplere, me posse existimo, ut T. Flavium Abascantum vocare non dubitem; tum ex munere AB EPISTVLIS Augusti, nempe Domitiani, quod ita

exornat Statius Sylvar. lib. V. Syl. I.

ille subactis
Molem immensam humeris, & vix tractabile pondus
Imposuit, magnum latè dimittere in Orbem
Romulei mandata Ducis; viresque modosque
Imperij tractare manu &c.

Tum ex coniugio Priscillæ, in quam defunctam, viri pietatem omnibus affectibus prosequitur ibidem Poëta.

Neque de prænomine Domitiani, quod ejus quoque liberto congruere debebat, ambigi potest; quia TITVS ipse quoque vocatus, quamvis eo non legatur usus, ut ex nummo Græco probat Rupertus in Observ. ad Synop. Besold., quod etiam patri Vespasiano, avoque, & proavo T. Flavio Petronio, patruisque Sabino & Clementi commune fuit.

Nostra hęc proinde coniectura probabilibus indiciis non destituitur. At verè contra omnem rationem Sponius de Narcisso Claudii liberto divinavitne, an deliravit ad hanc inscriptionem;

436 FORTVNAE
TORQVATIANAE
Q·CAECILIVS
NARCISSVS·D·D

dum prænomine simul ac nomine Q. CAECILI, sui Narcissi in contrarium latrantibus, Ti. Claudio Cæsari ipsius patronatum adiudicat. A

* *pag.* 251. L. *VIRGINIO·INFELICIS*] Maritum Virginium explico B
cum Reinesio ad inscript. 3. Class. XIV. illum, qui *puellam, & quidem virginem duxit*; quem Græci παρθένον ἄνδρα vocant, sive κουρίδιον πόσιν; ut ibi exemplis C
pluribus in utroque idiomate confirmatur. Non attentis doctissimi viri monitis, Patinus ad hanc inscriptionem,

437 ΦΟΙΒΗ D
ΠΑΜΦΙΛΩ ΚΟΥΡΙΔΙΩ
ΑΝΔΡΙ
ΜΝΗΜΗΣ ΧΑΡΙΝ

eam vulgari acceptione vertit *Pamphilo* E
juveni marito: nec minori incuriâ Sponius ad inscriptionem Aurelii Muciani pag. 243. (quam nos Cap. III. num. 113. produximus) ita in τῷ VIRGINIO ludit, F
Aelia Lucia ipsum virginis nomine donare fortè dignatur, quòd existimaret, eum, fidem erga se maritalem nunquam violasse. Nec meliùs versatur in hoc ele- G
ganti Epigrammate inter Marmora Græca Sectionis X. num. 3., cujus postremum verbum ΚΟΥΡΙΔΙΗ, *Virginiæ* hoc de quo loquimur sensu, verti debuit: & se- H
cundi versus ΧΑΡΙΤΟΒΛΕΦΑΡΟΙΣ; *pulchri-palpebris* reddi potuit cum Reinesio ad Inscr. 126. Class. I.

438 Η ΠΟΤΕ ΚΥΔΙΟΩΣΑ ΞΑΝΘΑΙΣ ΕΠΙΚΡΑΤΟΣ ΕΘΕΙΡΑΙΣ I
ΚΑΙ ΧΑΡΙΤΟΒΛΕΦΑΡΟΙΣ ΟΜΜΑΣΙ ΛΑΜΠΟΜΕΝΗ
ΧΙΟΝΕΙΟΙΣΙ ΕΥΠΡΕΠΟΥΣΑ ΠΡΟΣΩΠΟΙΣ Η ΔΕ ΠΑΡΕΙΑΙΣ
ΚΑΙ ΓΛΥΚΕΡΟΥ ΣΤΟΜΑΤΟΣ ΟΠΑ ΛΙΡΙΟΕΣΣΑΝ ΙΕΙΣΑ
ΧΕΙΛΕΣΙ ΠΟΡΦΥΡΕΟΙΣΙ ΕΛΕΦΑΝΤΙΝΕΩΝ ΔΙ ΟΔΟΝΤΩΝ K
ΠΑΝΤΟΙΗΝΔΕ ΑΡΕΤΗ ΠΕΡΙ ΚΑΛΛΕΙ ΣΟΜΑ ΤΙΘΕΙΣΑ
ΗΝ ΤΕΚΕΝ ΕΥΤΥΧΙΔΗ ΣΘΕΝΑΡΩ ΚΙΛΙΚΙΣ ΧΑΡΙΤΩΠΙΣ
ΕΙΚΟΣΙ ΠΕΝΤΑΕΤΗΣ ΤΡΥΦΕΡΑ ΤΗ Δ ΕΝ ΧΘΟΝΙ ΚΕΙΤΑΙ
ΕΡΜΕΡΟΣ ΔΕ ΑΡΙΣΤΟΜΑΧΟΙΟ ΠΑΤΡΟΣ ΚΑΙ ΜΗΤΕΡΟΣ L
ΜΝΗΜ ΑΛΟΧΩ ΦΙΛΙΗ ΘΗΚΑΤΟ ΚΟΥΡΙΔΙΗ

Quæ quondam gloriabatur flavo admodum capillitio,
Et oculis quorum palpebris insidebant Gratiæ collucens,

Niueâ

A *Niveâ decorata facie & genis,*
Et ex dulci ore vocem suavem mittens
Labiis purpureis por eburneos dentes:
Quæq; omnimodam virtutem præter pulchritudinem corpori superaddiderat;
B *Quam peperit Eutychidæ Sthenaro Cilicissa Charitopis,*
Viginti quinque annorum Tryphera in hac terra jacet.
Hermerus autem Aristomacho patre & matre genitus,
Monumentum consorti carissimæ posuit puellæ.

C Iam verò ad exempla nostrarum Inscriptionum accedamus, è quibus istas in hoc eodem Capite reperies, hoc est 86, 130, 132, 133, & 302.

439 AVRELIA LEGITIMA VNIVIRA
D QVE ABVIT BIRGINIVM
XVI · KAL · MAR · IN PACE
In pavimento Ecclesiæ SS. Quattuor Coronatorum.

440 ✠ SIDERA ME RETINENT NIL ME · ·
E AD VITAM REDII QVAE SINE · · · · ·
SVSCEPI THALAMOS SVBOLEM FAC · ·
VNVM SCISSE VIRVM VIRGI · · · · ·
SVNT DVLCIS NATI SVPEREST GRATVS
F NVLLOS NOSSE DOLOS · HAEC M · · ·
HIC REQ · IN PACE INL · FEM DECENTIA
QVE V · · · ·
PRIDIE MARTIAS
G HIC REQ · IN PACE INL · FEM · QVE V · ·
PRIANA QVE
In pavimento Sancti Pauli.

441 IANVARIA · CONSTANTIO
H VIRGINIO CONIVGI CVM QVO VIXIT
ANNVM ET MENSES IIII ET DIES
In Cæmeterio Priscillæ.

442 DEPOSIO · IENVARIES · KAL · IENVAR · · · ·
I CVM · VIRVM · SVVM · AN · XXVII · · · ·
INSCRIPSIT · TIBI · VIRGINIVS · TVV · · ·
REBELASTI · QVOD · A DOMINVM · I · · · ·
In pavimento Sancti Pauli.

K 443 SECVNDINE COIV
GI DVLCISSIME BENE
MERENTI QVE VIXSIT
AN · XVIII M IIII D XXII
L QVE VIXIX CVM VIRGI
NIO SVO MENSIBVS VIII
D · XXVIIII · FAVSTINVS
DVLCISSIME COIVGI FECIT
In Cæmeterio Priscillæ.

444 PRINCIPIVS · SE · VIVO
SIBI · ET · ARTEMIAE
VIRGINIAE · SVAE
DOMVM · PERPETVAM
FECIT
Mediolani ex schedis Vaticanis.

445 LARONI COPARI BIRGINIO QVI
BIXIT ANNVS MECV XXVII
IMPACE
Ex Roma Subterranea.

446 IME
IRGINIO SVO DIL
TATV REDIVIT PO
VAE VIXIT ANNOS
XIIII · KAL

Vinea Angelona super Cæmeterio Priscillæ.

Virginiæ iſtæ coniuges, *univiræ* ſive *univiriæ* quoque appellari gaudebant: unde ex præmiſſis utrumque titulum habet AVRELIA n.439.ſuprà. Inter Latinos Scriptores hoc nomen primùm uſurpavit Tertullianus lib. de Exort.caſtit. & lib. Monogam. in fin. Nam Livius lib.X. cap. 23. pluribus verbis *univiram* circumſcribit, *uni* ſcilicet *nuptam, ad quem virgo deducta ſit.* Græci μονάνδρα γυναῖκα, & abſolutè μόνανδρον in veteribus Gloſſis, & in hac apud Sponium inſcriptione.

447 ΚΑΡΠΟΣ ΤΑΝ
ΙΔΙΑΝ ΓΥΝΑΚΑ
ΣΩΕΙΔΑ ΑΦΗΡΟΙΣΕΝ
ΤΗΝ ΜΟΝΑΝΔΡΟΝ

Carpus
ſuam uxorem
Soeidæ conſecravit
univiram

Noſtram Capitis I. num.LIX.indicamus, & ſequentes (emendatâ quoad primam pravâ Reineſii ſcripturâ Claſſ.XIV.num. 73.) expromimus.

448 D · M
RECANIAE · C · F
MECIANAE · CON
IVGI · INCOMPARABILI
VNIVIRIAE · ET · CASTISSIM
QVAE · SIBI · NVBSIT · III · K · FEB
MORTEM · OBIIT · III · K · FEB
VIXIT · SECVM · AN · XVII
T · FL · LIBERALIS · FEC
HEDONICVS · MARITVS

Vrnula elegantiſſima in Hortis Pamphiliis.

Ea quæ ordine conſequitur dicto Cap. I. num. LX. huc quoque pertinet.

449 HIC REQVIESCI
T IN PACE PLA
CIDIA VNIVERA
QVE VIX ANN PL M
XXXV P C BASIL VC
PER INDICTIONE
QVARTA ANNO
· XXGIII ❦

Ex Gualthero.

450 HIC · SITA · EST · ARRIA | ITEM · C
M · F · MAXIMILLA ❦ | MARC
VNIBYRIA · QVE · VIXIT | AVR
IN · CONNVBIO · MARCO | AVG
AVRELIO · AVGG · LIB · | FIL
FELICI · AN · XIIX · M · VIIII | PROC
D · VI · CASTEQVE · IN · HIS | PER
ANNIS · NVNQVAM · MARI | CVM
TO · SVO · MALEDIXIT ❦ | SVO
HOC · HEROVM · SEVIVI : FEC

Fragmentum in Hortis Iuſtinianeis.

Prærogativam Vnivirarum per tranſcurſum attingere, non erit ab inſtituto meo alienum: quòd, nempe, illis tantùm in Sacello Pudicitiæ tum Patriciæ, tum poſtea & Plebejæ, jus ſacrificandi eſſet; quodque Flaminis Dialis uxor talis foret; itemque ea, quæ Fortunæ Muliebri, aut Matri Matutæ coronam imponebat, aut pronuba nubentibus adhibebatur, ut ex allatis Livii, & Tertulliani locis ſit perſpicuum.

* *pag.257.F. QVI · TVLIT · ANNOS ·*

A *NOS·AETATIS*] Idem hoc esse, ac si dictum fuisset VIXIT ANNOS, jam observavit Scaliger in Indice Eor. quæ ad Gram. pert. ad Inscriptiones DCCC-
B XI.1, & CMXLVII.9; quod in sequentibus quoque nostris ineditis admitti potest.

C 451 D · M · S
AVREL · AVG · LIB
VNIVIR · DOMI
TIAE · CoNI · S N Cti
PIISSIM · PVDIC
D SIBIQ · REVEREN
POMPEIN · Mꝛ · F · C · Q
V·A·XX·TV·AET·AN·XXXVI

Penès Giorgettum Lapicidam.

E

452 C·OCTAVIVS·HYACINTVS
CAECILIAE·CHARIDI·CON
IVGI · BENEMERENTI · CVM
F QVA·VIXIT·ANN·XXXVI·SINE
VLLO·CRIMINE·QVAE·TVLIT
AETATIS·SVAE·ANNOS·LXVII
FECIT·SIBI·ET·SVIS·LIBER
G LIBERTABVSQVE · POSTERIS
QVE · EORVM

è schedis Barberinis.

453 L · MVSSIVS
H TROPHIMVS
CALLITYCHE · LIB
ET·CONIVGI·SVAE
OPTIMAE·ET·MERITIS
I SVIS · CARISSIMAE
CVM·QVA·VIXIT·ANNIS
XXXXII · TVLIT
ANNOS · LII
K ET · SIBI

Venetiis in Ædibus Nobb. de Grimanis.

Sed aliam interpretationem exposcere videtur nostra hæc, quæ habet TVLIT
L SECVM, ut & illa apud Gruterum pag. DCCLIX. 2, tanquam si *ferre ætatem* sit veluti eam secum ducere, sive, ut ille ait, fatis properantibus rapere.

454 D · M
APPELE · PROFVTVRAE
CONIVGI · INCOMPA
RABILI·ET·PIISSIMAE·QV
AE·VIXIT·MECVM·ANNO
S·II·M·XI·D·XIII · TVLIT·AV
TEM · SECVM · ANNOS
XXXV·D·X·ITEM·RESTITV
TAE·FILIAE·EIVS·QVAE·PET
· · · · S·CAVSA·CVM
· · · L VERETVR·ET

è schedis Barberinis.

* *pag.* 258. A. *DEI · CARNVNT*] Deastrum hunc CARNVNT*em* esse *Belenum* Numen Noricorum dixit Elias Schedius de Diis Germanorum cap. VII. pag. 113.; cui cùm plures Inscriptiones Aquilejæ dicatæ legantur apud Gruterum pag. XXXVI. & XXXVII, pro verisimili fortasse habuit idem Author ad conterminos quoque Carnos superstitionem extensam fuisse. Verùm non in Carnis Aquilejæ finitimis, sed apud Carnuntum penitioris Germaniæ Oppidum, de quo Plinius lib. IV. cap. XII, & lib. XXXVII. cap. III. Deum hunc loci tutelarem patriumque cultum fuisse credimus, ejusque nomen utì adhuc incompertum, doctioribus meliùs exquirendum proponimus.

Plura de Beleno multâ qua pollet eruditione congessit Reinesius ad Inscriptionem 51. Classis I.

Nomine igitur in medium relicto: Officio isti A LIBR · SACERDOTAL, simile est hoc aliud in Grut. p. CCCVI. 6;

455 C · IVLI	TI · CLAVDIVS
PHILCAE	NATALIS
	A · LIBRIS
	PONTIFICAL

potuitque denotare Scribam eorundem librorum, qualium ex Schedis Bibliothecæ Chisię agnoscimus hunc Aurelium

Herodem

Herodem Præfectum;

456 ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΗΡωΔΗϹ ΑΡΧΙΓΡΑΜ
ΜΑΤΕΥϹ ΜΙϹΤΟΥ ΓΕΝΝΗΘΕΙϹ
ΕΝ ΦΙΛΑΔΕΛΦΙΑ ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΕ

Aurelius Herodes Præfectus Scribarum Sacrorum natus Philadelphiæ hic quiescit

& expressiùs apud eundem Gruterum, Livjum Theonam pag. DLXXVIII. 6

457 AGRIAE·TRIPHOSAE·VES
TIFICAE·LIVIVS·THEONA·AB
EPISTVLIS·GRAEC·SCRIBA
A·LIB·PONTIFICALIBVS
CONIVGI·SANCTISSIMAE
B·D·S·M

In hac classe Ministrorum ad Sacra reponendam credimus hanc aliam inscriptionem, in qua *Lustralis Augg.* legitur.

458 D · M
PRIMIGENIO·LVSTRALI
AVGG·N
ALFIA·VERECVNDINA
PATRI·PIENTISSIMO

Vinea Nobb. de Cavaleriis ad D. Balbinæ.

* *pag. 268. G. VIX·ANIS·IIII·M·IIII·D·IIII*] Convenit in hunc præcisè annorum, mensium, dierumque numerum hæc alia inscriptio,

459 D · M
CALPVRNIAE
L·F·DEVTERAE
VIXIT·ANNIS·IIII
MENSIBVS·IIII
DIEBVS·IIII

Hortis Matthæiis.

quam referre placuit, delectationi fortasse jis futuram, qui fortuita hujusmodi supervacuâ (ut ille ait) operositate observant: In quorum gratiam hasce subnectimus, ultra eas quæ in Grutero legi possunt pag. DCXLVII. 5, DCLXXII. 6, DCIC. 6, DCCXVII. 5, DCCCXXIX. 6. & MLI. 10; eamque per nos allatam antecedenti Cap. III. num. 618.

460 DIS·MAN A
MERCVRIO
VIX·A·III·M·III
C·TREBATIVS
FAVSTVS·ET B
FESTA·PAREN
TES·FECERVNT
FIL·PIENTIS

Hortis Iustinianeis. C

461 DIS·MANIB
CASPERIAE·FIDE
VIX·ANN·III·DIEB·III
ET·L·CASPERI·REPETITI D
VIX·ANN·III·MENS·IX
DIEB·XIII
CASPERI·HERMES
ET·SEPTIMA·FILIS E
DVLCISSIMIS

Albani in Horto Principis.

462 D · M
D·VETVRIVS·EVTY F
CHVS·FECIT·D
VETVRIO·PROCL
O·FILIO·ET·POSTE G
RISQVE·SVIS·VIX·
ANNIS·X·DIER·X·
IN FRONT·P·V·IN
AGRO·P·V

è schedis Barberinis. H

463 D · M
IVNIAE
AVXESI·F I
DVLCISSI
MAE·VIXIT
ANN·XII·DI
EBVS·XII K
IVNIA·NICE
MATER

Ibidem.

464 CRITESI BENEMERENTI QVI L
VIXIT·ANNIS VIII·MENSES VIII·
INNOCENTIAE IPSIVS FECERVNT
PARENTES INPACE

In Roma Subterranea.

A 465 D · M ·
LARCIAE · ANTIOPE · FILIAE
DVLCISSIMAE · QVAE · VIX
ANN · IX · M · IX · ET · LARCIO
B CLEMENTI · CONIVGI · B · M
FECIT · LICINIA · ANTIOCHIS
ET · SIBI · ET · SVIS · LIBERTIS · LIBER
TABVSQ · POSTERISQ · EORVM
C ET·T·AELIO·DOMESTICO·ET·T·AELIO·VITALIONI·FILIO·ET·LIB·LIBQ·POST·E
IN · F · P · IX · IN · A · P · IX
Via veteri Tiburtina inter vestigia Vivarii.

466 PA · REN · TES · FE · CE · RVNT · I · RE · NE · TI · QVAE · BI · X
D *Columba ramo insistens* *Protome puella* *Pavo ramo insistens* IT · DAE · CE · *Vas utrinque ansatum* ME · SES
ET · DE · CE · DI · ES
In Cæmeterio Priscillæ.

E 467 REPPECTVS ET FORTVNVLA
PARENTES FILIO DVLCISSIMO
QVI VIXIT ANNI/ N̄ IIII MESIS N IIII
In Cæmeterio ad duas Laurus.

F 468 PETRONILLA · PRIMILLA · PETRONIO · OL · EPAPHRODITO
FILIO · KARISSIMO · QVI · VIX · ANN · VIII · MEN · VIII
DEFECIT · INPACE
A schedis Barberinis.

G 469 *figura tunicata orans* CALENDIO *Pastor bonus* FECIT *Daniel inter duos Leones*
CALLITYCHE NIFILIAE DVLCIS
SIME · ⊙ · VIXIT A·N·N·X·M·X·D·X·ET SIBI
Villa Carpinea.

H 470 HIC REQVIESCIT IN PACE
DVLCIS ROMVLVS
QVI VIXIT ANN·IX·MENS·IX
DEPOSITVS SVB DIE PRIDIE
I ID · SEPTEMBR ·
LAMPADIO ET ORESTE
CONSVLIBVS
Ex Roma Subterranea.

472 DIS
MANIB
EPRIA
MARCIA
VIXIT
ANNIS · VII
DIEBVS · VII
Capua ad D. Mariæ.

K 471 D · M
C · PETRONIVS
CRESCENS
C · PETRONIO
SECVNDO
L PIENTISSIMO · FRA
TRI · SVO · BENEMER
ENTI · QVI · VIX · AN
NIS · XVI · DIEBVS · XVI
è schedis Barberinis.

473 D · M
SEX · POMPVSIDIVS
PRIMIGENIVS · ET
LVSCIA · EVTICHIA
FECERVNT
LVSCIAE · APRILI
FIL·SVAE·VIX·ANN·III
MEN · III
Ex Angelotto.

474 VREN-

475 VRENTIVS IN ·
II · M · II D II DP · ·
NPORTVN · · ·

In pavimento D. Pauli

476 Θ K *D M*

ΔΑΜΑCΕΤΙ *Damaseto*
ΕΥΑΝΔΡΑΔΙ *Evandradi*
ΓΛΥΚΥΤΑΤω *dulcissimo*
ΤΕΚΝω · ΕΖΗ *filio vix*
ΕΤΗ · Μ · Β *Annis II·M·II*

è schedis Barberinis.

477 D M
C · V. ASIDIVS
ZOSIMVS · ET
IVLIA · VICTO
RINA · PAR · F
VASIDIAE · ZO
SIMAE · BENEM
ERENTI · QVAE
VIXIT · ANNIS
VII · MENS · VII
DIES · VII

Ex Boisardo To. IV. pag. 70. in Grutero mutila.

Hujus generis est, diem eundem, & natalem, & fatalem, aliquos sortitos fuisse; quod de Rege Attalo, deque Pompejo Magno Plutarchus in Camil. de M. Ofilio HilaroComœdiarũ Histrione testatur A
Plinius Historicus lib. VII. cap. LIII; traduntque recentiores rerum Lusitanicarum Scriptores, Henrico Cardinali, eidemque Portugalliæ Regi accidisse, B
qui eâdem die atque horâ, qua LXIIX. antea annis lucem aspexerat, vitæ suæ cursum explevit pridie Kal. Februarias MDLXXX: sicque in Grutero pag. CM- C
XXXIV. 4 de *Q. Batonio Telesphoro* narratur, qui ANNIS LXXX VIXIT INTEGER INTEGROS;

D

478 LOCVS · SACER
IVSSV · Q · BATONI
TELESPHORI
FECIT E
Q · BATONIVS · ONE
SIMVS · PATRONO · PIO
VIXIT · ANNIS · LXXX
INTEGER · INTEGROS F

ut de Raphaele Sanctio nostrate, superioris sæculi Apelle altero, totidem verbis prædicat Bembus, quem laudatorem habere meruit in pereleganti hoc Epitaphio, G
tumulo ejus ad Sanctæ Mariæ ad Martyres inscripto.

479 D O M
RAPHAELI · SANCTIO · IOAN · F · VRBINAT · H
PICTORI · EMINENTISS · VETERVMQ · AEMVLO
CVIVS · SPIRANTEIS · PROPE · IMAGINEIS · SI
CONTEMPLERE · NATVRAE · ATQ · ARTIS · FOEDVS
FACILE · INSPEXERIS · I
IVLII · II · ET · LEONIS · X · PONTT · MAXX · PICTVRAE
ET · ARCHITECT · OPERIBVS · GLORIAM · AVXIT
· V · A · XXXVII · INTEGER · INTEGROS
QVO · DIE · NATVS · EST · EO · ESSE · DESIIT K
VIII · ID · APRIL · M · D · XX ·
ILLE HIC EST RAPHAEL TIMVIT QVO SOSPITE VINCI
RERVM MAGNA PARENS ET MORIENTE MORI

cujus Epitaphii extremam partem, quæ ex alio ejusdem Altaris latere continuabatur, eliminavit is, qui (per maximam Raphaelis iniuriam, dum illi honorem parasse videri voluit) Annibali Caraccio L
locum fecit, & extra oculi prospectum ita sublimavit, ut quodammodo aboleret. Ea hoc pacto se habet.

480 MA-

A 480 MARIAE ANTONII F· BIBIENAE SPONSAE EIVS
QVAE LAETOS HYMENAEOS MORTE PRAEVERTIT
ET ANTE NVPTIALES FACES VIRGO EST ELATA
BALTASAR TVRINVS PISCIEN· LEONIS X DATAR
B ET IO· BAPTISTA BRANCONIVS AQVILANVS A CVBIC
B · M · EX TESTAMENTO POSVERVNT
CVRANTE HIERONIMO VAGNINO VRBINATI
RAPHAELI PROPINQVO
C QVI DOTEM QVOQVE HVIVS SACELLI
SVA PECVNIA AVXIT

Ex vetustate hasce nostras depromimus,

481 IVLIVS·BALERIANVS
D QVI·VIXIT·ANNIS·N·XX
NATALI·SVO·D
SODALICIARIVS
BONVS·AMORATVS
E FILETIVS VSQVE AT FOTSA

è schedis Barberinis.

482 D · M
T·FLAVIO·PARIDIONI
VIXIT·ANN·XVIIII
DECESSIT·NATALI·SVO
T·FLAVIVS·PARIS·ET·FLAVIA
PITHVSA·PARENTES·FILIO·SVO

Ex eisdem.

483 SETIMIA ROMANA QVE VIXIT ANNIS XIII VITA
FVNCTA DVODECIMO KALENDAS OCTOBRIS
F DIE NATALI SVO VIRGO POEMENIA MATER
DOLENS POSVIT FILIAE BENEMERENTI
IN PACE

In Cœmeterio Pontiani.

G 484 VICTOR EGO QVONDAM IN MATVRA AETATE DEFECI
EREPTVS SVPERIS TARTAREA CVSTODIA SEDES
ET SI INIMICI MVLTI TAMEN SVPERASSE ME CREDO
CARENDO INSIDIAS GEMITVMQ MEORVM LABORVM
H REDDITVS IN TERRA CORPVS CVI VITA HEREBAT
SPS ANIMAQVE MEA EXPECTA DIE VLTIMO CAVSA
ADVENTVM SCI CREDO GAVDERE ME IVSTE
SERVII MANDATIS MEA AB INEVNTE AETATE
I PER GRADVS ASCENDI VSQVE HOC PRESBITER VENI
TERRA MARIQVE FVI TANTVM PRO NOMINE CRISTI
EXPECTO MERCEDE BONIS REPROMISSA CAELORVM
ANNORVM QVINQVAGINTA HODIE AETATE PEREGI D·IIII·ID·A··

In Vinea Nobb. de Bolognettis ad Viam Nomentanam.

K Diem minus exprimit hæc alia nuperrimè in Cœmeterio SS. Gordiani & Epimachi reperta,

485 I X Θ Y C

I POSTVMIVS·EVTHERION·FIDELIS·QVI·GRATIA·SANCTA CONSECVTVS
L X PRIDIE·NATALI·SVO·SEROTINA·HORA REDDIT DEBITVM VITAE SVAE QVI VIXIT
Θ ANNIS SEX·ET·DEPOSITVS·V·IDVS·IVLIAS·DIE·IOVIS·QVO·ET·NATVS·EST·CVIVS
Y ANIMA·CVM·SANCTOS·IN·PACE·FILIO·BENEMERENTI·POSTVMII·FELICISSIMVS
C N ET·EVTHENIA·FESTA·AVIA·IPSPIVS

quæ ex eodem die Iovis quo natus est, debitumque vitæ reddidit, duplicem bissextilem denotat, vel in fine primi & quinti, vel in secundi & sexti ætatis annorum, ut ex hoc schemate patet. A

an. Nativit.	V. Id. Iul.	Iovis	rursus	Iovis
primo completo	ob bissextum	Sat.		Veneris
secundo		Solis	ob bissextum	Solis
tertio		Lunæ		Lunæ
quarto		Martis		Martis
quinto	ob bissextum	Iovis		Mercurii
sexto		Veneris	ob bissextum	Veneris

B

C

& sic pridie diei natalis, hoc est Iovis.

In hac classe meritò reponetur ea, quã suprà recensuimus num. 448, in qua in eundem diem III. Kal. Febr. incidisse legimus duos illos, quos coniugi suavissimos reputat Plautus,

Quo nubit illa, quo vè fertur in rogum: vel etiam binæ istæ, quæ continent solius diei defectum ad seculare tempus in prima, & tricenarium annorum numerum in altera.

486 BENEMEREMTI EXVPERANTIO
QVI VIXIT AN XCVIIII·M·
XI·D·XXVIIII·D·P·VII·IDVS
corona & falx IVLIAS
CASARVS A FVRCA
Ad D. Petri in Monte aureo.

487 X KAL · IVN
EXSVPERI · IN P
ACE·QVI·VIXIT·AN
XXVIIII · MEN · XI·
M ET · D · XXVIIII
In Cæmeterio B. Castuli.

* *pag.* 274. K. *Sub Domitiano*] Domitianum fuisse, cujus nomen in subdita Inscriptione abrasum apparet, certissimum est ex Fastis, tum ex Nervæ collegio, tum ex multiplicatis ultra omnium Imperatorum exemplum consularibus fascibus. Refertur hæc nominis obliteratio ad decretum illud Senatus, de quo Svetonius cap. 23. *Eradendos ubique titulos, abolendamque omnem memoriam &c.* Nam & in Asiam quoque eundem pessimi principis odium vires, an virus, extendisse docet Inscriptionis Sipylenæ fragmentum apud Eminentiss. Norisium in Epist. Consul. pag. 55. in quo consulatus ejusdem IX. cum Q. Pettilio Rufo II. expunctus pariter legitur. D E F G

* *pag.* 277. E. *Equorum simulachra*] Nomina non Equorum tantùm, verùm etiam Canum, Mularum, & Avicularum celebrata reperio; & in primis AVRAE & CHRYSIDIS, in hac nuper detecta inscriptione in Via Appia. H I

488

venator cum cassibus	*vir equestris cum iaculo*	*Canis sub qua*	*aper iaculo confossus*	D I D I O	*Cervus & Lepus*	*Canis sub qua*	*venator cum iaculo*	K
		AVRA		THREMMATIO ALVMNO EDVCATORES		CHRYSIS		

In fronte Sarcophagi penès Nobb. de Cinciis.

Et quod mireris, tanquam nobilitatem utriusque Canis adstruens, eadem nomina, græco tamen idiomate, repetita vidi in Sarda gemmula apud D. Marcum Antonium Sabatinum celebrem Antiquarium, & cimeliorum ejusmodi pretiosum emptorem, in qua vir advectus equo duabus Canibus super quibus ita scriptum L

A scriptum est AYPA, XPICIC Cervum fugientem urget.

Aliam Canem AVIENAM nomine, ex AVIENO domino, ex schedis Vaticanis exscripsi.

B 489 AVIENVS

Venator iaculum protendens. Canis ad pedes, sub qua

AVIENAE

De eo quod vetus epigramma credidit Iacobus Gutherius de Iur. Man. lib. II. cap. XXXVII., recentem authorem dat nobis liber Peniæ MS. non semel laudatus, sub hoc titulo.

Romæ super Canis sepulchro in Aedibus Ducis Vrbini in Via Lata in muro Horti lapide marmoreo.

C 490 QVOD POTVI POSVI TIBI FIDA CATELLA SEPVLCHRVM
DIGNA MAGIS CAELI MVNERE QVAM TVMVLI
CANDENTI E LAPIDE HAEC TIBI CONVENIT VRNA FVISTI
D CANDIDA TOTA PILO CANDIDA TOTA FIDE
SI CAELVM VT QVONDAM CANIBVS PATET HAVD TVA TER-
INCENDET SED VER STELLA PERENNE DABIT (RAS
TITAE CATELLAE BLANDISSIMAE ANTONIVS THEBALDAEVS

E Ejusdem ætatis sequens Epitaphium puto, quamvis ex Collectione Veterum Epigrammatum Vaticanæ Bibliothecæ illud exceperim.

F 491 LONGO AC FIDO
AMORE PROBATVS
DOMINO · SENIO
CONFECTVS SER
VATA STIRPE HIC
IACEO · HOC ME HO
NORE SEPVLCHRI
HERVS DIGNATVS
EST

Catellus assurgens.

RVBINIO CATVLO

Inter spuria huic locum fecit Gruterus;

G 492 DIS PED SAX
CIVCIAE DORSIFERAE CLVNIFERAE PESSVETAE
MANSVETAE CVIVS VT INSVLTVRA DESVLTVRAE
H COMMODETVR · P · CRASSVS MVLAE SVAE
CRASSAE BENE FERENTI SVPPEDANEVM HOC CVM
RISV POSVIT VEX · AN · XI · M · X · DI · ET NO · L



Vinea de la Borue in Pariolo, in lapide Tiburtino huius forma.

I quod veriùs recens, sed antiqui leporis dicere poterat. Autographum recognovi, & ex eo scripturam apud multos mutilam, & sensu atque acumine præcipuo carentem, supplevi.

Quòd ad Aves attinet, incertæ quidem speciei, sed plurium imitatricis, meminit hoc inter schedas Barber. tetrastichon.

K 493 HIC · SITA · SVM · VARIOS · AVIVM · PERFINGERE · CANTVS
DOCTA · AVIS · E SICVLO · PRAEDA · PETITA · SINV
NVPER · HERVM · STVDIIS · FESSVM · CVRISQVE · LEVABAM
L NVNC · MANES · IN · BLANDIS · MVLCEO · RAPTA · SONIS

In hoc alio Lusciniæ epitaphio, antiquo vasi minutissimis characteribus insculpto, quod inter joco-seria pag. 235. dicitur fuisse Iacobi Bosii, & modò in Museo Nobb. de Maximis asservatur; Sirenulam suam Licinia Filumena lepi-

dissimâ hac funebri nænia deplorat, ut olim factum credimus *Lusciniæ tumulum si Thelesina dedit*; A ut cecinit Martialis lib. VII. epig. 87.

494 DIS · AVIBVS
LVSCINIAE PHILVMENAE EX AVIARIO DOMITIOR
SELECTAE VERSICOLORI PVLCERRIMAE CANTRICI B
SVAVISS· OMNIBVS GRATIIS AD DIGITVM PIPILLANTI
IN POCVLO MVRRHINO CAPVT ABLVENTI
INFELICITER SVMMERSAE HEV MISELLA
AVICVLA HINC INDE VOLITABAS TOTA C
GARRVLA TOTA FESTIVA LATITAS MODO
INTER PVLLA LEPTYNIS LOCVLAMENTA
IMPLVMIS FRIGIDVLA CLAVSIS OCELLIS D
LICINIA FILVMENA DELICIAE SVAE
QVAM IN SINV PASTILLIS ALEBAT
IN PROPRIO CVBICVLO ALVMNAE KARISS·
LACRVMANS POS·
HAVE AVIS IOCVNDISSIMA QVAE MIHI VOLANS E
OBVIA BLANDO PERSONANS ROSTELLO SALVE
TOTIES CECINISTI CAVE AVIS AVIA AVERNA
VALE ET VOLA PER ELISIVM
IN CAVEA PICTA SALTANS QVAE DVLCE CANEBAT F
MVTA TENEBROSA NVNC IACET IN CAVEA

* *pag.* 278.C. *HERCVLI·SACRVM*] Rarissima hæc inscriptio, desperatæ lectionis in aliquibus, adeò multa continet, ut pleniorem enucleationem mereatur. Suffecerit tamen nonnulla circa eam delibare, quantùm perfunctoria atque incidens hæc nostra de ipsa mentio patitur. Lis, super qua tres isti insignes Iuris Interpretes interloqvuti sunt, agitata videtur inter Fullones & Magistros Fontanos: ultra enim mentionem Fontano- G rum, quæ lineâ VIII. secundæ columnæ habetur; proximè ad hunc cippum, alius ab eisdem Magistris Fontanis Minervæ dedicatus, inventus fuit, utrimque (ut H hìc vides) inscriptus, rubricatis literis.

495 MINERVAE. AVG
SACRVM
NERONE · CLAVDIO· II
L·CAESIO·MARTIALE COS
L·SELLIVS·GORGIA·MAG·III
Q·NONIVS·AMANVS·MAG·III
Q·LOLLIVS·FAVSTVS·MAG II
M·ANTISTIVS·LAETVS·MAG·II
Q·HORTESIVS·CARPVS·MAG·I
Q·IVLIVS·AGATOPVS·MAG·I
MAG · FONTANI · P · S · P
DEDIC · K · DEC

aversâ parte

SACRO · AVG·
L · SELLIVS · GORGIA I
M · TER
Q · NONIVS · AMANVS
M · TER
Q · LOLLIVS · FAVSTVS K
M · BIS
M · ANTISTIVS · LAETV
M · BIS
Q· ORTENSIVS · CARPVS
M · SEM L
Q· IVLIVS · AGATOPVS
M · SEM

Neque alios profectò credibile est eos sex pariter Magistros fuisse, qui sequentem

A tem lapidem eodem loci effoſſum Dianæ dedicarunt,

496 DIANAE · SAC
D · D · MAG
B M · VALERIVS · EPAPHRA
L · MVTIVS · FORTVNATVS
III
C L · ABVRCIVS · EVTYCHVS
III
C · IVLIVS · HERMIA · III
L · MVTIVS · TROPHIMVS
L · POMPEIVS · FELIX
SEX · OCTAVIO · FRONT
TI · IVLIO · CANDIDO
CoS

De facili autem controverſiæ oriri poterant inter Magiſtros Fontanos & Fullonum Collegium, ut de aquarum uſu, iſtis maximè neceſſario penſionem pendere cogerentur, à qua tamen abſolutos fuiſſe dicitur. Collegium dixi, quia de eo memoria extat in hoc fragmento, ad Vineã Mandoſiam in Aggeris extremitate extra veterem Portam Collinam exiſtente.

D 497 ENTIA · DOMINORVM · N · N · AVGG
RELI · ANTONINI · · · · · · · · · ·
TAE · MATRIS · AVG · ET · CAS · · · ·
E PLANIVS · PRIMITIVS · VLPIVS · VLPIANVS
AVFIDIVS · ARTEMIDORVS · AELIVS · FELIX
AVFIDIVS · CRESCES · AELIVS · EVPHRATES
THREPTVS · · STATILI · LIBVRNIVS · LVCRIO
F VACIVS · BARSEMIAS · VLPIVS · OSIVS
LPIVS · CAESORINVS · AELIVS · BASILAEVS
RELIVS · CLEMES · MODIVS · VENVST
PONIVS · · · · · · NAS · AELIVS · GENIALIS
G INA · EVTYCHES · FLAVIVS · HERACL · · ·
S · AELIVS · MAGIVS · FORTV · · · · · ·
COLLEGII · HVIVS · LOCI · FVLLO

Aliquam veluti umbram connexionis
H hujus corporis Fullonum cum Fontanis, oſtendit lapis iſte inemendatus, & inemendabilis, ſed ita ex parva baſi in Horto Matthæjorum ſub Cœlio colle, prope
I veteris Capenę Portę ſitú à me exſcriptus.

498 A · V · G T N
FONTI · AVG
M · P · R ❦
K REFECIT · FVLONI
NOS · PHILIPPORV

Corrigunt hæ interlocutionum inſcriptiones laterculum conſularẽ Severi Ale-
L xandri & Marcelli; quia ambo iterum conſules ſcribi debent, non ſemel tantùm, ut in Marcello Faſti vulgares, atque etiam Vindobonenſes adnotant. Alios conſules enunciatos Frontinum & Candidum, ſuffectos quidem, ſed ignoto mihi tempore fuiſſe credo; & L. Cæſium Martialem ſecundo Neronis cum L. Calpurnio Piſone conſulatu, extremis anni menſibus collegam adſcitum, ut dubitando ad inſcriptionem ſimile par Conſulum continentem Sponius quoque innuit in Miſcell. Sect. VIII. pag. 278. Quæ ſi vera ſunt, Neronem ſcilicet collegis tantùm immutatis in Magiſtratu per integrum anni curriculum perduraſſe; corruit ſuffectio Ducennii Gemini, & Pompei Paullini à Kal. Iulis per Panvinium, neſcio quo authore, aſſerta.

A conſulatu Alexandri Aug. II. & Marcelli II. uſque ad tempora Peregrini

& Aemi-

& Aemiliani coss. decem & octo anni effluxerunt; per totidemque lis ejusmodi agitata est: ne novum sæculi nostri malum videatur, litigiosa juris ignoratione controversiarum definitiones in immensum quandoque produci.

Indistinctè Perfectissimum Virum, & Virum Perfectissimum scribi, jam pridem observavit Gothofredus, ne mirum appareat, nostram inscriptionem de V.P. cum alia de PP.VV. nos copulasse.

Erit forsan cui magis arrideat explicatio illarum notarum PP. VV. *Prudentissimi Viri*, quod veterum Iuris Consultorum proprium olim epitheton fuit; itaut *Prudentes* passim pro Iuris Interpretibus sumantur, Instit. lib. I. tit. II. §. Responsa Prudentum, item lib. II. tit. XX. §. Optionis, ibi, *quod plerique Prudentium contra benevolentiam introducebant*: & præcipuè in Procem. §. penult. ubi post expressos suis nominibus Tribonianum, Theophilum, & Dorotheum, simili eos titulo decorat, *cùm tres prædicti* VIRI PRVDENTES *nobis obtulerunt*. Sic namque Cassium quoque Longinum Iuris authorem VIRVM PRVDENTISSIMVM appellat Aggenus Vrbicus de controv. agror. p. I. omissis aliis exemplis, quæ in Indice ad Rei Agrariæ Scriptores Antiquos, verb. *Prudentia* Goesius congessit. Id verò unicuique integrum esto: Sed nos à proposita interpretatione non recedimus; tum quia insuetus est in Inscriptionibus titulus ille Virorum Prudentium, vel Prudentissimorum; tum quia (quoad hanc Exquilinam) titulus VV. PP. cum officio Præfecti Vigilum coniunctus est, cui Perfectissimatus prærogativam asserunt geminæ apud Gruterum inscriptiones 9. & 10. pag. MLXXXVI.

* *pag. 280. A. SIGNA·TRANSLATA·EX·ABDITIS·LOCIS*] Postquam fateri cogor me nescire quid sibi velit hæc clausula; aliam similem, cujus æquè ignorationem profiteor, ut crucem curiosis figam, hìc expono. A

499 ROMAN B

IVN·PRISCILIANVS·MAXIMVS
V·C·CVR·LAVR·LAV
DIC·N·M·Q·EIVS

Basis ingens supernè abrupta in Oppido Pratica, ubi olim Lavinium C

TRANSLATA·EX·OBSCV
RO·LOCO·CVRANTE
IVNIO·GALLIENO·V·C·PP D
POTIF·DEI·SOLIS·INVICTI
CVR·T·L·L

In fundo ejusdem Baseos.

pag. 280. D. Vir seminudus falce spicas demetens] Viri messores appositè funebribus monumentis inseruntur; hac siquidem comparatione utitur M. Antoninus de Vita sua lib. XI. βίον θερίζειν ὥστε κάρπιμον στάχυν, *frugiferam utì spicam meæ vitæ metam*; & ex Euripideo illo carmine, quod laudat vertitque Cicero Tuscul. Quæst. lib. III. E F G

Reddenda est terra terra, tum vita omnibus
Metenda ut fruges: Sic jubet necessitas. H

* *pag. 294. A. Servilis conditionis &c.*] Turbare videtur Scaliger, qui in Indice nominum referens hanc apud Gruterum inscriptionem pag. DXCVII. 2, I

500 DIS·MANIBVS
FAVSTI·PACCI
SATVRNINI·DISP
PACCIA·SECVNDA K
CONIVGI
BENE·MERENTI
POSVIT
PERMISSV·IVLIORVM L
ORIENTIS·ANICETI
LALI·ANTHI
ET·PYRRICHES

cujus

A cujus autographum non jam in Ara marmorea, ut ibi dicitur, sed in parva tabella in Museo Barberino recognovi, *Fausto* PACCI nomen aggregat, quod ipsius
B domino, PACCIO scilicet SATVRNINO, reddendum assero; ut nostræ inscriptionis, aliarumque, quas in comprobationem adduximus, fides constet.

C * *pag.* 295. F. *GAE NAEO &c.*] Apertè delirat Sponius in Notis ad hanc inscriptionem, quam NATALIS dispensator Augusti GAENAEO fratri & conservo
D posuit, dum de Natalitiis Augustorum, ita illam interpretatur Sect. III. Miscell. pag. 218, *Natales Augustorum quotannis celebrari solebant, non sine magnis*
E *impensis, quarum rationes curabant & exscribebant bis destinati Tabularius & Adiutor, sive Vicarius Tabularij*: Et tamen plana omnia; nam nomen servile
F *Natalis* in Grutero occurrit pag. CMLXXXI. 1. & MCXIII. 1; simileque servile ministerium Adiutoris Tabulariorũ pag. DLXXIX. 10, DLXXXIX. 4. & 5,
G atque adeò κατ᾽ἀπόδας eam accipere, facile simul & tutum nemini non videri potest.

* *pag.* 302. I. *DISI· OPERVM · PVBLICORVM*] *Designatorum* officium, quos græco verbo βραβευτὰς appellat Vlpianus in l. Athletas 4. D. de his qui not. infam. quasi Dispensatorum præmiorum, vel Iudicum sive Moderatorum Sacrorum certaminum, in hunc Hieroclem, non cadit, cùm non *certaminibus*, ut lex illa intelligit, sed *operibus publicis* ministerium suum præstiterit; ut & alius apud Gruterum pag. CCLXX. 6, qui DISSIGNATOR SCAENARVM dicitur; sub quo nomine Architectum indicari haud omnino improbabile existimo, favente etiam, nî fallor, interpretatione, loci illius Ciceroniani in Epist. III. ad Attic. lib. IV. Decimi dissignatoris, qui Clodio ad disturbanda ædificia præstò erat. Designatorem, seu Dissignatorem absolutè, habent inscriptiones binæ apud eundem Gruterum pag. DCI. 1, & DCXXV. 11, atque hæc nostra optimæ notæ, in Villam Carpineam à proximo Cœmeterio B. Calepodii translata.

501 L · VETTIVS · L · L · AVCTVS · DISSIGNATOR
FECIT · SIBI · ET · SVIS · POSTERISQ · EORVM
H AFRANIA · C · F · PRISCA · VXOR · C · AVIANIVS · CLA
LICINIA · SP · F · TERTVLLA · PRISCVS · V · A · XXXII
CONIVNX · VIX · ANN · XXVIII
AGRIA · ZMYRNA · MATER
I VETTIA · L · Ɔ · L · NEBRIS
L · VETTIVS · CRESCENS · V · A · XII
L · VETTIVS · L · Ɔ · L · PRIMIGENIVS

Cùm igitur propriè DISIGNATORIS
K officium habeamus, eò minùs oportebat, Reinesium hisce marmoribus violentas iterum manus inferre, utì LIBertum supplendo fecerat, DISPENSATOREM
L reponendo.

* *pag.* 307. K. *SER · PECVLIARIS · LAMPADAR*] Lampadarios dictos fuisse eos, *qui Lampadum Palatij curam haberent, ut accenderentur & niterent*, voluerunt Brissonius, Pancirolus, & alii: Sed ita eorum officium præferendi faces tum Imperatoribus, tum summis Magistratibus, & tam apud Latinos, quàm apud Græcos, explanat doctissimus Fresnius, ut nobis assentiendi potiùs necessitas, quàm censendi facultas relicta sit. Ex horum itaque Servorum classe hinc

fuisse

fuisse conjicio eum; quem *prælucentem* vocat Suetonius in Octavio cap. 29. *Tonanti Iovi Aedem consecrauit, liberatus periculo, cùm expeditione Cantabricâ per nocturnũ iter lecticã ejus fulgur perstrinxisset, servumq; prælucentem exanimasset.*

Peculiares verò servos, ad distinctionem *publicorum* dictos, ex Suetonio in Cæsare cap. 76. bene opinatus est Turnebus Adversf. lib. II. cap. XXVII. De utrisque plurima in Grutero commemoratio. In nostris *peculiarem vernam* suprà n. 246. exposuimus: *publicum* hîc damus.

502 D · M
HELIO · AFIN
PVB · AVG
SEXTIA · PSYCHE
CONIVGI · B · M

In Museo Bellorio.

Sic enim, nempe PVBLICO AVGVRVM, legendum docet indubiè hæc alia apud Gruterum pag. MLXXXVII. 7. de hoc eodem Helio Affiniano, ejusque conjuge Sextia Psyche mentionem habens.

503 DIS·MANIBVS·SACRVM
VIVENIAE · L · F · HELIADI
VIXIT·ANNIS·XVI·MENSIB·VI
FECER · HELIVS · AFFINIANVS · PVBLICV
AVGVRVM·CVM·SEX·PSYCHE·CONIVGE
FILIAE · PIENTISSIMAE

Hæc, pace eruditi marmoris possessoris dicta sint. Quamvis namque ipse PVBLILIA (scilicet Tribu) AVGVRI explicandum putaverit, meque ut suprà legentem corripuerit; præter apertam Gruterianæ inscriptionis authoritatem, (cujus tamen ignorationem non imputo) erratum ipsius detegit inepta Tribus collocatio, quæ, ut mox probabo, inter nomen cognomenq. perpetuò recensetur; & servilis Helii status, qui eundem, civilitatis & Tribus expertem reddebat. Nullus enim dubito, sub hoc *publici* nomine servum publicum venire, quales apparent FELIX CORNELIANVS, & FORTVNATVS SVLPICIANVS *publici Curionales* apud Gruterum paginâ CCCV. num. 5. & 6, HERMES CESENNIANVS *publicus Pontificum* pag. CCCVI. 4, APOLAVSTVS MODIANVS, & APOLAVSTVS CLAVDIANVS *publici Septemvirûm Epulonûm* pag. CCCVII. 3, & MAGNVS PVBLICIANVS *publicus XV Virûm Sacris faciundis*, anonymus ··· ESINIANVS *publicus Pontificum*, PHILOXENVS IVLIANVS *publicus à Bibliotheca Græca Porticus Octaviæ* in hisce nostris sequentibus.

504 DIS · MANIBVS
L · ANCHARIO · PRISCIAN
VIXIT · AN · II · M · X · DIEB · XXVIII · ET
ANCHARIAE · FELICISSIMAE
VIX · A · XI · M · X · D · XV · FIL · DVLCISSIMIS · FECER
MAGNVS · PVBLICIANVS · PVBLICVS · XV · VIR · S · F
ET · ANCHARIA · FELICVLA · SIBI · ET · SVIS · LIBERTIS
LIBERTABVSQVE · POSTERISQ · EORVM

Apud Nobb. de Casalibus.

505 ······ EPIGONE · FECIT · SIBI · ET
··· ESINIANO · PVBLICO · PONTIFI
·. A · MEMMIO · ROMANO · F · SVO
ET · LIB · LIBERTABVSQ · SVIS · POST
EORVM

Ad D. Pauli ante Sacrarium.

506 PHI-

A 506 PHILOXENVS·IVLIANVS
PVBLIC·DE·PORTICV
OCTAVIAE·A BIBLIOTHECA
GRAECA

B *è schedis Barberinis*.

Quibus addi meretur EVVODVS RVBLIANVS numeri LXIII. Cap. I; atque sequens nostri itidem Musei lapis, quamvis
C sine officio, BITHI PVBLICI PAVLLIANI,

XXXXII


D BITHI · PVBLICI
PAVLLIANI · FECIT
AEMILIA · PRIMA
CONCVBINA·EIVS·ET·HERES

E aliusque Villę Pamphiliæ RESTITVTI PVBLICI.

507 D · M · S
M · GELLIO · AELIO
F AMICO · OPTIMO
RESTITVTVS · PVBLICVS
ET·GELLIA·NYMPHIDIA
SVO
G CONIVGI · KARISSIMO
ET·GELLIA·FLORENTINA
TATAE·PIENTISSIMO·FE.
CERVNT

H Supplemus obiter laudatam inscriptionem FELICIS CORNELIANI ex autographo in Villa Medicea ad Flaminiã,

I 508



DIS · MANIBVS
K FELICI · CORNELIANO
PVBLICO · CVRIONALI
VIXIT · ANNIS · LVIII
IVLIA · CLOE
L CONIVGI
BENEMERENTI
FECIT

tum in tribus lineis, penès Gruterum pag. CCCV. 5. incuriâ transcribentis omissis, tum in instrumentis sacrificalibus, căpeduncula scilicet, & aquæ lustralis vase, per quæ ad ipsa curionia sacra hunc *publicum* adhibitum infertur. *Cornelianum* autem hunc servum, ex iis fuisse credere licet cum Lipsio Elect. lib. I. cap. 22, quos Cornelius Sylla Dictator è servis Proscriptorum *publicos* effecit, & à suo nomine Corneliani dicti fuerunt, ut ait Appianus lib. I. Civil.

De recta adnotatione Tribus cui Quirites accensebantur, occasione suprà laudati marmoris Belloriani, dicendum est. Locus itaque (ut præmisi) est inter nomen gentilitium, sive paternum prænomen, & militis cognomen; hoc enim ordine vetustissimâ illa legis Serviliæ fragmenta (sic vocat Sigonius de Ant. Iur. Pop. Rom. post pag. 226.) apud Gruterum pag. DVI. & sequenti PATREM TRIBVM COGNOMENQVE, ad integram cujuspiam descriptionem constanter exposcunt; priori scilicet Tabulâ, lin. 14. & 17, posteriori lin. 9. & 13. Vnde patet Equitis Sertorii Vrsati lapsus in suis Patav. Monum. pag. 77. ubi inscriptionis illius X. pag. 53. verba AVR· IVSTINO· APRIONI· VET· legit *Aurelio Iustino Aprioni Veturia*, scilicet, è Tribu Veturia, cum *Veteranus* commodè & propriè se offerat. Cavendum etiam moneo ab eodem Vrsato, ubi τὸ AVR. tanquam prænomen assumitur: quodnam enim nomen Militi isti fuisse dicemus? Promptius namque est jacturam prænominis ferre in hisce Aureliis militaribus viris, ex quibus quamplurimos absque prænomine ostendit Gruterus à pagina DXXVI. per septem sequentes, quàm ad prænomina hoc nomen ablegare, contra Scaligeri in Indice Gruteriano judicium; nullo Scriptore præeunte, neque, ut putamus, subsecuturo. Nam duo illa cognomi-

gnomina IVSTINI & APRIONIS toleranda ſunt eo ſæculo, in quo non duo ſolùm, ut AVR · VICTOR · AVGENTIVS, AVR · IVLIVS · BALBILLVS, AVR · TVL · EVPREPES, AVR · PET · SOSTRAT, AVR · NVM · ELEVTHER, AVR · CYRILL · EPAFRODIT, AVR · CALL · MARO, AVR · MARCELLVS DEMARCHIO in hac noſtra è Vinea Nobb. de Cavaleriis.

509 D M

AVR · MARCELLO · DEM
ARCHIO · AVRELII · DE
MARCHIVS · ET · VIC
TORIA · ORBATI · HOC
FILIO · MELLE · DVLCIORI
QVI · VIXIT · ANNIS
TRIBVS · MENSES
DVO · DIE · XXVI
FECERVNT

Et cum ipſo prænomine (ne prænominis vicem occupaſſe, quis cum Vrſato adhuc cavilletur) L · AVRELIVS · APOLAVSTVS · MEMPHIVS, L · AVR · AVIANVS · SYMMACHVS, M · M · AVRELII · LVCIANVS · ASELLIO, & LVCIANVS · VERVS, M · AVRELIVS · LVCIDVS · PIVS, M · AVRELIVS · MARIVS · SELEVCVS, M · AVRELIVS · VICTOR · FRONTINVS, M · AVRELIVS · STERLINIVS · CARPVS: Sed & tria nomina adhiberi ſolita erant, ut in L · AVRELIO · CAECILIO · PLANETA · PROTOGENE, ac M · AVRELIO · PRIMO · VICTORE · HYPEROCHIO apud eundem Gruter. fit evidens.

Hac eâdem lege, ritè poſitâ Tribu Galeriâ in epigrammate Sex. Ligurii ſex. fil. Galeriâ Marini, cap. II. ſuarum Antiq. Lugdunen. pag. 26, bene etiam interpunӕto apud Gruterum, qui priùs illud vulgaverat pag. CCCCXXXI. 1, ipſe tamen dithyrambicâ licentiâ Tribum cum cognomine coniunxit, dum ita vernaculè explicat, *ſurnommè Galeriamarinus*: A
rurſuſque chordâ oberrat eâdem in Miſcell. Sect. X. pag. 363. vertens Π ΛΙΚΙΝΙΟϹ Π Τ ΑΙΜ ΠΡΕΙϹΚΟϹ *P. Licinius Pyem Priſcus* ubi vertere debuiſſet B
P. Licinius Publii filius Aemilia (ſcilicet Tribu) *Priſcus*; antecedenti epigraphe admonente Τ ΦΛΑΥΙΟϹ Τ ΥΙΟϹ ΚΥΡΕΙΝΑ ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟϹ, quâ rectè per- C
ceperat, vertendo *T. Flavius T. fil. Quirinâ Artemidorus*. Idem verò (ut faciliùs aliena errata, quàm noſtra dignoſcimus) eundem lapſum Humphridi ita D
corrigit ad hanc inſcriptionem marmoris Ceſtrenſis,

510 I · O · M · TANARO
T · ELVPIVS · GALERIA E
PRAESENS · GVNA
PRI · LEG · XX · V · V
COMMODO · ET
LATERANO F
COS
V · S · L · M

inter Oxonienſia CXLVIII, & inter ſua Miſcell. pag. 74. (poſtquam deglutiverat G
in alia LXXXII. apud eundem, ubi ex *Quirina* Tribu *Quirini* pariter cognomen efficitur) *T. Elupius Præſens Galeriâ Tribu, non verò Galerius, ut habet* H
Commentator. Optimè quidem, niſi quòd, poſteaquam inſcriptionem emendandam ſuſceperat, colophonem addere debuiſſet, ut doceret, ita poſt enunciatam I
Tribum cognomen collocari, ut nos generatim advertimus, quemadmodum poſt cognomen ſequitur patria, GVNA ſcilicet Syriæ Vrbs ex Stephano cognita, K
ne abolito *Præſentis* cognomine, monſtrum illud PRAESES PROVINCIAE GVINETAE, Muſis iratis reſultaret.

Eandem cum Sponio falſam opinionem induit Laurentius Begerus in ſuo L
Spicil. Antiquit. par. III. num. 2, ubi
L · CORNELIVM · L · F · GAL*eriâ Tribu*
CINNAM

A CINNAM, *Lucium Cornelium Gallum Cinnam* vocandum credit; similiterq; in alia inscr. XXXVII. à nobis Cap. VI. inserenda C·IVLIVM·C·F·STEL*latina*
B *Tribu* SEVERVM, quarto, superfluoque nomine *Cajum Iulium Stellam Severum* indigetat. Tristanus quoque in re nummaria præstantissimus author, in eo offendit, ut TI·CLAVDIVM·TI·F PAL*atinâ Tribu* QVARTINVM, *Titum* (Tiberium dicendû) *Claudium Pallantiû Quartinû* nominet To. II. p. 160.

Patriam in inscriptionibus præsertim militum ultra Tribum addi solitam, hoc alio marmore Hortorum Barberinorum dictante ediscimus.

C 511 VICTORIAE · REDVCIS · DD · NN
· · · · · · · · · · · · · ·
PII · FELICIS · AVG · ET · · · · · · ·
LIAE · · · · · · · · · · · ·
D IVGI · D · N · MILITES · LEG · II
PARTH · · · · · · · P · F · E
AET · Q · M · COCLATINO · AD
VENTO · COS · QVORVM · NOMI
E NA · CVM · TRIBVS · ET · PATRI
· · IS · INSERTA · SVN · DEVO
· · TI · NVMINI · MAIESTATI
· · · QVE · EORVM · D · X · K · AVG · PERE
F GRINO · ET · AEMILIANO · IN HIS
· · ET · EVOK · AVGG · NN · CVRA · AGE
· · TE · POM ON · IVLIANO · R · LEG · EIVS

Nota ex hac inscriptione prænomen no-
G menque notis Q. M. signatum, & expressa cognomina COCLATINI ADVENTI, qui A. V. CMLXXI. collega Macrini processit; sed hujus nomine è Fastis
H eraso, *quasi qui solus consulatum gessisset*, hìc nominatur. Plura de hoc laterculo tum doctrinâ, tum lepóre commendanda affert Eminentissimus Norisius in sua Epist. Consul. pag. 129.

Patriam (inquam) eo ordine collocabant, quo sparsim Cap. superiori in Militibus Vrbanis & Prætorianis, ac præsertim in Tabula num. 536. ostendimus. Aliæ sequentes, ultra celebrem laminam Musei Macarani Cap. II. pag. 37. de Colum. Trajani expositam, pleniùs rem illustrare valebunt.

I 512	MMIV	S	· · F ·				
	OLCIV	S	M · F ·	POM ·	FELI	X	AESERN
	NICIV	S	Q · F ·	VOL ·	MAXIMV	S	PHILIP
	ALERIV	S	M · F ·	POM ·	APRONIANV	S	DERT
K	ARTIV	S	L · F ·	ANI ·	ATRO	X	ARIM
	MATIV	S	L · F ·	POM ·	VITALI	S	AESERN
			COH ·	VII			
			7 ·	CASSI			
L	IO		CAESARE				COS
	LAELIV	S	L · F ·	ANI ·	PAVLINV	S	VERC
	OCTAVIV	S	L · F ·	PVB ·	FELI	X	ANAGN

Fragmentum ex schedis Barberinis.

513 . . . . MP A
. . . . S ANCY
. . . . ACV S BERY
. . . . PAVLVS DAMASC

7 SALLVSTI · PROCVLI B

M·AVREL	M·F	FL	NER	O	SISCIA	
L·MARIVS	L·F	FL	CANDIDV	S	SISCIA	
M·ACILIVS	M·F	VEL	MARCELLV	S	AQVIL	C
P·AELIVS	P·F	AEL	SCANTIV	S	MVRS	
M·AVREL	M·F	VLP	HEVRETV	S	ANCH	
M·AVREL	M·F	VLP	LARINV	S	ANCH	
M·AVREL	M·F	VLP	MINDIANV	S	ANCH	D
M·AVREL	M·F	VLP	DARDANV	S	SERD	
M·AVREL	M·F	VLP	CELSV	S	PAVT	
M·AVREL	M·F	VLP	MAIO	R	BEROE	
M·AVREL	M·F	AVG	MARCIANV	S	TRA	E
M·AVREL	M·F	FL	ARCAINV	S	FI · ·	
M·AVREL	M·F	FL	SILVANV	S	· · ·	
M·AVREL	M·F	AVR	· · · · ·	· · ·	· · · ·	
M·AVREL	M·F	· · ·	· · · · ·	· · ·	· · · ·	F
M·AVREL	M·F	· · ·	· · · · ·	· · ·	· · · ·	

Aliud in Vinea Nobb. de Olgiatis ad Aggerem.

514 SIGNVM·GENI·CENTVRIAE·CVM·AEDE·MARMORIBVS·EXORNATA·ET·ARA·SVA·PE- (CVNIA·FECERVNT
7·Q·SOCCONIVS·Q·F·CRV·PRIMVS·TVDER·ET·EVOCATI·ET·MILITES·QVORVM·NO- G
DEDIC · KAL · IVNIS (MINA·IN·ARA·SCRIPTA·SVNT
IMP·M·AVRELIO·COMMODO·ANTONINO·AVG·III·L·ANTISTIO·BVRRO·COS

Vinea PP. Soc. Iesu ad Castrum Pratorium in epistylio porta.

Adverti meretur in hac inscriptione prænomen LVCII Antistio Burro tributum, quod hactenus Scriptores Fastorum latuit, & pro Emin. Norisio in egregia illa Epist. Consul. pag. 115. apud Pagium suum supplemus.

515 L · DVCCIVS
L·F·VOL·RVFI
NVS · VIEN
SIGNIF·LEG·VIII
AN · XXIIX
H · S · E

Eboraci è schedis Barberinis.

Turbat Ill. Com: Malvasiam in suis Marm. Felsin. pag. 500. inscriptio hæc T. ACILII paullum à regula recedens, *quam quomodo excuset, se nescire* ait:

516 T·ACILIVS·T·F
CAPITO · GALE H
RIA · BIRBILI
MIL·CHOR·X·PR
7 · MATI
VIX·ANN·XXV·MIL I
ANN·IIII·T·P·I

aliam namqve C. SQVETERNII, tanquam è Ligoriana fæce, nihil moror. Sed Viro Cl. regulam agnoscere, eamque K sexcentis bene apud Gruterum conceptis inscriptionibus consentientibus, Quadratarii unius vel alterius ignorationi opponere, satis esse debuit: neque enim sola L ista (quæ etiam in Thesauro Gruteri legitur pag. DXVI. 4) à præscripto aberrat, sed nonnullæ quoque aliæ, quibus tanquam

A tanquam fabrilibus, vel vulgaribus mendis nos affici minimè oportet. Suntque hæ:

517. T·ANTISTIVS
B SABINVS·STEL
AVG·TAVRIN
MIL · AN · X
COH · I · PR
C 7 · ROMVLI
Gruter. pag. DXXI. 3.

518 D ❦ M
T·AVRELIO·T·F·VLP
D NOVIOMAG·VINDICI
EQ·SIN·IMP·N·TVR
AEL · VERECVNDI
VIX·ANN·XXIIX·MIL·AN·XI
E T·AVR·PLACIDVS·HERES
AMICO·OPTIMO·F·C· ❦
Idem pag. DXXXII. 9.

519 P·BARBIVS·P·F
F PAPIRIA·POETOVIONE
MAXIMIANVS·MILES
COH·V·PRAETORIAE·STIP
XIIII·EX· 7 ·MONNI·VIXIT
G ANNOS·XXXIII·DIES·V
AMICO·ET·CONTVBERNALI
BENEMERENTI
C·FANNIVS·RESTVTVS
H HERES·EIVS·FACERE
CVRAVIT
Idem pag. DXXXIII 8.

520 C·MVRRIVS·C·F·ARNIENSIS
I FORO·IVLI·MODESTVS·MIL
LEG·II·AD·P·F·IVLI·SECVNDI
ANN·XXV·STIPEND
H·S·E
K *Idem pag. DLIV. 2.*

521 IVSTO·TRIBV
VOLTINIA·
PATRONO·LIB
L ERTI·BENE·
MERENTI·
FECERVNT
Vinea Sciarra via Aurelia.

522 D · M
C·SABINIO·C·F
SOLVA · ANCVLA
TO · VETERANO
COH·IIII·PR·S·ANTO
NIVS · EVPORVS
AEVOCATVS·AVG
N·ET·IVLIA·TAE
ODORA · COIVS
B · M · FECER·
Grut. pag. DLVIIII. 5.

ultra eas quas suprà Cap.III. exposuimus num. 104. 123. & 125, quæ pariter, præpostero ab eo quem diximus ordine, patriam anteTribum, vel post utramque, cognomen digesserunt.

* *pag.* 315. G. *SACRORVM·ROMANIENSI*] Quænam propriè & antonomasticos sint *Sacra Romaniensia*, quibus mulier ista adscripta fuerit, libens me edoceri patiar, cum te ediscere, æquè ignarus ipse, non valeam. Sodalitium SACRORVM·TVSCVLANORVM invenio in Grutero pag. CCCCLXXIX. 6, sed virorum, & non ad rem nostram. Muliebria quidem Romæ sacra non una fuerunt. Antiquissima, & verè Romana, Bonæ Deæ dici possunt, sive ea Fauni filia, ut Varroni, sive, ut Plutarcho, uxor extiterit, Græcæ originis. Græcæ quidem originis, sed à Romulo ipso (ut in Apologem. in Gronovium dixi pag. 6) recepta fuit Cereris superstitio, per Feminas Sacerdotes abstemias celebrari solita. Alterutrum placeat, optio tibi esto. Et quidem Cereris publicam Populi Romani Sacerdotem exhibet hæc inscriptio apud Gruterum pag. CCCVIII. 4.

523 CASPONIA·P·F
MAXIMA
SACERDOS·CERERIS
PVBLICA
POPVLI·ROMANI
SICVLA

Siculi

Siculi generis, ex Græca scilicet aliqua Colonia, Civem tamen Romanam effectam, quò *Deos immortales scientiâ peregrinâ & externâ, mente domesticâ & civili precaretur*; ut fieri debere, exemplo Calliphanæ Veliensis ait Cicero in Orat. pro Balbo. Talem ex latino *Flaviæ* nomine, græcoque *Ammiæ* fuisse puto Sacerdotem hujus inscriptionis nuper inter Capenates detectæ in fundo RR. Monachorum Sancti Benedicti prope Lacum *di Civitella*:

524 FLAVIAE
AMMIAE
SACERDOTI
CERERIS
OB·HONOREM
CAERIMONIORVM
HONESTISSIME
PREBITORVM
DECRETO·ORDINIS

sive *Claudiam* istam *Craitam* apud Gruterum pag. MLXV. 9,

525 CLAVDIA·CRAITA
MACESTERI
SVI
CERERI·SANCTIS
SIMAE·D·D

in qua, ut in similibus passim, Magisterium pro Sacerdotio accipi videmus.

Matris item Matutæ Templum & cultum, græci pariter ritus, Romæ fuisse ex Ovidio Fastor. lib. VI. vers. 475, & ex Plutarcho in Vita Camilli agnoscimus; A
ejusque Sacerdotium ad feminas spectasse docet hæc inscriptio, quam ex Grutero pag. LX. 7. exceptam, ex meo quoque veteri MS. exhibeo, atque operæ pretium B
in ea emendanda, hujus coniecturæ occasione, me fecisse credo. C

526 *Iuxta Oppidum Cori.*

CERVARIA·SP·F·FORTVNATA
MAGISTRA D
MATRI·MATVTAE
D·D
PAVL·TONTIA·M·F·ET
CONSVA E
PICATRICES

Ex Apiano.

527 PAVL·TOVTIA·M·F·ET
CONSVPLICATRICES F
CERVARIA·SP·F·FORTVNATA
MAGISTRA
MATRI·MATVTAE
D·D G

Coræ in Æde Petri de Monte.

Hanc Aedem olim pro Templo Leucotheæ stetisse indicat hæc alia ibidem reperta inscriptio, eidemque veteri MS. H consignata.

528 MARCVS·MALLIVS·M·F·L·TVRPILIVS
L·F·DVOMVIRES·DE·SENATVS·SENTENTIA
AEDEM·FACIENDAM·COERAVERVNT. EISDEM I
QVE·PROBAVERE

Cæterùm, neque τὸ SACRORVM ROMANIENSIVM, sive MINISTRA sive SACERDOS, sive aliud quid supplendum ad integritatem sit, sine exemplo remanet: quia in eodem Grutero pag. CCCXII. 6. SACRORVM ISIDIS, quin & pag. CCCXXV. 15. SACRORVM simpliciter, eâdem reticentia enunciatur.

ROMANIENSIS verò denominatiuum (quod hìc propriè de extera superstitione Romæ advectâ diceretur) in K
Grutero bis legitur; PISTOR scilicet ROMANIENSIS pag. XLI. 7, & SAGARIVS ROMANENSIS pag. DCL. L
6; iterumque habetur inter nostras in hac apud Leprinianum Castrum pariter in Capenatibus inscriptione reperta:

529 L.

A 529 L · PACATIO · TYRANNO
HONORATO · COLLEGI
FABRVM · TIGNARIORVM
ROMANENSIVM · EX
B DECRETO · ORDINIS · MVNICIPI
CAPENATIVM · FOEDERATORVM
CONLATIONE · FACTA · ORDINIS
EIVSDEM · MVNICIPI · ET
C AVGVSTALIVM · ET · VICANORVM
ITEM · LIBERTORVM · IPSIVS
OB · MERITA · EIVS
L · D · D · X · D

D in qua, transcriptoris errore, qui in prima linea EPAGATO TVRANNO reddidit, adeò se involvit Reinesius Clas. X. num. 13, ut cognomen *Tyranni* in E nomen Gentis Turanniæ, vel Turraniæ concinnet, & *Epagatho* cognomini prępostere societ; tanquam si solitum esset, F cognomen ipsi nomini præmittere; quod tamen ex aliquibus Scriptorum locis sed ex nulla inscriptione probat: nec rem ipsâ novitate suspectam proponere opus G habuisset, si Langermannus à quo inscriptionem accepit, hanc (ut alias plurimas) suo more non vitiasset.

** *pag.* 319. A. *à nomine, seu cognomine prioris domini &c.*] Servos istos priorem dominum referentes, plurimos fuisse oportuit, & præsertim Cæsareos; quales sunt inter jam recēsitos, EVVODIVS RVBLIANVS Cap. I. num. LXIII. ANTHVS AGRIPPINIANVS ibidem, num. 265, HERMES RVSTICIANVS suprà num. 314, EPAPHRODITVS AGNIANVS num. 326, CLEMENS CLAVDIANVS num. 334, AESOPVS APSYRTIANVS num. 383, ZETHVS SEMNIANVS num. 413; istique ANTEROS LACONIANVS, & CISSVS SVLLEIANVS:

H 530 SVRVLAE · M · L · TERTIAE
PATRONAE
ANTEROTI · CAESARIS
LACONIANO
I PRIMA · LIBERTA · FECIT
Villa Corsina.

531 CISSVS
CAESARIS·AVG·CVB
K SVLLEIAN·V·A·XXX
è schedis Barberinis.

posteaquam Augustus Anno Vrbis DCCXLVI, veteri jure, quo Servos in Do- L minum quæstioni subiicere vetabatur, antiquato, Servos Reorum publicari, vel sibi vendi instituit, teste Dione lib. LV; quod deinde in legem transiit, quæ non solum Rei, verùm etiam Accusatoris Servos comprehendebat, ut disponitur in l. si postulaverit 27. §. jubet lex D. ad l. Iul. de adult. & stup. Auctâ postea in immensum sub malis Principibus delatorùm turbâ & collusione, (variis quippe præmiis id genus grassatores, qui Forum insederant alliciebantur, à Brissonio Select. Antiq. lib. III. cap. XVII. enumeratis) & splendidissimis passim Viris de

variis

variis criminibus postulatis, numerum horum servorum pariter crevisse par fuit. Vnde minimè vanum atque absurdum erit forsan opinari, delationum suppliciorumque à Tacito abundè relatorum, reliquias fuisse nomina ista CORNELIANI (missâ etiam suprà adductâ conjecturâ pag. 337. de servis Syllanæ pro-

scriptionis) sive LACONIANI, SVL- A
PICIANI, CLAVDIANI, RVSTICIANI & IVLIANI, Servos olim *Cornelii Laconis*, *Sulpicii Aspri*, *Claudiæ Pulchræ*, *Aruleni Rustici*, vel *Iuliorum* B
Antonii, *Marini*, *Agrippæ* & *Albini*, exprimentia.

CAPVT . QVINCTVM

A PATRONIS · ET · DOMINIS · ET · CONTRA
A T Q V E
AB · INCERTIS · ET · SINGVLARIBVS · POSITAE

I
D M
F P AEL AVG
LIB AGATHE
MERI · ADIVT
AB · EPIST · LAT
G IVVENIS · IN
FELICISSIMI

H VARIOS *Adiutores* inter officia, inter dignitates, atque inter militaria recenset Gruterus quasi Subministros; & talem hunc Pu-
I blium Aelium tibi finge, et qui *ab Epistulis* erat quodammodo subditum, eiusque imperiis obtemperantem, ad instar Subprocuratoris, Subvilici, Subpræto-
K ris, Subpræfecti, & Suboptionis, de quibus idem Gruterus.

Alium ejusdem muneris, ne omninò unicus hic noster sit, habet hæc inscri-
L ptio relata à P. Mabillonio in suo Itin. Ital. pag. 193. Vnicum certè (quòd viderim) *Adiutorem à Sacris* dedi Cap. IV. num. 382;

1 D M
FAVSTVS · AVG · LIB
ADIVTOR · AB · EPIS
TVLIS · LAT · VIXIT
ANNIS · XVIIII · M · IIII
DIEB · XVI · FECIT
ARTEMISIVS · PAE
DAGOGVS · ET · LIB
PVERO
RARISSIMO

itemque *à cognitionibus domnicis* Cap. III. num. 514, & *Rationalium* Cap. I. num. 257. Adiutores *Tabularii* & *à rationibus* jam Grutero cognitos, in aliis etiam inscriptionibus post ipsum repertis ostendi Cap. IV. num. 8, 247, 266, & 361. quibus adde hunc *Ianurium* ex Vrsato.

2 D M
IANVARIAE
MATRI · PIEN
TISSIMAE
IANVRIVS · AVG
N · ADIVT · TABVL
F C

Xx &T. Ae-

& *T. Aelium* è nostris;

3 D · M
T·AELIVS·CRISPIN
VS·AVG·LIB·ATIVTOR
A RATIONIBVS · QVI
VIXIT·ANNOS·XXII
Apud Hieronymum Propolam.

ac denique *Adiutorem ab Actis Vestalem* in sequenti inscriptione.

4 D . M
CATILIAE·T·F·PIAE
CONIVGI·CARISSIM
T·FLAVIVS·AVG·LIB
VESTALIS
ADIVTOR·AB·ACTIS
In Vinea extra Portam S. Ioannis.

Prænomen *Publii* in Agathemero arguit, ipsum Aelii Hadriani libertum fuisse; unde etiam ipsius Augusti prænomen ex Dione cognitum apparet, quamvis eo nusquam (quòd viderim) usus legatur.

II D M
AELIVS·ZOTICVS·ET·ARSIN
AVGVSTORVM·SERVA
VERNA·ET·FLAVIA·EVFROSYNE
VIVI·CON·PARAVERVM·SIBI
ET·SVIS·LIBERTIS LIBERTABVS·Q
VE·SVIS·POSTERISQVE·SVORVM

Viventes adhuc, Diis Manibus, tanquam extra supraque humanám sortem positis, tumulos suos dicasse, suprà Cap. II. pag. 80. D. abundè ostendimus.

CON·PARAVERVM pro *comparaverunt* est de fæce plebis, ita scribentis, ut per idiotismum loquebatur; cujus generis est in Grutero FECERVM pro *fecerunt* pag. DCLXXXVI. 3, atque in hisce nostris Inscriptionibus,

5 D ❦ M
SEX·IVLIVS·STEFANVS
ET·ANNIA·SABINA·FECERVM
SIBI·ET·SVIS·LIBERTIS
LIBERTABVSQ·P·EORVM
INF·P·VIII·INAG·P·VIII

6 T·CLAVDIVS BERICVDVS A
LEPIDIA FELICITAS ET FELIX
FECERVM SIBI ET
SVI ET LIBERTIS LIBERTA
BVQVE·POTERIQVE B
HEORVM
Villa Corsina utraque.

& TRVN·PPP· pro *trium Publiorum* pag. DCCCLIV.8. Eorum opinio- C
nis, *qui perinde scribendum ac loquamur existimant*, spretis Grammaticorum legibus, fuisse Augustum, tradit Suetonius
cap. 88, unde miratur traditionem ali- D
quorum, *legato eum consulari successorem dedisse, ut rudi, & indocto*, cujus *manu IXI pro IPSI scriptum animad-*
verterit. E

III
D ❦ M
T ALFACI SCANTIA F
NI VIXIT ANNIS
VII MENSIBVS·
VII DIEBVS X
T ALFACIVS SEVE
RVS PATRONVS G
LIBERTO DVLCIS
SIMO

De Ascia, qua hoc monumentum in- H
signitur diximus ad lapidem SALSONIAE num. XLVIIII. Cap. III. ex aliorum, nostraque novâ sententiâ. Nîl aliud
itaque continet præsens, præter insoli- I
tam hujus elementi F scripturam in sexta linea, ex I & C, vel ut inter utramque
literam in serie medii, ex utraque confla- K
ti: cujus tamen aliud exemplum dat sequens Musei Ciampini fragmentum, quod etiam secundæ vocalis per H græ-
cum scriptio notabile reddit. L

7 DIS·MAN·MES
TRIAE·PROVIC
TRICI·FHCIT·M

Nova

A Nova item Gentis hujus *Alfaciæ* nuncupatio, aliis Grutero ignotis familiis, de quibus peculiarem censum Cap. IX. constituemus, adiungenda erit.

B IV

C
ANTONIA
TIBVRTINA
A·BRITTIO·PRIS
CO

D V
D · M
L· ARRVNTIO· SVC
CESSO · VERNAE· SVO
E QVI· VIX· ANN· XI· M· V
D·VI·FECIT·VLPIA·FAVSTNA
·ET · IVCVNDAE·
ET · FIRMO·
F AEQVE · VERNIS·

Tribus nominibus,ut cæteri liberi homines decoratus iste *Successus*, adhuc G *Verna* inscribitur, ut & *P. Ligarius Primitivus* Cap. II. num. 8, *M. Antistius Valentinus* Cap. IV. num. 427, & *L. Annajus Firmus* in hac ex Prideaux pag. H 77. excepta inscriptione (quæ trium dierum errorem continet.)

8
D · M
L· ANNAIO· FIRM·
I VIXIT· ANNIS· V·
M·II·D·VI·H·VI
QVI· NATVS· EST
NONIS · IVLIIS
K DEFVNCTVS
EST· IIII· IDVS
SEPTEMBRIS·
ANNAIA· FERV
L SA· VERNAE· SV
O· KARISSIMO

Ex quibus mirè id quod alibi diximus pag. 296. comprobatur, Vernulas ejusmodi in sinu herili altos atque educatos, magni fecisse etiam post libertatem adeptam id genus servitii honestioris titulum memorare. Quomodo autem Vlpiæ libertus *Arruntius* vocari potuerit, ideo factum credo, quia ex viro Vlpiæ Faustinæ, gentis Arruntiæ, communis hic Servus, vel si mavis Arruntii viri peculiaris, nomen traxerit. Regulam enim quam suprà Cap. I. pag. 27 admisimus, iterum tuemur, libertos scilicet à suis dominis prænomen nomenque mutuatos, servili suo nomine in cognomen verso, ut ex Vrsato contra ipsum Vrsatum ibidem probavimus: Sed aliquando, non solùm prænomina, ut in sequentibus;

9
C·CASSIVS·Q·L
APVLLONIVS
VIVONE
C·CASSIVS·C·F·COL
CASSIA·C·L
EPICARPIA
CASSIA·Ↄ·L·MVS
IN·FRONTE·P·XII
IN·AGRO·P·XIIX

Vinea Carpinea ad Viam Aur. ex lapide Gabino.

10
D · M
L· BARBVNTEIO
DEMETRIO· ARCHIG
SALONITANO · QVI
ANNIS· XVII· VSQ· AD
ANN· LXXV· INTEGR
SACRA· CONFECIT
BARBVNTEIA· THALLV
SA·C·L·ISTERA·PATRONO
PIENTISS· POSVIT

Iadera ex schedis Chisiis.

11 L·PLIMINIO·L·L·EVTYCHO
LITIC·LEG·X·FRETENSIS
QVI·VIX·ANN·XXVI·M·X·D··
Q·PLIMINIVS·L·L·NESTOR
FR·PIISS·POSVIT

è schedis Lilii Vaticanis.

12 M·LATRIDIVS·A·L
HILARVS·SEXVIR
SIBI·ET·LATRIDIAE
PHILEMAE·CONLIBERTAE
ET·CONCVBINAE·SVAE
ET·CLEOPATRAE·LIBERTAE
VIVOS·FECIT

Fani Fortunæ ex schedis Barberinis.

13 DIS·MAN
LICINIAE
C·LIB·ISIDI
L·LICINIVS
FREGELLANVS
LIBERTAE
B·M·F

Hortis Iustinianeis.

14 P·CLODIVS·APPI·L
PHILARGVRVS
SCRIBONIA·Ɔ·L·GLYCERA

è schedis Barberinis.

15 Q·IVNIO·CN·L
LICTORE

Vinea PP. Prædicatorum Via Salaria.

16 P·ANTONIO·M·L·PHILEMO
ET·LIBERTIS·ET·LIBERTABVS
EIVS·INFRONTE·P·XII
INAGRO·P·XII

Prope Mauf. D. Helenæ in Tiburtino lapide.

& in *C. Critonio Pu. Pu. liberto* Cap. I. num. 140: Verùm etiam nomina ipsa libertorum (modò tales sint) & patronorum diversa apparent, ut in hisce;

17 L·IVNIVS·L·F·PAL·TARQVITI
ANVS·FEC·MONVMEN
A·ACILIO·CARITO·PATRONO
OPTVMO·B·D·S·M
ET·IVNIO·ACILIO·VETERANO·F

è schedis Barberinis.

18 TI·CLAVDIO·EVNO
IVLIA·EVTERPE
PATRONO·FECIT

Meo veteri MS.

& in *M. Valio M. Baebi lib.* Cap. IV. num. 194. De quo non una ratio valet
adduci. Prima est, quòd in præmissis A
duabus, aliisque similibus, in quibus *liberti* titulus expressus non legitur L. IVNIVS, & IVLIA EVTERPE non liberti, sed clientes Acilii & Claudii esse B
potuerunt, propriâ quidem & frequenti apud Latinos Authores significatione. Alia potior & communis est, nomina quidem vel prænomina patronis suis C
quandoque non respondentia, ex patronorum permissu ita imposita fuisse. Docet quippe Cicero Epist. 14. libri IV. ad Atticum, è duobus ipsius Attici servis D
Eutychide & Dionysio libertate donatis, alterum Titum Cæcilium, alterum Marcum Pomponium vocatus, ibi *De Eutychide gratum, qui vetere prænomine novo* E
nomine Titus erit Cæcilius; ut ex me & te junctus Dionysius erit Marcus Pomponius. Ad cujus loci enucleationem, memineris, Titum Pomponium Atti- F
cum à Quincto Cæcilio avunculo adoptatum (ut Attici Vitæ Scriptor tradit) vetus nomen ac prænomen abiecisse, atque ex lege adoptionis Quinctum Cæci- G
lium Pomponianum Atticũ vocari cœpisse, ut de hoc novo nomine simul cum ampla hereditate adscito, idem Cicero Epist. 20. libri III. jam gratulatus fuerat. H
En igitur quomodo ex vetere prænomine *Titus*, ex novo autem nomine *Cæcilius* Eutychides dictus est; quemadmodum ex prænomine Ciceronis, & veteri I
nomine Attici *Marcus Pomponius Dionysius* coagmentatur.

Vsum adverbii illius *æquè*, notandum potiùs quàm imitandum propono; cum K
nusquam alibi viderim, *æquè vernis* pro *ipsis quoque vernis* usurpari: *Aequè* enim dicitur de iis rebus, quæ magis vel minùs ad æqualitatem accedere possunt, non L
de appellatione ista vernarum, quæ latitudinem comparationis non recipit; nullus enim verna reperitur, qui perinde àc

alter

A alter, & omnibus, ut ajunt, numeris verna non ſit.

VI

D M
ATILIAE · ZOSIMES
B VIXIT · ANNIS · VIIII
MENSIBVS · QVINQVE
AELIVS · ALEXANDER
C ET · ATILIA · TRYPHERA
ALVMNAE

De ſignificatione vocis iſtius *Alumnus*, longam adverſus Accurſium in l. 1.
D C. quæ res pign. oblig. poſſ. inſtituit diſputationem Ioſeph Caſtalio in calce ſuarum Var. Lect. cujus ſumma in grammaticalibus præcipuè verſatur, in pro-
E bando nempe *Alumnum* nuſquam pro *altore*, ut Accurſius, nonnulliique alii volunt, ſed ſemper pro eo qui alitur accipi debere; quod neſcio an feliciter exequa-
F tur. Illud certè dixerim, quoad legalem illius textus intelligentiam, parùm meliùs Accurſiô ſe geſſiſſe. Veriùs itaque ratiocinatur Lipſius Ep. VIII. Cent. I. ad
G Belg. quinam ſint propriè *alumni* de quibus Impp. Severus & Antoninus in ea lege loqvuntur; iis ſcilicet, qui à parenti-
H bus inhumaniter abjecti, feriſque & avibus expoſiti, à prætereuntibus tralatitiâ humanitate ſublati, atque educati reperiebantur; idque præcipuè ex Plinii Epiſt.
I 71. ad Trajanum lib. X, & Cæſaris ad eum reſponſione colligitur. Hoc, in jis qui Servi vocantur, ut hic VATERIVS noſtri Muſei;

K VII

D M
VATERIO · SER
BVLO · ALVMN
L O · PATRONI ·
F · C · B · M · VIX ·
ANN · X · M · VIIII
D · X ·

vel ſervilia nomina retinent aut Altorem in patronum agnoſcunt, haud ægrè admittimus: in quorum numerum ſequentes reponimus.

19 T · AELIVS · AVG · LIB
SATVRNINVS
A DIPLOMATIBVS
SARDONICHI
ALVMNO · FIDELISSIMO
Villa Cæſarina.

20 D · M
FLAVIAE · T · FIL
VETTILIAE
VIX · ANN · IIII · M · VI
FLAVIVS · PALMA · ET
VETTIA · ANTIGONA
PARENTES · ET · FAVSTO
ALVMNO · VIX · ANN · IX ·
Hortis Iuſtinianeis.

21 MARONI · ALVMNO
C · CALPVRNIVS
LAVSVS
Beneventi ex ſchedis Barberinis.

22 ZMARAGDO
IVLIA · C · F
TREBONIA
ALVMNO
PIENTISSIMORVM
PIISSIMO
ET · DVLCISSIMO
In ſcalis Vineæ prope Mauſ. D. Helenæ.

23 DIS · MANIB
TI · CLAVDIVS
IVCVNDVS · AVG
L · FEC · FAVSTO
ALVMNO · SVO
è ſchedis Barberinis.

24 D · M
HERCLANI
QVI · VIXIT · ANN · XXV
FLAVIA · MARCELLINA
ALVMNO · BENEMEREN
TI · FECIT
Hortis Matthaiis.

25 ANI-

25 ANIMAE·INNOCENTISSIMAE
QVAE · VIXIT · ANN · VIIII
MENSIBVS · VII
P · CORNELIVS
PHILODAMVS
ALVMNAE · DVLCISSIMAE
ET · SIBI · AMANTISSIMAE
FECIT
Ad Divæ Agnetis.

26 D · M · VLPIO · AVG · LIB
FLORIDO · PATRONO
OPTIMO · ET · BENE
MERENTI
M·VLP·PHILETVS·ALVMN
M· VLP· TELESPHORVS
VLPIA · PARAMONE
LIBERT
Florentiæ apud Nobb. de Gaddis.

A

B

C

27 D · M
RVFINAE · ALVMNAE · PIENTISSIMAE
ET · INCOMPARABILI · QVAE · VIX · ANN
XVII · M · X · DIES · II · FIDE · COGNITA · MEMOR
è schedis Barberinis.

D

28 D · M
C · APRICIVS · ACHIL
LAEVS·FECIT·RHOTE
IO · ALVMNO · SVO
BENEMERENTI
Villa Corsina.

29 D · M
SECVNDINO
ALVMNO· INFAN
TI · DVLCISSIMO
QVI·VIX·ANN·I·M·X
DIEB·XVII·HERMES
ET · PRIMITIVA
FECERVNT

30 D · M
CERDIPPO
ALVMNO
BENEMER
CLODIVS
IVSTVS

31 D · M
EGRILIA
VITALIONI· ALVMNO
SVO·B·M·F·Q·V·M·X

32 CALLINICVS·ET·OCTAVIA
FELICISSIMO · ALVMNO
QVI· VIX · ANN · XIII
MEN · VII · D · VII
è schedis Barberinis omnes.

33 TI · IVL · CRESCEN
TI · L · PVLLAENVS
CRESCES · FILIVS
ET · HERMOPHI
LVS · ALVMNVS
B · M · F
A Muro Torto.

E

F

34 D · M
DONATO · ALVMNO
KARISSIMO · BENE
MERENTI
SATVRNINVS · ARI ...
FECIT
Apud Martium Milesium è schedis Barberinis.

G

H

35 D · M
VERINO · ALVM
NO · DVLCISSIM
O· QVI· VIXIT· AN
NIS· VII· MENS· III
M · FL · GAVILLA
Vinea Ciorria Via Latina.

I

36 D · M · S
DONATAE ·
BLASIVS
HELENA ·
ALVMNAE
B · M · F
Museo Carpineo.

K

L

37 D·M

A 37

D · M ·
GRAPHICES
SAENIA
DOXA
B ALVMNAE
OPTIMAE
Horto Ronconii.

38
D · M ·
C TERTIO · Q
V · AN · XVII
M · II · PARATA
ALVMNO · DVL
D F
Ad Arcus Aqua Sixtina.

Sed in aliis, non eo rigore vocabulum accipiendum est; quia tum filios, tum pueros ingenuos educatos innuunt plures inscriptiones. De filiis istas habes, quarum secundam ex Grutero petimus.

39
D · M
TI · CLAVDIO · EVTY
CHIANO · ALVNO · DVL
CISSIMO · Q · V · A · VII · M
VI · IVLIVS · EVTYCHES
ET · CLAVDIA · FILETE
PARENTES · PIENTIS
SIMI · FECERVNT
Ad D. Laurentii extra muros.

40
D M
SALVE · PVER · AETATIS · CASTAE
E GERVNTIO · ALVMNO
ET · MEAE · SENECTVTIS · ALENDAE · STVDIOSO
VIX · ANN · XV · M · IIII · D · V
QVOD · SI · VIXISSET · MELIVS · FVISSET
F APVLEIA · PLORANS · MOESTISSIMA
MATER · FECIT

41
D M *Gruter. pag. DCLVIII. 5*
P · COMPVLEI
G O · AQVILIN
O · V · A · X · M · X · D
IIII · FECIT · HOR
TESIA · TECVS
H A · ALVMNO
AVIA · SVO
Villa Corsina.

intelliges; & præsertim duas proximas à Christianis positas.

VIII

EMERINVS
VICTORINA
ALVMNAE
SVAE

Sequentes rectius de ingenuis educatis. *In lamella eburnea è Cœmeterio B. Pontiani:*

I 42
BENEMERENTI TRYPHENAE ALVM
vasculus AELIVS ET DVLCISSIMAE MATRI *columba cum ramo*
PARTENOPE ET FELIX SICVT PETIVIT FECERVT
Vinea Arrighi Via Appia.

K 43
D M
TI · CL · EVENTI
QVI · VIXIT · ANN · XVI
L TI · CL · AVG · LIB
SALVIVS · ALVMNO
BENEMERENTI
FECIT
In Vico Varii.

44
D M
M · CAECILI · AVGVS
TIN · V · A · VIII · M · IX
D · XXIII · M · CAECILIVS
CALLISTIANVS
ALVMNO · CARISSIM
POSVIT
Villa Burghesia.

45 AELIA

45 AELIA · CHRESTE · FECIT · SIBI · A
ET · P · AELIO · AVG · LIB · TROPHIMO · COIVGI
ITEM · T · AELIO · AVG · LIB · KARICO
NOMENCLATORI · FILIO · SVO · ET
DROMONI · ITEM · CRESCENTI · CAES · N · ET B
LIBERTIS · LIBERTABVS · POSTERISQVE
EORVM · CVSTODIAM · MONVMENTI
INHABITANDI · CAVSA · FECIT · AELIA
CHRESTE · ET · POST · EXCESSVM · SVVM · IS C
QVI · SVPRA · SCRIPTI · SVNT · HABITARE
IVRIS · CAVSA · RELIQVIARVM · SVORVM
ET · EVARISTI · FRATRIS
IN · FRONTE · PEDES · XXXX · IN · AGRO · PEDES · XX · ITEM D
IVRIS · SIT · P · AELI · AVG · LIB · CALIPPI · ALVMNI
ITEM · CHARITVDINIS · RELIQVIAS · PONENDAS

Ex schedis Barberinis describente Leone Allatio.

46 T · FL · AVG · LIB · HERMES · ET · AE E
LIA · IANVARIA · FECERVNT
SIBI · ET · SVIS · ET · AELIAE · FELI
CITATI · ALVMNAE · ET · CORNE
LIAE · THESPIDI · ET · FL · ALEXAN F
DRIAE · ET · LIB · LIBERTABVS
QVE · POSTERISQVE · EORVM
ET · ONESIMO · COGNATO · SVO
ET · FLAVIAE · ARETHVSAE · CONIVGI · SVAE G

Hortis Perettis.

47 D M
M · ANTONI · MODIANI · PRAEF
COH · I · COMMAGENOR · TRIB · LEG H
XX · VAL · VICTR · M · M · M · ANTONII
CARPOPHORVS · LIB · ET · MODI
ANVS · ET · CARPOPHORVS · ALVMNI
HEREDES · ARBITRATV · IPSIVS · DE · HS I
XII · N · ET · SIBI · LIB · LIBERTAB · POST · Q · EOR
H · M · D · M · A

Apud Felicem Romaulam ex schedis Vaticanis.

48 D · M
SEXTILIAE · SECVNDAE
ALVMNAE · DVLCISSIMAE
QVAE · VIXIT · AN · V · M · VIIII
FECIT · FABIA · SPICA · ET · SIBI · ET
L · SEXTILIO · SECVNDO
MARITO · SVO

Apud Mazzantes.

49 AGRIA · ANTHIS K
FECIT · AGRIAE · LVCILLAE
ALVMNAE · SVAE

Neapoli ex Capaccio.

50 D · M L
PETRONIAE · P · F · EVHODIAE
NOVELLVS · ALVMNAE

è schedis Barberinis.

51 DIS·

A 51 DIS · MANIBVS
TI·CLAVDIO·AEGISTO
VIX·ANN·IIII·MEN·VI
ALVMNO· DVLCISSIMO
B TI·CLAVDIVS· HYMEN
Apud Mazzantes.

52 M · ATTIO
M · FIL
C SVBVRANO
ALVMNO
KARISSIMO
Vinea Ammiana.

D 53 C·TITIVS · PROBVS
TITIO · SEPTI
MO· ALVMNO
POSVIT · VI
E X··· ANN···
Trani ex schedis Barberinis.

54 MARIAI · POL
MARIVS · PRIM
F MARIA · MA
XIMINA·ALVM
NI· ET·HER·P
alla Brugiata Agri Faventini.

G 55 D · M
C·NVMMIO
FELICISSIMO
QVI· V· A·I
H M·X·D·XX
ALVMNO
SVO· FECIT
C·NVMMIVS
I ANTHVS
è schedis Barberinis.

Certiùs tandem id affirmaverim de jis Alumnis, qui ex alia gente sunt ab Edu-
K catoribus suis, aliosque dominos agnoscunt, ut in sequentibus.

56 D · M
C·PACCIO·CLEMENTI
L FAENIA·FIDA·CONIVG
ET·L·FAENIVS·SOPHRON·ALVMNVS
BENEMERENTI· FECERVNT
Apud Equitem Gualdum.

57 D · M
P·PETRONIO·P·F
PAL·CANDIDO
QVI·VIXIT·AN·VII
MEN·III·D·X
BAEBIA · CELERINA
ALVMNO·ET·PETRO
NIVS·CANDIDVS·ET
CAECIL·DVMEA·FIL
KARISSIMO
è schedis Barberinis.

58 D · M
L · CANINIO
FELICI
CANINIA·CALLISTE
PATRONO·ET·CONIVGI
ET·Q·TEDIVS·GALLVS
ALVMNVS·B·M·FECERVNT
ET·SIBI·ET·SVIS
LIBERT·LIBERTABVSQ
POSTERISQ·EORVM
Hortis Iustinianeis.

59 D M
SERVIAE
CERVOLAE
ET·PRIMITIVO
ALVMNO·A·XIII
OBITIS
CAECILIA
PLVSIAS·V·F
SIBI·ET
TREBIO·MAXIMO
Aquileia ex schedis Vaticanis.

60 ·OCCEIAE·BITA
··NI·ALVMNAE
··LCISSIMAE
···ERVN·L·AV
···IVS·STATORI
····BETTVEDI
···TIS·ET·GRAP
Q·V · A · N·
V · M · S · VIII
D · I·
Vinea Cortesia ad Circum Gallieni.

 61 D·M

61 D · M
FLAVIVS · EVTYCHVS
FEC · SIBI · ET
CLAVDIAE · PRIMAE
CONIVGI · SVAE
BENEMERENTI
ET·LIB·LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE·EORVM
ET · EROTI · CAESARIS · N̄
SER · VERNAE · ALVMNO
H · M · H · N · S
Meo veteri MS.

62 D · M
L · AEMILIO
CORNELIA
NO·ALVMNO
FECIT
SEX · CETHE
GILLA · B·M
Vinea Nobb. de Bolognettis.

63 D · M
STABERIAE · FE
LICITATI·FECIT
VALERIVS·SEREN
ALVMNAE·PIENTISS
QVAE·VIXIT·AN·XVI
MENS · VIII · DIEB
XXII
Hortis Iustinianeis.

64 DIS · MANIBVS
T·FLAVIO·AVG·LIB·LVPO
CAECILIA · MARCELLINA
ALVMNA · FECIT
Ad D. Io: ante Portam Latinam.

65 D ❦ M
M · VALERIO · DAPHNICO
QVI · VIXIT · ANNIS · V ·
MENSIBVS · V · DIEBVS
XXVI · FECERVNT
VALERI · HEDONE
ALVMNO · ET · DAPHNIC
IVLIANVS · FILIO
Ad DD. Io: & Pauli in pavimento.

66 D · M A
L · VIBIO · CARIXENO
ALVMNO · CALLISTIANVS
AVG · LIB · SABINIANVS
FECIT·SIBI·ET·SVIS·LIB B
LIBERTABVSQ · POSTERISQVE
EORVM
è schedis Barberinis.

De hac verò PRIMITIVA & FELI- C
CIONE nemo opinabitur, matrem jam
adultam, unaque cum ea filium infantem, abiectos expositosque fuisse.

67 D ❦ M D
MATRI · ET · FILIO
PRIMITIVAE · ET
FELICIONI
ALVMNIS · SVIS · FECIT E
PASCHASIA · VENERANDA
Ad D. Nicolai ad Caput Domorum ex sch. Penia.

IX
D · M F
AVREL · PRIMO
LIBERTO NAT
DACVS·VIX·ANN
XXV· AVR· TATO G
EQ· SING· TVR
VICTVRI · PA
TRONVS
B · M · F. H

Plurima horum Equitum Singulariũ in inscriptionibus mentio reperitur; atqui
inter Scriptores magna de jis, eorumque I
institutione, ac munere varietas.

Marcellus Donatus ad Suetonium in Cæs. cap. 39. refert, simulque refutat eorum opinionem, qui Equos Desultorios K
eosdem atque Equos Singulares fuisse crediderunt; in eaque sistit sententia, fuisse hunc, militum equestrium excellentem
titulum ex ipsa latina proprietate, quâ L
singulare pro *excellenti* dicitur: Et tandem cum Augustanis, seu Augustalibus illis confundit, quos à Nerone institutos inquit

A inquit Tacitus lib. XIV. Annal. cap. 15, & Epitomator Dionis in Neronis Vita, qui & eorum numerum, quinque scilicet millium indicat.

B Omnes has conjecturas dispelleret Hygini liber Gromaticus, si hunc Authorem, cum Petro Fabro Semestr. lib. II. cap. IV, & Seldeno de Synedr. lib. III.
C cap. XVI, diceremus ipsum esse C. Iulium Hyginum Augusti libertum & contemporaneum, cujus vitam Suetonius descripsit lib. de Illustr. Gramm. cap. XX:
D Sed verior esto illorum censura, qui Hyginum hunc ad Trajani tempora reiiciunt; postquam Hyginus ille qui de Limitibus scripsit, de *nupero* Trajani *facto*
E *adsignationis agri Pannonici* meminit, eundemque eum esse cum nostro Authore Gromatici, optimè ex adfinitate argumenti, styliqùe similitudine evincit
F R. H. S. in Prolegomenis de Castr. Hygin. & Polyb: adhuc tamen adversùs Donatum habemus ex Hygino, Singulares hosce Equites nequaquam epitheto
G peculiari alicujus ex militibus dictos fuisse; sed gradum militiæ constituisse Prætorianæ proximum, tum munere custodiæ, tum prætenturæ viciniâ, ut non uno
H loco ostenditur. Et primò pag. 4. col. 1. vers. 7, *Equites Prætoriani* [locum accipiunt] *latere dextro Prætorij, SINGVLARES IMPERATORIS latere*
I *sinistro, quorum si major numerus fuerit, utpote, SINGVLARES DC Prætoriani CCC, poterunt CL SINGVLARES in striga Prætorianorum tendere.* Item
K col. 2. vers. 2. *Quòd si Cohortes Prætoriæ impares acceptæ fuerint, quoniam numerus & dispositio dextrâ lævâque Prætorij centuriis paribus esse debet, loco Cohor-*
L *tis, Equites Prætoriani ponentur; SINGVLARES autem si DCCC, aut DCCCC fuerint, pari numero integris strigis, lateribus tendere debent, si spatium fuerit, & strigæ sufficiant.* Rursus pag. 8. col. 2. vers. 26. *Lateribus Prætorij Cohortes Prætoriæ* [tendere debent] *ad hoc Equites Prætoriani, EQVITES SINGVLARES IMPERATORIS, alæ milliariæ &c.* Tandem pag. 10. col. 2. vers. 12, *Datos itaque numeros qui infrà scripti sunt, sic computabimus, Legiones III Vexillarij MD, Cohortes Prætoriæ IV, EQVITES SINGVLARES IMPERATORIS CCCCL, alæ milliariæ IV. &c.* Vetustatem verò eorum ante Neronem auguratur idem eruditissimus Anonymus R. H. S. in Notis ad Hyginum pag. 44. verb. SINGVLARES, *Et hos instituit Octavianus, si qua fides Inscriptionibus, in quibus frequentissimè occurrunt. In quibusdam appellantur, ut hìc, Equites Singulares, in aliis Equites Singulares Imperatoris, Equites Singulares Imperatoris nostri, Equites Singulares Cæsaris, Augusti, Augusti nostri, Domini nostri &c.* Ex inscriptionibus tamen quas citat, hanc tantùm tempora Augusti, Belliqùe Actiatici designantem invenio, quam Donato de Neronis prima institutione afferenti opponam.

68 M · AVRELIVS · M · F
CELSVS
PR · LEG · II · AVG · C · · · ·
· · · · · · · · · ·
· · · · · · · · · ·
· · · · · · · · · ·
OMNIBVS · EXPEDIT · ET
HONORIB · PERFVNCTO
DONIS · DONATVS · AB
IMP · CAES · AVG
BELL · ACT · SICIL · ET · HISP ·
TORQ · ARMIL · ET · PHAL ·
IIII · · · · · · · · ·
L · AVRELIVS · CELSVS
EQ · SING · AVG ·
PATRI · B · M · P ·
MIL · ANN · XVI · VIX · ANN ·
XXXXI · M · VI · D · III

Gruter. pag. CCCLXXI. 4.

Donati nihilo fecius error ex ipsismet, quos laudat, Authoribus, arguitur; è quibus liquet, *Augustanos*, sive ut vocat Suetonius cap. 25, *Augustianos*, ad plausus potiùs theatrales, quàm ad corporis custodiam adscitos, ut idem quoque Suetonius cap. 20. dixerat, *Captus autem modulatis Alexandrinorum laudationibus, qui de novo commeatu Neapolim confluxerant, plures Alexandriâ evocavit: neque eò segniùs adolescentulos Equestris ordinis, & quinque amplius millia è plebe robustissimæ juventutis undique elegit, qui divisi in factiones, plausuum genera condiscerent (bombos, & imbrices, & testas vocabant) operamque navarent cantanti sibi &c.* Falsum quoque est, nostros Equites fuisse unquam Augustales vocatos; quod Sacerdotii ex institutione Tiberii, de qua Tacitus Ann. lib. I. cap. 54, & Hist. lib. II. cap. 95, vel honoris nomen, principibus etiam feminis promiscuum, in Notis ad inscriptionem C. ABELASII hujus Capitis, explicabo.

Lipsius, qui de Militia Romana luculentissimum commentarium conscripsit, censuræ nostræ suo de hoc militiæ genere silentio se subtraxit; sed ipsum silentium censuram meretur; cùm præsertim, neque ubi de copiis Vrbanis in lib. de Magn. Rom. cap. IV. tractavit, ullum verbum de Equitibus Singularibus mutiverit.

De hac eadem taciturnitate P. Hermannum Hugonem, de Militia Equestri antiqua & nova pleno, eruditoque volumine expressè differentem, corripiendum video. A

Salmasius in opere postumo de Re Milit. Rom. cap. XX. Equitatus istius originem ad Celeres usque Romuleos revocat, quos (adversùs Lipsium de Milit. lib. II. cap. VI.) non vult, *ad eum usum institutos, ut Legioni adiungerentur, sed in custodiam sui corporis in pace & bello fuisse destinatos*: atqui postea Singulares cum Prætorianis, & successivè cum Domesticis & Protectoribus confundere videtur. Vnde sua eò importuniùs arripuit Sponius in Miscell. Sect. VII. pag. 258; quò Salmasius primos illos Celeres horum militiæ assimilat; Sponius verò, argumentum malè reciprocans, munera illorum nominaque his verbis confundit, *Illos Hadriani & sequentium Imperatorum ætas Singulares Imperatoris, aut Prætorianos vocabat, posterior verò Domesticos & Protectores*: alii enim Prætoriani sunt à Singularibus, ut ex Higyno ostendimus, atque ex inscriptione AELII COGITATI Cap. III. num. 76, liquet, in qua de utrisque separatim fit mentio. Nec Domestici tandem omnes, aut Protectores absolutè ad Imperatorum custodiam adhibiti, sed certis Limitibus Portubusvè tutandis, seu Pleromis suis custodiendis addicti, ut abundanter docet Gothofredus ad Tit. de Domest. & Prot. in Cod. Theod. lib. VI. Quin etiam Equites Singulares à Protectoribus diversos arguit, dispar utriusque militiæ in hac inscriptione memoria.

69 L · PETRONIO · L · F K
SAB · TAVRO · VOLV
SIANO · V · COS
ORDINARIO · PRAEF · PRAE
EM · V · PRAEF · VIGVL · P · V · TRIB L
COH · PRIMAI · PRAEF · PROTECT
AVGG · NN · ITEM · TRIB · COH · IIII · PRAET
TRIB · COH · XI · VRB · TRIB · COH · III · VIG · LEG · X

ET

A ET · XIIII · GEM · PROV · PANNONIAE · SVPERIORI
ITIM · LEG · DACIAE · PRAEPOSITO · EQVITVM · SIN
GVLARIORVM · AVGG · NN · P · P · LEG · XXX · VL
PIAE · CENTVRIONI · DEPVTATO · EQ · PVB
B EX · V · DEC · LAVR · LAVIN
ORDO · ARRETINORVM · PATRONO
OPTIMO

Gruter. pag. MXXVIII. 2.

C Reinesius denique *Singulares*, quasi *Singularios*, *Singulatores*, *uno Equo merentes*, dictos autumat ad inscr. 16. Clas. I: rectè forsan, quia cum *Singularibus* Duplicarios, & Sesquiplarios, quasi
D oppositos, in aliquibus horum Equitum inscriptionibus videmus.

E 70 D M
T · AVRELIO
SPERATO · EQ · SING
TVRM · AVRELI
F SABINIANI · NATIONE
RAETO · V · A · XXXVII
MILITAVIT · A · XVIIII
AVRELIVS · QVINTVS
DVPLICARIVS · HERES
G ET · AVRELIVS · AVRIANVS
SESQ · SECVNDVS · HERES
AMICO · OPTIMO · F · C

Hortis Iustiniani.

H 71 D M
AVREL · VICTORI · EQ
SING · TVR · CONSTAN
I TINI · NAT · DACVS
ALLECTV · EX · ALA · I · ILLY
RICOR · VIXIT · ANNIS · XXXIII
MIL · AN · XIII · VLPIVS
K MACEDO · ET · VLP · MA
TERNVS · DVPL · HERED · B · M · F

Prope Mausf. D. Helenæ.

similem habet Grut. pag. CDXLVIII. 8.

L Atqui in hoc certè lapsus fuit Reinesius, quòd eosdem, *tam in Vrbe Imperatoris, quàm in Provinciis majorum Magistratuum, & in Castris, Præfectorum Adpa-ritores* constituit; nullo sanè suarum inscriptionum exemplo, nec Scriptorum authoritate. Ex hac nostra copiosiori quidem collectione, nil tale adstruere possumus.

72 D M
IVSTVS · IVVENIS
ARMORV · CVSTOS
EQ · S · IMP · N · TVR
N · AMMINI · VIXIT
AN · XXXV · STP · XII
CVRANTE · AVFI
DIO · VICTORINO
AMICO · IPSIVS

Ad Mausoleum D. Helenæ.

73 D · M
IVLIO
ISARGVRO
LIBERO · VIXIT
ANN · XXXV
T · FL · RVFINVS
EQ · SING · AVG
TVR · GAT · LEPIDINI
AMICO · B · M · F

Villa Cæsarina.

74 D · M
VMBRIVS · VALERIANVS
BEF · EQ · S · VMBRI · F
STIP · XVII · EX · PROVIN
MAVR · CAESARENSE
VIX · ANN · XXXVI
VMBRIVS · SEDATVS · SIG
ET · VMBRIVS · SECVNDVS
CVR · FRATR · DVL · FECIT

Ædibus Barberinis.

75 D·M

75 D M A
AVREL . FIRMANVS EQ SING D N
TVR LVCIANI ORIVND EX PROVIN
PANN IMF VIX ANN·XXXV MIL AN XV
AEL MAXIMIANVS DEC ET AVREL B
CANDIDVS HERED B M F
Vinea PP. Tertii Ordinis Via Labicana.

76 D M
M : AVREL · BITHO · EQ · SING · D · N C
EX · TVRMA · LONCINI · C · N · NAT
THRAX · VIX · ANN · XXXIII · MENS
III · MIL · ANN · XV · M · AVR · SVRVS
FRATER · ET · P · · · · · · · · · · D
VN · · · · · · · · · · · · · · · ·
Ad Mausoleum D. Helenæ reperta, modò in Museo Ciampino.

77 D · M
T· AVR· SCRIBONIO· EQVIT
SING· AVG · NATIONE
BATAVS · TVRMA · AVR
SANCTINI VIXIT·ANN·XXVII
MILIT · ANN · XI · AELIVS
MAGIO · 7 · HERES· ET· AVR
MARCVS · SECVS · HER
AMICO · OPTIMO · F · C
Villa Cæsarina.

78 D · M
T · AVR · FELICI
EQ· SING · AVG · TVR
VLPI · VICTORIS
NAT · CANONEFAS
V· A· XXVIII· M·II·D·X
T · AVR · VERAX · VIX
H· AMICO·OPTIMO·F·C
Hortis Iustinianeis.

79 D · M
P· AVLINIVS · ABENTI
NVS · EQ · S · D·D · N·N
VIX · ANN · XXXVIII· M
ANN · XVIIII · T · RVFINI
NAT· GER· H· IVL·SEVERI
NVS· B· ET · VETTIVS
MARTINVS · SING
B · M · F · C
Vinea Cæsarina.

80 D · M
IVLIO · BONOSO · EQV E
SING· TVR · TERTVLLI
NAT·PANN·VIX·AN·XXVI
MIL· AN·VII· AVRELIVS
VITALIS·ET·AVREL·DIG F
NVS · HERED · B · M · F
Hortis Vaticanis.

81 D · M
VLPIO · FLAVINO G
EQ· SING · AVG
cl. Arabrigâ CL·ARA·TVRMA
VLPI · MARTIALIS
V·A·XXXX·M·A·XX H
VLPIVS · SIMPLEX
FEC
Villa Cæsarina.

82 D · M I
P · AELIVS · AVITVS
TRAIANOPOLI
TVBICEN·EQ·SING·AVG
TVRM·AELI·LVCANI K
NATIONE · THRAX
V·A·XXXV·MIL·A·XV
P·AELIVS· AVRELIVS
HER·ET·IVLIVS·MAXIMVS L
· DECVRIO· · SECVS·HER·OPTIMO
AMICO·FACIEND·CVRAVER
Hortis Pontificiis Quirinalibus.

83 SOLI

A 83 SOLI · INVICTO · DEO
EX · VOTO · SVSCEPTO
ACCEPTA · MISSIONE
HONESTA · EX · NVME
B RO · EQ · SING · AVG · P
AELIVS · AMANDVS
D · D · TERTVLLO · ET
SACERDOTI · CoS
C *ſub Protome Solis capite radiato.*
Apud Nobb. de Ceulis in Pincio.

84 D · M
AVRELIO · BAR
D BE · EQVITI · SINGV
LARI · TVR · VICTORI · M
ILI · ANN · XIII · VIX · AN
XXXIII · VALE · SEVER
E BENEMERENTE

85 D
T · AVREL · VICT
AELIA · VRSA · VIX
F XXX · M · AN · XII · EQ · S
AVG · B · TRIB · TVR · FL · IV
P · AEL · VICTOR · DEC · EQ · S
IMP · N · ET · M · VLPIVS · SILVINVS
G HERED · AMICO · OPTIMO
FACIEND · CVRAVER
è ſchedis Barberinis utraque.

86 D M
H C · IVLIVS · VICTOR · EQ
SING · AVG · TVR · CL · SPE
CTATI · NAT · PANN · CL
SAVARIA · VIX · ANN · XLV
I MIL · AN · XXV · AVR · CELER
DEC · NVMERI · EIVSDEM
H · A · O · F · C
Ad Mauſoleum D. Helenæ.

K 87 D · M
Q · MARCIVS · Q · F
CL · RVFVS · SAVARIA
DEC · EQ · SING · AVG
L ANN · XLIII · TESTAMEN
FIERI · IVSSIT · HEREDES
FAC · CVR
Vinea Nobb. de Taſſis ad Vivarium.

88 D · M
L · VALLONIO · L · F · SAPINA
LIBERIO · SPOLET
EQVO · SINGVL · VIXIT
ANN · XLIX · MENS · X
L · VALLONIVS · L · F · SAPINA
VALENS · T · F · C
IN · FR · P · XI · IN · AGR · P · XIV
è ſchedis Barberinis.

89 D
AVFIDIVS
EQ · S · IMP · N
T · APOLLINAR
N · XXVIII · STIP
RANTE · AVRE
ISIDORO

90 M
MANSVETO
NG · A · TVR

91 D · M
RESPECTINVS · RESPECTI
ANVS · N · NORICVS · T · DI
OSCORI · Q · V · AN · XXX
STIP · XII · CVRANTAE
FRONTINIO · FRONTO
NE · ERES · IPSIVS

92 D · M
O · PVTENTINO · EO SIN D N
TVR · ROMANI NA · RET · VIX AN
XXXX MIL AN XVII TVRNIVS
PEREGRINVS ORRES ET · IVLI
A CASIA CVIVX CVNERE
B · M FCERVN
Ad Mauſoleum D. Helenæ omnes.

93 D · M
IVSTVS · I · LIS · SA
EQ · S · IMPP · N · N
RAETVS · VIXIT
AN · XXX · STIP · XV
TVRM · VINDICIS
CVRANTE · IVLIO
VRSVLO
Hortis Iuſtinianeis.

94 D · M

94 D · M
CLAVD· VICTORI
EQ· SING· D·N· VIX
ANN·XXVII· MIL·AN
VII·M· AVR· VRSINVS
C· A· HERES· AMICO
B · M · P
In Monte Iordano.

95 ORNELIVS
RNELIANVS
VES·SINGVLARIS
ADLECTVS·EX
Vinea Turretta Via Labicana.

96 D · M
AVRELIVS
MASCVLINVS
TVR·QVADRAT
NAT· AFER· VIX
ANN· XXXVIII
MIL·AN·XVIIII·E·A·C *Eques Aug.*
CVRATIVS· IVVE
NIS · CVR
Ibidem.

De istis hunc *Aurelium Masculinum* fuisse credo, omissâ quamvis SING. appellatione; aliumq; similem EQ.AVG.N. apud Gruterum pag. DXXIX. 3; atque etiã EQ.CVST... AVG. pag. DLXII. 6.

Illud equidem colligemus ex pluribus Viâ Labicanâ, & præcipuè circa D. Helenæ Mausoleum repertis titulis sepulchralibus, ibidem locum eorum sepulturæ extitisse; ut de Militibus Classis Misenatis ad Viam Appiam probabiliter, ut mihi videbatur, jam pridem conieci, & paullò infrà ad Inscript. C. MVCI VALENTIS explicabo. Si quos enim alios alibi conspicimus, omnes inter se similes (Equitem in lectulo jacentem supernè, infrà Equum phaleratum, puerumque cum virga ostendentes) indèque translatos esse puto; ut de hoc meo, alioque hoc eodem Cap. VALERIO IVSTIANO subiiciendo, testari possum.

X
P · CAECILIVS A
P·P · L · FELIX
VIX · ANN · LVII
ZETHVS·SERVVS·MERENTI
DOMINO · FECIT B

Quæ de Dominorum in servos hominis tumulo & titulo honorandos pietate diximus Cap. I. pag. 6. & 42, versâ sorte de famulo in herum suum post funera fideli, mirari possumus: Eò laudabiliùs, quò dominus servum sepelire tenebatur, argumento l. si filius familias 31. §. qui servum D. de relig. & sumpt. fun. servus autem hic spontaneâ liberalitate domino suo justa persolvit. C D

XI
D · M E
CAESENNIVS.TE
LESPHO· FECIT· SEP
TIMO· VERNAE· SV F
O· ET· SVIS· QVI· VIX
AN·V·M· XI· D· XI

XII
DIS · MANIBVS G
CAFATIAE·HEVREN
VIXIT· ANN· VII
DIENS · XXX


H I K

Stat infantula hæc ad aram accensam, thus (ut videtur) adolens, frugibusque ac fructibus, quos lævâ manu sustinet, mactare sacrificium parata. Vnde coniectari L

A niectari licet ; sacrum fieri *Genio* illi *inferno*, cui suprà Cap. II. num. 71. relliquias *M. Veti Decembris* consecratas vidimus. Nec abhorret offerumentum
B florum, pomorum, ac frugum, à veteri more, juxta quem *Lari*, qui idem àc *Genius* (Manium siquidem nomine uterque veniebat, ut diximus cum Appulejo eo-
C dem Cap. II. pag. 72. F) sacra ejusmodi sinè cæde fiebant.

Nonnulla ibi de Geniis ac Laribus ad rem nostram attulimus, de quibus ple-
D niùs disseruit Lipsius de Physiol. Stoicor. cap. XVIII. & XIX.

Virgunculę capillitium obseraundũ,&
nodum crinis collectus in unum,
E quem morem, habitumvè fuisse virginum probavi ad Tab. Iliad. pag. 356. A.

XIII
D ✠ M
F CARPIO'NI
AMICO
B · M
FE'CIT · HE'LIVS
G CONPEDAGOGITA ·

Pædagogium, an locus sit in quo pueri morantur, an ipse cœtus & convictus
H puerorum, certamen non leve est inter Philologos. Lipsius ad Tacitum Ann. XV. num. 138. in eo totus est, ut post plura quæ adducit exempla, juxta quæ,
I de collegio & cœtu, non de loco, hoc verbum accipi posse videtur, Plinio tandem vim inferat, ut ubi in Epist. XXVII. lib. VII. communiter hactenus legebatur
K *puer in pædagogio*, legi jubeat *puer è pædagogio*. Ego certè litem hanc de re nihili dirimo, ut suam cuique opinionem linquam, & utrumque significare posse de-
L finiam, quemadmodum *Senatus* aulam simul, & Senatorum consessum denotat: Et ne longiùs exempla quærantur, verba ista *pædagogio* nostro affinia *Ergastulum*, *Custodia*, tam locum in quo servi, seu liberi homines asservantur, quàm *captivos servitiaque* ipsa promiscuè significant.

Vtcumque referendæ veniant, sive ad cœtum, sive ad locum inscriptiones istæ Schedarum Barberinarum; certè in eis Sponius malè versatus est, qui in Miscellaneis Sect. VI. pag. 228. pedestri explanatione *pueros compædagogii* eos esse ait, qui sub eodem pædagogo educantur, & *compędagogitas* qui simul pędagogi erant.

97 DIS · MAN
NERITI
POMPONII
MATERNI
PVERI·CON
PEDAGOGII
MERENTI

98 D · M
C·VALERIO
LEONE · ET
LYCO · FORTIS
SIMIS · VIRIS
C·VALERIVS
MYRISMVS
• • • • • • • • •
COMPAEDAGO
GITAE· BENE
MERENTIBVS
FECERVNT

99 D · M
NOETO
TI·CLAVDIVS
EVANGELVS
COMPEDAGOCI
TAE·SVO·F
Hortis Matthaiis.

Nec destruit servos fuisse compædagogitas istos (ut præmisimus) quòd Leonas, Myrismus, & Evangelus nomina Valeriæ, Claudiæque gentis assumpserint; quia, servos olim quidem, (ut servilia ista olim nomina nunc cognomina

denotant) sed inscriptionum tempore jam libertatem adeptos, eosdem opinari licet: eò faciliùs, quò lectissima servitia pædagogiis adscripta fuisse, tam Lipsius, quàm Turnebus, Donatus, Rhodiginus, aliique, quos Thomasius in Not. ad prædictam Plinii Epistolam laudat, observarunt. Vnde, quicumque ex hac nobili, ut sic dicam, servorum conditione emergebant, titulos pristinæ servitutis addere non erubescebant; quemadmodum, libertos vernarum titulis superbire, Cap. antecedenti pag. 296. C. notavi.

XIV

CASPIVS
TRIERARCHVS
TI·CAESARIS·HIC
SITVS·EST

A

B

Trierarchos tribus nominibus insignitos legimus apud Gruterum, Ti. Magium Cæninianum pag. DLI. 11, & P. Petroniū Afrodisium pag. MXXXI. 8; C
At Caspius hic noster nudo nomine dignitatem sui muneris obscurare videtur.

Aspirationis Ⱶ loco integræ literæ H plura exempla dedimus Cap. III. p. 195. D

XV

CASSONIO·VITALI·VESTINO·VERECVNDO
CASSONIO·VALENTI·CASSONIA·VITALIS·DELICATIS

De intellectu etiam hujus appellationis DELICATI, contentio viget inter Criticos. Marcellus namque Donatus ad Suet. in Vesp. cap. 3. nihil turpitudinis in se continere epitheton illud asserit, & ex variis Ciceronis locis, hacque ex Grutero inscriptione probat p. CCCXI. 6

100

D · M
TEIAE·EVPHROSYNES
RVFFINAE·V·V
DELICATAE

quasi nefas sit, impudicitiæ Virginem Vestalem arguere. Contrà, Andræas Dacerius in eruditissimis notis ad Sex. Pompejum Festum adeò turpiter verbum hoc accipit, ut hæc scribat, *Delicati homines sunt, qui muliebria patiuntur*. Et quidem locus alius Suetonii in Tito cap. 7. quem Donatus expendit, *Quosdam è gratissimis Delicatorum, quam quam tam artifices saltationis, ut mox* E
scænam tenuerint, non modò fovere proliXiùs, sed spectare in publico omni cœtu supersedit, si superioribus clausulis obiectæ eidem Tito intemperantiæ respondeat, DELICATOS istos esse ex grege F
spadonum & exoletorum, per quos suspecta fuit ejus libido, congruenter intelligitur, ut & Torrentius ibidem accepit. G
Ex aliis etiam Ciceronis authoritatibus, ultra eas quas pro sua sententia Donatus adducit, ambigua saltem redditur hujus verbi obscœnitas; nam Epist. 16. lib. I. H
ad Attic. juventutem suis partibus adversantem *libidinosam & delicatam* vocat, quasi unum epitheton aliud explicet; eodemque pacto lib. I. de Nat. Deor. *delicatas* cum *obscœnis* voluptatibus jungit. I

Sequentes quidem nostræ, pravæ omnis suspicionis expertes sunt. K

101

D ❧ M
PARVVLVS HIC SITVS EST VIXIT TRIS VSQVE PER ANNOS
INQVE NOVEM MENSES INVALIDOSQ· DIES
NOMINE GRISOLOGVS AMABILIS VTQVE ERAT INFANS L
FLEBILIS ET MISERE RAPTVS AD INFERIAS
SATVRNINVS · FILIO · VELIA · LALEMA
DELECATO · SVO · POSVIT

Ex schedis Barberinis.

102 CAESI-

A 102 CAESILIA·Q·L
CINNAMIS
DINDIAE·LAVRIDI
DELICATAE·SVAE·ANN
B NATAE·XXIV
Aquilejæ ex eisdem.

Explicat hoc verbum Dausquejus in Orthogr. Vol. I. pag. 44, ut inscriptio-
C nem Tejæ Euphrosinæ emendet ex DELICATAE in DEDICATAE, quasi, *Diis dicatæ*, sed nihil agit, dum de profano, sive obscœno in sacrum converte-
D re conatur; quia & cęteræ ex Grutero inscriptiones, & nostræ, modò allatæ apertè repugnant.

Cassoniam item gentem Grutero igno-
E tam observabis.

XVI
D · M
TIBERIVS · CΛAV
DIVS · PRIMVS
F CVΛΛIBERTAI
SVAI · CΛAVDI
AI · GENESINI·
G BENE · MERENTI

Diphtongi AI usus vetustatem redolens, & Claudianorum præcisè tempo-
H rum in inscriptione Aquęductus ad Portam Majorem pag. CLXXVI. 1. apud Gruterum, & Arcus in Via Lata pag. CCXXXVI. 9, ipsumque nomen hujus
I *Ti. Claudij Primi Aug. L.* pag. DCX.8, ad ævum Claudii Cæsaris inscriptionem hanc revocant, quamvis corrupta literarum forma sæculum inferius arguant.
K Hinc itaque potiùs colligemus, incertum, & fallax esse probationis genus, ex characterum conformatione tempora distinguere; cùm contrà rectâ etiam scribendi ratione universè deperditâ, è melioris
L sæculi imitatione, optimæ notæ marmomora extent; quale præ cęteris, est illud * Pontis Cestii apud Grut. pag. CLX. 4. Lambda illud græcum loco nostri L, exemplo non caret in Gruterianis, neque in hisce nostris, specimenque jam dedimus num. 125. Cap. III.

103 D · M
Q·NOS·MODESTI
ANO·FECERVNT
NOS·CAΛΛIS·STVS
ET·NOS·MAXIMVS
PATRONO·BENEMEREN
TI
è schedis Barberinis.

104 D · M
ATIMETO
AMICO · CA
RISSIMO · BE
NEMERENTI
FECERVNT
AΛCIMAS
ET·NISVS
Hortis Justinianis.

105 D · M
T·FΛAVIO·PRISCO
V·A·VI·D·II
CN·DOMATIVS·NICO
ET · AΛFENA
IANVARIA·ET·IVNIA
ΛEDA·MATER·ET·SIBI

106 D · M
* Q·MVCIO·PRIM
IGIINIO·PATRO
NO·BIINIIMIIRII
NTI·VITAΛIS·ΛIB
è schedis Lilii Vaticanis utraque.

107 D
ΛAΛI
NA
VIXI
III·DI
Fragmentum ad D. Silvestri in Quirinali.

108 APRIΛIS·GEME
ΛΛAE·BENEME
RENTI·CONSER
VAE·POSVIT
D·M
Ex schedis Lucii.

XVII PRAESIDI · PROVINCiæ. Val. Byzac A

DD NN CRISPO ET CONSTantino. juniore
NOBIΛISSIMIS · CAES · S · Coss. IIII. Kal. Sep
MVNICIPES · MVNICIPII · AEΛII Hadriani Aug. ciuiu B
ΛITANI · Q · ARADIVM · RVFinum Valerium. Proculum
V · C · ΛIBEROS · POSTEROSQue ejus. sibi. liberis. poste
RISQVE · SVIS · PATRONVm. cooptaverunt. tesseram
QVE · HOSPITAΛEM · CVM · eo. fecerunt
Q · ARADIVS · RVFINVS · VAΛERIVS · PROCVlus. liberi C
POSTERIQVE · EIVS · MVNICIPES · MVNIcipii. Aeli. Ha
DRIANI · AVG · CIVIVΛITANI · ΛIBEROS · Posterosq. eorum
IN · FIDEM · CΛIENTEΛAMQ · SVAM · RECEperunt. in. quam D
REM · GRATVITAM · ΛEGATIONEM · SVsceperunt
INSTEIVS · RENATVS · ET · APOΛΛONIVs. Gallentius
DVOVIRI · T · AEΛIVS · NIGOGINVS · ET · Aelius. Fausti
NVS · AEDIΛES · Λ · AEΛIVS · OPTATIANus. Camarria E
NVS · FΛAVIVS · SECVNDINVS · DOMitius. Optatianus
AEMIΛIVS · NEMGONIVS · AEMIΛIVS · T. Tracius. Sta
TIΛIVS · SECVNDIANVS · FΛ · PP · ET · VNIBErsus · Ordo
O F

Lamina anea apud me. Vide integram, sed incorrectam apud Gruterum pag. CCCLXII. 1.

109 D · M
IPPOΛITVS
HIΛARITA
TI CONIV
GI SANCTISSI
MAE · B · M · F
Ex schedis Lilii Vaticanis.

110 D · M
C · VALERIO · PLOTIANO
III · EVPHRATE · PR G
M · ANTONIVS · PAVINVS
N · III · · · SPE · · · · ·

Hæc alia nostro Museo de Triere Isidis accessit, H

XVIII D · M
TI · CL · VERBANI
MIL · CL · PR
MIS · III · IVVEN
N · BESSVS
V · A · XXXXV
· H · B · M · F

Recurrit hic nota III, per quam *Trierem* significari pluribus probavi in Syntag. de Colum. Traj. pag. 113. D; idemque postea placuisse vidi doctissimo Reinesio ad Inscr. 46. Class. VIII, Trierem Euphratem, & Trierem Spem in hac inscriptione agnoscenti.

XIX D · M
C · MVCI
VALENTIS I
MIL · CL · PR · MIS
III · ISIDE
N · CILIX
V · A · XXXVIII K
MIL · A · XVI

uno eodemque loco, quo modò dicta *Juventutis* eruta; in Vinea scilicet Puellarum Mendicantium ad Viam Appiam L ultra II. lap. è regione bivii ab ea in Latinam tendentis. Cumque in proxima Vinea Benincasa hanc quoq; inspexerim;

111 D · M

A 111 D · M
· PVBLICI
MISSORIS
MIL · CL · P · MIS
B III · MINERVAE
NATIONE · CILIX
V · A · XXXXV
MIL · A · XVIII
C H · B · M · F.

suspicio mihi injecta est, hunc agrum fuisse PVBLICVM SEPELIENDORVM MILITVM CLASSIS PRAE-
D TORIAE MISENENSIS IN VSVM, qualem Neapoli, vel alicubi prope Misenum, destinatum docet inscriptio pag. CCVIII. apud Gruterum, cujus ipsamet
E verba produxi. Nec enim novum est, Castra Misenatium, & quidem duplicia, *Nova* nempe & *Vetera* hic Romæ extitisse; quia Rufus in III. Regione hæc ha-
F bet CASTRA MISENATIVM II, ubi expressè CASTRA MISENATIVM VETERA novus Victor reponit. Novũ verò, nec ab alio (quòd sciam) obser-
G vatum, illud erit, Castra Misenatium, & fortassis Ravennatium quoque, Castris Prætorianorum admota conspici; ut legitur in hac inscriptione è lateribus com-
H pacta, etiamnum Turri angulari eorundem Castrorum, meridiem & Viam Tiburtinam versùs inhærente.

112 C · · · MISENATIVM ET · ·

I Triremem *Triumphi* ex nostro Syntagmate transtulimus Capite præcedenti ad numerum 228: alias Herculis, Augusti, & Pacis hic subdimus:

K 113 D · M
T · FLAVIO · CANDIDIO
MILITI · CLAS · PR · RA
BEN · III · HERCVLIS
L NATIONE · SIRVS · C
IVLIVS · VICTORINVS
HERES · FACIENDVM
CVRABIT

114 D · M
M · AVR · ROMAN
MIL · CL · PR · RAV
III · AVG · N · SVR
STIP · XX · M · AVR
ROMANVS · MIL · CL · S · S
PATER · FECIT

115 C · TREBONIVS · NARESSVS
LVPVS · MIL · EX · C · P · R
III · PACE · V · AN · XXXVIII
M · VAL · RVFINVS · H · C
PON · CVR · AMI · BENEMEREN

è schedis Barberinis omnes.

quò ex monumentorum inter se similiũ copiâ, unico intuitu, Scaligeri, eumque sequuti Lipsii de Magnit. Rom. lib. I. cap. V. de *tertia Iside*, & *tertia Fide* interpretatio emendetur.

Triremem quoque FOrtunam in hoc marmore Hortorum Matthæjorum legi debere credimus.

116 D
L · SVLPICIA
DORI · MIL · CL
MISENENSI · III · FO
NATIONE · AEGYPT
VIXIT · ANN · XXX · MILI
TAVIT · ANN · VIII
C · VALERIVS · ACHIL
LEVS · EX · EADEM
H · B · M · F

Trieres *Neptunum*, *Minervam*, & *Mercurium*, ex Ligorio (non omnino securè ob dubiam hominis fidem) proponimus.

117 L · SVPERINIO
SEVERO · NAT
PANN · VIX · AN
XLV · MIL · A · XXV
III · NEPTVNO
IVLIVS · VRSIO
HER · BENEMER
P · C

118 D · N

118 D · M
LICINI
VICTORIS
III · MIN
NAT·PAN·MIL·A·XX
VIX · AN · L
A · DASIMIVS
SEVERVS

119 D · M
P · AELI · IVSTI
III · MERC
NAT·PAN·MIL·A·XI
VIX · AN · XXXX

Trierem denique DANAES notat sequens inscriptio Ravennas apud Nobb. de Rasponibus.

120 ATHENIO · DE
III · DANAE · CORO
NARIVS · QVARE

AVFIDIAE·VXORI·SVAE A
BENEVOLENTI·EIVS·FI
HONORIS · CAVSA
FECIT · H · S · E

Postquam notas, nominaque Triremium exposuimus, locus esse videtur etiam de aliis Navium generibus (nam nomen cuique suum fuisse oportuit) aliqua addere. B C

De Liburnis *Dianæ* & *Clupei*, & Bicrota *Marte*, expressum habent hæ inscriptiones.

121 · VLCIA · M · L · GLAPR D
OB · MERITIS · EIVS
POSVERVNT · T · ALFIVS
LABIO · ET · MVRCIVS
ZANATIS·F·ET·SVAVIS E
· DE · LIBVRNA · DIANA

Sub stemm. muliebri ab Eq. Danesio Holst. transm.

122 BACOLAE · DIONIS · F · DE · LIBVRN · CLVPEO · T · FI
PAIVS · VERZONIS · F · DE · MARTE · BICROTA · V · F · SIBI F
ET · SVIS · LIB · LIBQ

Caporlæ ad Eccl: siam Maiorem ex Reinesio Ep. XLI. pag. 228.

quibus (invito quamvis Reinesio ad Inscr. 44. Class. VIII.) addo *Liburnam Neptunium* in duobus sequentibus Puteoli repertis. G

123 D · M
M · VALERIVS · DEXTER · LIB·
NEPTVNIO · MANIPVLARIS
L · CALVISIVS · CEREALIS · IIII *forsan III · PACE* H
DACI · COHERES

124 DIS · M
G · VALERIO · FINITO · OPTI
ONI · LIBVR · NEPT · EX · CLAS I
PR · MISEN · NATIO · DALMAT
MILIT · AN · XXVIIII · VIXIT · AN · LV
M · APPONIVS · FIRMVS
HERES · B · M · F K

Qua ratione Prætoriam Navim *Gallum* in sequenti inscriptione significatam,


125 D · M
C · IVLIO · QVARTO
VET . EX · PR · N · GALLO L
M · CAECILIVS · FELIXS
NONIA · HERACLIA
S · ET · S

Apud Gruterum pag. DXLVII. 3, & in Corrig. ex Aldo emendata.

malè

A malè explicasse putamus Petrum Servium in Miscell. cap. VIII, dum Lipsium in hoc sibi rectè præeuntem dicto cap. V. aspernatus, qui ita ait, *Notæ breviores*
B *hoc volunt*, *Veterano ex Prætoria Nave Gallo*, in hoc monstrum interpretationis prorupit, *Cajo Iulio Quarto Veturiâ ex Præfectorum numero Gallo* (*alterum*
C *Iulij cognomen*) tribu insuper *Veturiâ* inductâ, eaque extra suum locum, ut Capite superiori pag. 337. monuimus, collocatâ.

D XX



E

F D · M
EVPREPETI
CALPVRNIA
INGINVA
VERNAE
G SVO

Iacuit ingens hoc saxum ad Viam Flaminiam * prope Pontem Metauri, ante Prædium D. Ferdinandi Ceccarelli
H Forosemproniensis, cujus munere ingressum nostri Musei præ foribus custodit, ad quem adiunctis duobus bŏum jugis, ægrè, ut nunciasti, traductum est.

I Eodem nomine vernula in sequenti Hortorum Matthæjorum ad Cœlium inscriptione simile à domina sua officium meruit.

K 126 D · M
LAMPROTYCHE
EVPREPETI
VERNAE·SVO
L FECIT·QVI·VIX
A·XII·M·V·D·XIII

Non prætaribo alium hunc, binis commemorandis inscriptionibus illustrê:

127 M·AVRELIVS
AVG·LIB·EVPREPES
SOLI·INVICTO·MI
THRAE · ARAM
EX VISO POSVIT
PROSIDENTIBVS BI
CTORINO PATRE ET IA
NVARIO · DEDICATA
IIII·NON·IVNIAS·L·EGGI
O·MARYLLO·ET·GN·PAPI
RIO·AILIANO·CoS

128 *Fascia cum Serpente insculpto*
NVMINI INVICTO
SOLI MITHRAE
M·AVRELIVS·AVG·LIB
EVPREPES·VNA CVM
FILIS SVIS D D
SACERDOTE CALPVRNIO
IANVARIO·DEDICATA
VII·KAL·MAIAS IMP
L·SEPTIMIO·SEVERO·PERTIN II
· · : · · · · · · · · : II
CoS
Hortis Iustinianeis utraque.

quò saltem marmora à Reinesio Class. I. num. 45. & 46, atque à Sponio in Miscell. Sect. I. pag. 4. negligenter exscripta emendem; suppleamque præsertim in præcipuo allegoremate Serpentis caudam ore apprehendentis, solaris scilicet anni in semetipsum redeuntis, & in prænomine *Lucii Eggii*, ac *Ailiani* cognomine *Gnei Papirii*. Simile infortunium invenit hoc par Consulum in epigraphe Gruteri 5. pag. XLIX, ubi *M. Eggius* & *N. Papirius* leguntur, ita corrigendâ ex diligenti autopsia P. Erasmi à Cajeta Casinensis Cœnobitæ, pietate pariter, ac multiplici eruditione conspicui, qui pro me marmor recognovit.

129 SANCTO·SAC
P·POMPONIVS·NOE
TVS·VOTVM·SOL
AMICOS·ACC·BENE
L·EGGIO

L. EGGIO·MARVLLO·ET
CN·PAPIRIO·AELIANO·COS
L·D·D·D·K·IVL

Omisit quoque Sponius notas illas secundi consulatus in margine alterius cippi appositas, & satis conspicuas, tum in Septimio, tum in collega, cujus nomen deletum apparet, quod nihilominus modicâ istâ, sed certissimâ conjecturâ, colligitur fuisse D. Clodii Albini post ipsius necem erasum, & non primò consulis, ut Pagius renunciat, sed in secundo consulatus honore, ut hoc marmor, nummique docent, ac Panvinius in suos Fastos adversùs alios vulgatos optimè retulit.

XXI
puer jacens in lectulo
A·FABIVS
MARCIANVS·Ɔ
LIBERTVS·VIX·AN
XII·M·VI·D·XIX·H·II

De horis enumeratis, sat dictum est suprà Cap.III. præsertim pag. 181. K.

XXII
FAIANIA
BASSA·V·A·XXI
A·THORIVS·A·F
POM·DE·SVO·FECIT

Tribus POM *pomptina*, suo loco, nempe post nomen gentis Thoriç, paternumque Auli prænomen rectè posita, cognomen post se non admisit, sive quòd Aulus iste Thorius cognomine suo destituebatur, ut in nonnullis consularibus etiam atque prçcipuis viris observat Plutarchus initio Vitæ C. Marii, *C. Marij tertium nomen non extat, sicuti neque Q. Sertorij, ejus qui Hispaniam obtinuit, neque * L. Mummij à quo Corinthus deleta est*: sive ex vetustate inscriptionis, per quam cognomina omitti solita fuisse ostendimus ad Monumentum Rusticeliorum in Notis ad Caput III. pag. 240.

Cçterùm Fajaniâ gente Grutero ignoratâ parvum hoc monumentum commendabile redditur. A

XXIII
D·M
FAVSTINA
A·APOLLONIO
·Q·V·A·XVII·
·M·VIIII·H·II

B

C

Bifrons hæc quoque inscriptio apud me extat; sed quia lapidis tenuitas sectionem, ut aliæ similes, non admisit, prior tantùm facies, in qua superior epigraphe CAESENNII TELESPHORI num.XI insculpta est, oculis legentium obversabitur, aversâ hac nostrâ parieti agglutinatâ. D E

XXIV
D M
T FLAVIVS
NEFON IVNIOR
FEC·T·FLAVIO SI
LVRO ALVMNO
SVO

F

G

Juniorem & *seniorem* ad distinguendos patrem & filium iisdem tribus nominibus præditos Cap. I. num. 139. jam vidimus; nec desunt inter nostras inscriptiones exempla: sed antequam ea exponamus, hanc apud Gruterum pag. CCCCXXXV. 8. mendis scatentem in pluribus, & præcipuè in τῷ IVNIOR, ex nostra inspectione supplendam duximus. H I

130 L·MARCVLEIO·SATVRNINO
VETERANO·AVGVSTI·CHO·VII
PR·IIII·VIR·I·D·QVAESTORI·REI K
PVBLICE·CVRATORI·PECVNIAE
REIP·ALIMENT·CVRATORI·AN
NONE·PLEBIS·CVRATORI·OPER
VM·PVBLICOR·CVRATORI·APV
T·IOVEM·STATOREM·QQ·COLE L
GI·FABRORVM·TIGNVARIORVM·L·M
ARCVLEIVS·FAVSTVS·IVNIOR
IIII·VIR·IVRE·DIC·CVRATOR·ANN
ONE·PATRI·OPTIMO·ET·SIBI·FECIT
IVNIOR

A IVNIOR tamen iste *Faustus* dicitur non habito respectu ad patrem à quo cognomine differebat, sed ad alterum forte seniorem fratrem, ut de *majori* & *minori* inter sorores paullò infrà ostendemus. Et sic inter collibertos, ætate tantùm *juniorem* indicat hæc inscriptio ex Schedis Viri Clarissimi Holstenii.

B 131 D M

T · AELIVS · AVG · LIB · AELIANVS

A FRVMENTO · CVB · CAESAR · N · STA · I

C FOLIAI · CHRESIME · CONIVGI

KARISSIMAE · ET · DVLCISSIMAE · BENE · MERENTI

CVM · QVI · VIXI · ANNIS · XX

SINE · VLLA · QVAERELLA · ET · SIBI · ET

D FILIS · CHRESIMO · AVG · LIBERTO · ADIVTORI · COMMENTARIAS · ET

APHRODISIO · CAESARIS · N · VERNE · ADIVTORI · OFFICI · TABVLARIAS · ET

T · AELIO · ZOSIMO · ET · AELIO · EVTYCHETI · ET

T · AELIO · ERASTO · CONLIBERTIS · T · AELIO · ARTEMI · · · O · ET

E T · AELIO · ERASTO · IVNIORI · ET · T · AELIO · AI · · · · O · ET

FOLIO · ALCIDE · ET · FOLIO · EVTYCHETI · ET · FOLIAE · TERTIAE · ET

AELIAE · FORTVNATAE · ET · AELIAE · NICE · LIB · LIBERTABV

VTRIVSQVE · SEXVS · POSTERISQ · EORVM

HOC · MONVMENTVM · HEREDES · NON · SEQVETVR

F SI · QVIS · AVTEM · BOLVERIT · VENDERE · SEV · DONARE · INFER

FISCO · CAES · N · H · S · L · M · N · ITEM · COLLEGIO · PONTIFICVM · H · S · LV

132 C · ABELASIO · PRO

G CVLEIANO · ADLECTO · SV

PRA NVMER · · · · · · · ·

· · · · · · VTRIVSQ · · · ·

· · · NIS · · · · DECVRIONI · ET

H · SEV · AVG · PATRI · DECVR

AVO NEPOTVM · C · ABELASI

C · F · SABINIANI · OB · SEPE · FA · · ·

VIII VIR AED · POT · VIII VIR · · ·

I SVIS III AER · C · ABELASI · C · F · CASTORIS

VIII AED · POT · VIII VIR · II · FANOR

VIII VIR III · AER · C · ABELASI · C · F · PRO

CVLEIANI · IVN VIII VIR AED POTEST

K C · ABELASI · C · F · CASTORIS IVN VIII

VIR · AED · POT · C · ABELASI · C · F · SABINI

VIII VIR. AED · POT · C · ABELASIO · M · · ·

BIA · · · PRONEP · HVIC · · · · · ·

L · · · · · · · · · · · · · · STRENVO

AEBE · · · · · · · · · · · ·

CENSVERVNT · OB · MERITA · EIVS · L · D · D · D

Milliario post Trebulam Mutuscam, in Via veteri qua à Salaria tendit in Valeriam & Marsos.

133 D · M A
A · HERENNVLEI · TROPHIMI · IVN
HERENNVLEIA · IRENE
LIB · OPTIMO · ET
HERENNVLEIA · GERMANA B
SIBI · ET · CONIVGI · DVLCISSI
MO · QVI · VIXIT · AN · P · M · XXXX

Apud Gruterum pag. CMXLI. 10, emendata ex meo veteri MS.

134 A P Ω C
CAESOLIVS · SATVRNINVS · IVN · QI · VIX · ANN · XXIII
· ·

In Cameterio Callisti.

135 L · OTACILIO · L · F · FAL · FLORO · IVNIORI D

Sub protome pueri ad Hospitium Campana.

136 EX · OFFICIN *orbe interiori sigilli*
P · CAVLI · VALENTIS · IVN *orbe extimo*

In latere inter Ostia rudera. E

137 D · M
IVLIVS · AELIANVS · FECIT
IVLIAE · ACHILLIAE · FILIAE
DVLCISSIMAE · ET · SIBI · ET
IVLIAE · ARTEMISIAE · VXO
RI · EIVS · IVLIO · AELIANO · IVN
LIBERTIS · LIBERTABVS
QVE · POSTERISQVE · EORVM

Villa Nobb. de Lantes in Ianiculo.

138 LVCCEIO · ALEXAN
DRO · PATRI · LVCCEII
ALEXANDER · IVN
ET · AGAPE · ET · FELIX
FILI · B · M ·
FECERVNT

Sub Hortis Matthaiis.

139 HIC · SITAE
P · AELIVS · AVG · LIB
AGATHYRSVS · SEN
MARITVS · FECIT

Ad Hospitium della Maglianella Via Aurelia.

140 MEMORIA
VMIDI · HYLATIS
IVNIORIS · VIXIT
ANNIS · IIII · M · III
H · S · E

In pavimento D. Agnetis Via Nomentana.

141 C · REXIO
P · F · FAB
NAVILIANO
SENIORI F
EQVO · PVBLICO
OMNIBVS
HONORIBVS
MVNICIPALIBVS G
PERFVNCTO

Brixiæ ex Rubeo.

142 T · AELIO
MAXIMO H
IVN · AELIA
RVFINA · FI

Apud Nobb. de Macaranis.

Eâdemque distinctione, quæ adhuc apud I
Hispanos retinetur, patrem filio cognominem, *majorem*, filium, *minorem*, vocare solebant; quod & inter collibertos (ut paullò ante diximus) servabatur. K

143 L · COMINIVS · ANTEROS
MINOR
CALPVRNIA APOLLONIA
FECIT · SIBI · ET · SVIS L
LIBERTIS · LIBERTABVSQVE
POSTERIS · QVE · EORVM

Villa Nobb. de Spadis ad Portam Aureliam.

A 144 Q·CISVITIVS·Q·L·PHILOMVSVS·MAIOR
Q·CISVITIVS·Q·L·PHIL·MIN·M·VITRV
VIVS·M·L·DEMETRIVS·ET·VITRVVIA
CHRESTE·M·VITRVVIVS·M·L

B *Formiis in loco dicto Talento ex schedis Barberinis.*

145 C·MONDICIVS FIRMVS
C·L MINOR
FIRMVS

C 146 P·ANICIO·P·L·NICEPHORO
HILARVS·MINOR·LIBERTVS
ET·SIBI
C·CORNELIO·C·L·BERVLLO

D *Ex eisdem utraque.*

147 L·ANNIO·L·L·DIPHILO·MAIORI
L·ANNIO·L·L·DIPHILO·MINORI
L·ANNIVS·DIOMEDES·LIBERTEIS

E *Ex schedis Lilii Vaticanis.*

Et præsertim commune erat, sorores ita distingui, ut de utraque Octavia tradit Suetonius in Augusto cap.4: & ex nostris
F inscriptionibus, quarum potissimùm argumentis uti soleo, observatur in duobus ingentibus Tiburtinis lapidibus ad Viam
G Nomentanam milliario XI. prope rudera veteris Theatri, cum hisce titulis.

148 HERENNIA·L·F
MERVLA·MAIOR

H 149 HERENNIA·L·F
MERVLA·MINOR

XXV
D · M
T·F·PAEDEROTI
I AVG·LIB·A VESTE
M·VLPIVS
AVG·LIB
K TERPSITHEVS·FECIT

Officium hujusmodi *à veste* idem puto àc illud quod aliæ inscriptiones apud Gruterum pag. DLXXVIII. *vestifici*, & *ad vestem* explicant. Isti & *vestiarii* à Vlpiano vocantur in l. cuicumque 5. in princ. D. de instit. act. A veste scænica, privata, matutina, magna, Regia; & Græcula denominatos vides in lapidibus ab eodem Grutero citatis. *A veste venatoria* in hac nostra primùm occurrit Euphrosinus Trajani libertus:

150 M·VLPIVS·AVG·LIB
EVPHROSINVS
A VESTE·VENATORIA

è schedis Barberinis.

quasi, Trajanus plurimùm venationi addictus (ut ostendit Plinius in Panegyr. num. 940.) hoc forte officium in Aula sua instituerit. Novitatem pariter continet *vestium gladiatoriarum* expressio in sequenti inscriptione ex jisdem schedis exceptâ.

151 D M
L CLAVDIAE·FAVSTINAE
FILIAE·PIENTISSIMAE
QVAE·VIX·ANN·XVI
TI·CL·AVG·LIB·PHILETVS

A COMMENT · RAT · VESTIVM · SCAENIC · ET A
GLADIAT · ET · FLAVIA · PROCVLA · PARENTES
ITEM · M·FLAVIVS·DAPHNVS · ET · CL · MARTIALIS
FRATRES FECERVNT · ET · SIBI · LIB · LIBERTABVS
SVIS · POSTERISQ · EORVM B

Nomen gentis Flaviæ sub sigla illa F latère certum est; nec enim insolitum, nomina ipsa (ut passim de prænominibus advertimus) compendiariis notis signare, ut in sequentibus. C

152

DIS · M
L · P · QVINTIO · F · P · L
PRISCO · FILIO · SVO
PIISSIMO · VIX · AN
XIII · M · III · D · XIV

DIS · M
L · PVPIVS · QVINTIO
FEC · S · ET · S
ET·PVPIAE·GEMELL D
AE · CONIVGI · V · A

Apud Nobb. de Cicciaporcis in Vrnula duplici.

153

D · M
C · V · CALISTO · V · GEMELLINA · CON E
IVGI · B · M

Ex schedis V. Cl. Ioannis Lucii Traguriensis.

154

S · L · L · M
in lamella ærea

explicatur adversâ parte

SATVLLINI
L · L · MARTIALIS F

Ex schedis Barberinis.

155

D · M
F · FELICITATI · BENE
MERENTI·DE·SE·FECE
RVNT · CALPVRNI
A · EVPOSIA · ET · A
RISTIDES · VIX
A · XXII · M · III · D · XI

Ad D. Laurentii extra muros.

156

D · M
T · F · AVG · LIB
PHOEBO
MANNEIA
HILARA
CONIVGI·B·M
· · · VO · VIX

157

D · M
C·A·EVHODO·FRATRI
ET·F·TYCHENI·MAT
HELIVS
· · NEMERENT
FECIT

Vinea Brunona utraque.

158

D · M
L · V I B I
ZOSIMI G
CONIVGI
BENEMER
V · ONESI
· ME · H

Vinea Ottina ad Portam Latinam.

159

D · M
A · VEG · DIOT
ROFES · VEG I
ETIE · VICTORI
NE · CONIVGI
CARISSIME

è schedis Barberinis. K

160

D · M
M · AVRELIVS
ERMEROS·M·A
CALLINICO · PA L
TRONO · OPTI
MO · B · M · F

Ex Gualthero.

A 161 DIIS · MANIBVS
L · CLODI · L · F · ANI · VITALIS
VIXIT · ANNIS · XXII
L · C · VITALIS · P · F

B 162 D · M
S · MARCIA
P · A · DIONYSIO
FILIO · DVLCISSIMO
C VIX · ANN · XVII
MENSIB · IX
DIEB · XVI

è schedis Barberinis utraque.

D 163 D · M
M · A · EVTERPIANI
QVI · VIXIT · ANN · II
MENSIB · VI · DIEB
E XXIV · M · A
EVTERPIANVS · ET
IVSTA · MATER · PA
RENTES · FILIO · DVL
F CISSIMO

è schedis Vaticanis.

164 D · M
SERVILIAE · TYCHE
G S · HIPPOLYTVS
PATRONVS · CONIV
GI · DVLCISSIMAE

Vinea Nobb. de Cavaleriis.

H 165 D · M
ST · ARCHELAVS
ET · M · STRATO
NICE · PAR · STAT
I STRATONICE
FIL · DVLCISSI
MAE · FECER

Vinea Vallia.

K 166 D · M · COERAN
CARPID · ET · Q
C · Q · F · IVSTO · C
AMARYLLIS
L MATER · FECIT

Hortis Perettis in Vrnula.

Ne autem incertum remaneret horum Coeranorum sub nota nomen, expressum extra ordinem Coerana Amaryllis illud esse voluit, ut vides.

Ignoravit profectò istud Scaliger, dum cognomen SOTHERICI pro Gentis nomine accepit, & Claudii nomen ita expressum C. pro prænomine *Caii* venditavit ad hanc inscriptionem Gruteri pag. MXXI. 10.

167 D · M
CLAVDIAE · PRIMAE
QVAE · VIX · ANN · X
MENS · XI · DIEBVS
XXV · C · SOTHERICVS
ET · CLAVDIA · TYCHE
PARENTES
FILIAE · DVLCISSIM
FECERVNT

Hoc idem in caussa fuisse putamus, prænomina non semel mulierum ex ipsis nominibus abbreviatis confingendi; quemadmodum suprà pag. 30. K. de C.GAMICE dubitavimus, quam, utì & DIODOTVM ejus virû ex gente *Claudia* fuisse credo, ex observato in alia nostra ad pag. 314. L. GAMICES cognomine. Et generatim, in quampluribus inscriptionibus in quibus Scaliger prænomina, in feminis præsertim, agnoscit in Indice Grammaticalium Gruteri pag. 92, nomen sub sigla latère dixerim, ut in illa L. FILIACVLA, & L. PEDVCAEA p. CDXLI. 9. & CDXLVII. 3; nam quod ipse prænomen BIBIAE pag. DCCCXLV. 8. reputat, est L, numerus scilicet annorum, quibus BIBIVS frater in humanis fuit. Plura etiam prænomina ex divisione literarum, quæ coniunctim proferendæ erant, Scaligerum finxisse puto, ut ex CATILIA *Cajam Atiliam* pag. DCCLIX. 4, ex LARCIA *Luciam Arciam* pag. DCCLVII. 1, ex LAPPIA *Luciam Appiam* pag. CMI. 22, ex MAELIA *Marcam Aeliam* pag. DCCLI. 10, ex PACCIA *Publiam Acciam* pag. DCCXLIX.

CXLIX. 3, & ex CIARTIA *Cajam. Lartiam* pag. DCCXCIX. 4, ut ex meo veteri MS. in secunda illa lin. corrigo

CIARTIAE · P · F · CHRESTE

Insuper prænomen D quod esse vult ANDIAE pag. DCCLIV. 10. est ipsa *Diis Manibus* initialis inscriptio, ut ex opposita extremitate fit evidens, ubi litera M, grandioribus elementis concepta, priori D respondet. LVCIA pag. CCCLII. 2. est ipsum nomen gentilitium VALENTINAE. Literam tandem Ꟑ inversam, quam *Cajæ* prænomen significare vult pag. CMXCV. 8, in Ↄ · L *Cajæ libertam* dissolutam reperio in Schedis Vaticanis ex quibus eam inscriptionem in aliis quoque corrigo, huic digressioni finem imponens.

168 V · F
STATIA · Ↄ · L · FREQVENS
SIBI · ET
STATIAE · M · L · ICONAE
MATRI
M · STATIO · M · L · PHILETI
M · STATIO · M · L · MODESTO
FRATRIBVS
ET · M · STATIO
VERECVNDO
CONLIBERT

A veste scænica ejusdem Trajani hanc aliam inscriptionem, Gruterianæ pag. DLXXVIII. 7. similem accipe, literâ A in modum græcanici lambdæ ubique conscriptâ.

169 M · VLPIO · AVG · LIB · PHILO
TAE · PP · VESTIS · SCAENICAE
VLPIA · VENERIA · MARITO
INCOMPARABILI · PIETATE · HIC
IACET · ILLE · SITVS · M · FORMON
SIOR · VLLO · QOD · MERVIT · VIVVS
MORIENS · QVOT · ET · IPSE
ROGAVIT · CONIVGI · SVE
GRATAE · PRAESTITIT · ECCE · FIDES

In Musæo Ciampini.

XXVI D · M A
IV · LI · A · RE · CI · NI · A · NE
VI · XIT · AN · NIS
XIIII
VIR · GO · DE · CES B
SIT

De hac scribendi ratione, punctis post unamquamque syllabam interpositis, di- C
xi ad inscriptionem · BA · TO · NI · gladiatori positam in meo Syntagm. de Colum. Traj. Cap. VIII, & tria hæc priora exempla attuli. D

170 D · M
D · AREL · LI · O
COM · MO · DO
MA · RI · TO · OP · TI · MO E
LI · CI · NI · A
TRY · PHAE · NA

171 D · M
L · SEP · TI · MI · O F
THE · O · DO · RO ·
A · V · G · G · LI · B
L · FAE · NIVS
THEODORVS G
PATER · FILIO · SVO ·
DVLCISSIMO
FECIT H

Via Latina II. lap. utraque.

172 D · M
AN · NAE · AE · BLAS · T
E · NI · T · F · PRIS · CVS
FE · CIT · CON · IV I
GI · CA · RIS · SI · M
AE · BE · NE · ME · RE
N · TI · QVN · QVA ·
VI · XIT · AN · NIS · XVI K
IP · SA · VI · XIT · AN ·
NIS ∨ XXXI

è schedis Barberinis.

Hæc alia postmodum oblata sunt, ultra inscriptionem LX. Cap. I, & 94. Cap. II. quæ literas ipsas punctis distinctas ostendit, atque etiam hujus generis 131. L

143. &

A 143. & 466. Capitis antecedentis.

173 D · M
L·VI·TEL·LI·A·NVS·
VI·TA·LIO·SE·VI·VO
B LO·CA·DVO·CON·CES·SIT·
SAE·PVL·TV·RE·* INTVS·IN
MONIMENTO·SVO·
ENNIO·PVBLIO·LIBERALI·ET
C SVLPICIAE·TERTVLLINAE·COIVGI
EIVS·LIBERTIS·LIBERTABVSQ·P·AEOR
Hortis Barberinis.

174 D · M
D M·LVC·CE·IVS
HER·MES

175 VA·LE·RI·VS
PRO·TO·CTES
E VA·LERIAE·PRI·
MI·TI·VAE·A·
LVM·NAE·BE·
NEMEREN·TI
F QVAE·VIXIT·AN
NIS·X·M·XI·O·IIII·
Hortis Iustinianeis utraque.

176 PAR·TER·SA·BI·NI·A·NVS
G FI·LI·AE·SA·BI·NI·LE
QAE·BI·XI·AN·NO·VI
DI·ES·VIIII
Penes Lapicidam ad Caetanos.

177 D · M
SEX·COC·CE·
IO·SEM·NO·LI·BER·
TO·IN·COM·PA·RA·
BI·LI
Al Pineto Nobb. de Sacchettis.

178 OC·TA·VI·AE·MA·TRO·NAE
VI·DV·AE·DE·I
In pavimento S. Sabinæ.

179 RV·FRI·A·FE·LI·CI·T
AS·MA·TER
FE·CIT
Vinea Ottina ad Portam Latinam.

180 D · M
ME·TRO·DO·RO·DE
DO·MV·ERV·CI·CLA
RI·BE·NE·ME·REN·TI
VI·XIT·AN·NIS
V·FE·CIT
MA·TER
Ex schedis Libri Vaticanis.

181 P·O·M·E·B
ROMA·NI·AE·VI·TA·LI
FI·LE·TI·FILIA
CONIV·GI·MEREN·TI
CAESONIVS·PROBVS·FEC
In Sepulchro Nasoniorum ad Viam Flaminiam.

182 D · M
H COC·CE·IAE·CON·COR·DI·AE·
VRA·NI·AE·V·XO·RI·SAN·CTIS·
SI·MAE·ET·VI·BI·A·NAE·ET·RE·NA·TAE
FI·LI·A·BVS
I Q·AN·TO·NI·VS·LI·BE·RA·LIS·
MA·RI·TVS·ET·PA·TER·FE·CIT·
ET·SI·BI·ET·PO·STE·RIS·QVE·
K SV·IS·LI·BER·TIS
LI·BER·TA·BVS·QVE·
Villa Barberina ad Clivum Cinnæ.

183 A·NI·MA·DVL·CIS·PA·TER·NA·QVAE *Columba cum ramo*
VI·XIT·ME·CV·AN·NIS·P·M·A·XL
L DI·XXCI·CO·IV·GI·CA·STI·SI·ME
In Cæmeterio Priscillæ.

184 FLO·RI·DA·IN·PA·CE·
Villa Carpinea.

185 TRO-

185 ·TRO·FI·MVS·
duo Galli pugnantes
Ibidem.

186 D · M
M · LOL · LI
SA·TVR·NI·NI
BENEME · FE
VLP · SILVANVS
è schedis Barberinis.

187 D · M
CAL·PVR·NI·AE
VI·XIT·A·I·M·V
D·VIII·MA·TER
FE·CIT
Hortis Iustinianis.

188 D · M
FL·ZO·SI
MVS·ET·MI
NV·CI·A·SVC·
CES·SA·SE
VI·VI·F·C
In Archivo Vaticano.

Græcæ quoque linguæ inhæsisse hanc novitatem, vides, in hac nostri Musei inscriptione, è Cœmeterio ad Duas Laurus à me erutâ.

XXVII

·H·PA·KAIC·XPH·
·CTOC·KAI·A·MEM·
·ΠΤΟC·EN·TA·ΔE·
·KEI·TAI·E·ZH·CEN·
E·NI·AY·TON·MH·NAC·
·E·ΠTA·EI·PH·NH·MH·THP·
·Y·Iω·KAY·KY·TA·Tω·TI·TAON· *sic*
·E·ΠOI·H·CEN

XXVIII

M · LICINIVS
PHILOMVSVS
MEDICVS·POLLENTINVS

Brevibus verbis adstricta hæc tabella, locupletes fortè sensus patefaceret, si per eam stabilire liceret Licinianarũ Aedium situm, quas prope S. Bibianæ Templum A
Anastasius Bibliothecarius in Vita Simplicii sub nomine *Palatii Liciniani*, pro more sui ævi loquens, collocavit. Conferet ad hoc non parùm loci in quo effos- B
sa est accuratum examen. Is est inter Ecclesiam S. Bibianæ & S. Eusebii exactè medius, ad viam quandam silice stratam, quæ à Prænestina ibi proxima divertens, C
lævâ ad Collatinam tendit. Ad dexteram hujus diverticuli plura monumenta sepulchralia terrâ obruta detecta sunt; & inter ea Conditorium quoddam lapi- D
deo Gabino muro septum, cum corona & basi Tuscanicæ rationis, in sua simplicitate satis magnificum simul & elegans, ollariis seu columbariis, tum arcuatis, E
tum novâ quadam formâ quadratis, undique refertum, quod ad Liciniæ Gentis libertos & familiã suprà Cap.I.pag.13.E. spectare posse præmisimus, hac conjectu- F
râ viciniæ Liciniarum Aedium adducti: non quidem Licinii Imperatoris, vel Licinii Suræ, ut dubitanter asserit P. Donatus de Vrbe Roma lib. III. cap. X; sed G
M. Licinii Crassi cum Nardino lib. IV. cap. II, cujus Crassi domus à Victore in hac V. Regione Esquilina reponitur; alludente prænomine Marci in hoc nostro H
Medico, qui facilè ab aliquo è libertis Crassorum familiæ, ortum ducere potuit, quod prænomen in Liciniis tantùm Crassis frequens fuit, ut in hac familia I
observavit Augustinus.

Tot quæ diximus, in hoc loco, & in contigua DD. de Nunez Vinea, anno superiori detecta sepulchra, nostram K
Dissert. III. de Aquæd. num. 247. opinionem optimè confirmant, de situ Portæ Esquilinæ contra Trophæa Marii, locùmque istum extra mœnia veteris Vr- L
bis profanum & recipiendis cadaveribus religione non impeditum ostendunt. Cui conjecturæ aperta novissimè accessit probatio

A batio ex hoc lapide tertio Viæ Labicanæ XL. passibus cis Mausoleum D. Helenæ reperto,

IMP C
B D·N·M·AVR
VAL·MAXEN
TIO·P·F·PER
PETVO·INVI
C CTO·AVG
III

Musæo Ciampino.

à quo retrocedendo, ad Divi Iuliani Or-
D dinis Carmelitanorum Aediculam, tria exactè milliaria explentur; ibique Porta Esquilina indubiè firmatur.

Tres Pollentinæ Vrbes hunc Civem (si tanti esset) sibi vindicare, & de eo certate possent. Altera in Balearide Majori, de qua Ptolemæus lib. II. cap. VI: altera lanis celebrata per Plinium lib. VIII. cap. XLVIII. in Liguria: tertia propior & in Piceno, cujus vestigia ad sinistram Flusoris fluminis ripam è regione Vrbis Salviæ, ubi nunc *Monte Milone*, agnovit Holstenius in Annot. ad pag. 742. lin. 14, adversùs Cluverium, qui de situ incertus, eam ad Mare, & ad ignoti cujusdam fluminis ostium in sua Piceni tabula statuit.

XXIX
VMBRARVM · SECVRA · QVIES · ANIMAEQ · PIOR
E LAVDATAE·COLITIS·QVAE·LOCA·SANCTA·EREBI
SEDES·INSONTEM·MAGNILLAM·DVCITE·VESTRAS
PER·NEMORA·ET·CAMPOS·PROTINVS·ELYSIOS
RAPTA·EST·OCTAVO·FATIS·INSTANTIBVS·ANNO
F CARPEBAT·VITAE·TEMPORA·DVM·TENERAE
FORMOSA ET·SENSV·MIRABILIS·ET·SVPER·ANNOS
DOCTA·DECENS·DVLCIS·GRATAQVE·BLANDITIIS
PERPETVO·TALIS·GEMITV·LACRIMIS Q·COLENDA
G INFELIX · AEVO · TAM · CITO · QVAE · CARVIT
AN·FELIX·AEGRAE·POTIVS·SVBDVCTA·SENECTAE
SIC · HECVBA · FLEVIT · PENTHESILEA · MINVS

Nullum cum Musis commercium il-
H lum habere dixerim, cui non exquisitum videatur hoc epigramma, quod ipso Catullo authore dignum censeo. Et quidem ad ea tempora referendum consentiunt,
I tum styli elegantia, tum exacta literarum forma. Vltimi pentametri sententia Ciceronem commentatorem merita est; hic enim lib. I. Tuscul. Quæst. ut æquo ani-
K mo puerorum interitum ferendum esse persuadeat, & vitam longam, non nisi longiorem fletum dicendam, Græci elegiographi suffragium inducit, *Quam-*
L *quam non malè ait Callimachus, multò sæpius lacrymasse Priamum quàm Troilum*; quo dicto Epigrammatarius noster judiciosè utitur, ut in puella de qua agitur, non Priami & Troili, alterius sexus, sed Hecubæ & Penthesileæ exemplum assumat.

Alia in eandem sententiam epigrammata extant in Antholog. lib. III. cap. IX. num. 2, & cap. XXIII. num. 4, quorum primum Musâ Obsopœi latinum redditum ita se habet.

Quinquennem Pluto rapuit me sævus acerbo
Curarum expertem funere Callimachum.
Parce tamen lacbrymis modico si tempore vixi
Et modicæ vitæ nec mala multa tuli.

Quæ de Phyllide puella habet Gruterus pag. MCXX, 7. SVPRA SEXVS

SVI CAPTVM ET AETATEM PRVDENTI, luculentiùs hic explicatur.

XXX

D M
T · MALIVS
DIADVMENVS
AFRODISIA
F · ALVMNO
B M T

D M
VALIR · CHRYSOG
FIL · B · M · QVIA

alia literâ

Servile AFRODISIAE nomen, *Malium* trium nominum virum ab ea veluti Nutrice educatum, juxta ea, quæ pag. 353. I. adnotavimus indicat, non verò in propria, quam ibi diximus, significatione *alumnum*, quos *projectos* & *sanguinolentos* posteriora jura vocarunt; ut ingeniosissimè prosequitur Gothofredus ad titulos VII. & VIII. lib. V. Codicis Theodosiani. Notas illas B M T *benemerenti* juxta praxim à nobis suprà Cap.III. pag.164. C. traditã explicamus. A B C

D

XXXI



E F G H

Aviculæ istæ suis hinc indè rogis impositæ, quid aliud quàm Phœnicem, notissimum æternitatis symbolum, significare possunt? Persuasionem æternæ, feliciorisque post præsentem vitæ, tum Poëtæ, tum ex Philosophorum Sectis plereque retinuerunt; nostræque inscriptiones non abludunt, in quibus SPEI AETERNAE, & PERPETVAE FELICITATI nuncupationes conceptas legimus apud Gruterum pag. CCCCXIV. 5, & pag. MCVII. 2; facitque sequens Ara funebris ad Sanctum Vitum prope Arcum Gallieni in Esquiliis AETERNAE ANIMAE L. ALLI TERTII dicata. I K

AETERNAE · ANIMAE
L · ALLI · TERTI · CAVSIDICI
QVAE FVIT CON L
DICIO ANNIS...
XXX ......
CVIV. ....

PERV

A PERV ....
ARME ....DVL
CISSIMO · FILIO · L · ALLIVS
TERTIVS · PATER · HVNC · PLACEN
B TIA HABET PATRIA QVEM ROMA
CREAVIT MARMOREO POSI
TVM SOLIO ARAMQVE SACRA
VIT · IN HORTIS ALLI FILETIANI
C CARISSIMI AMICI · CVRANTE
L · ALLIO COMA PATRVO FILIO
INNOCENTISSIMO

D *in ipsa basi* ΑΝΘΡΟΠΙΝΑ

Vbi lacuna visitur, lapis in medio excavatus est, & circumcirca attritus contactu & osculis Christi fidelium, qui hanc petram *Sceleratam* vocant; de qua videndus Baronius An. Christi CXCII. num. 4.

E XXXII

D M
MEMORIS · FILI · AVRELI
CANARTHAE · PRINCIPIS
F GENTIVM · BAQVATIVM
QVI · VIXIT · ANN · XVIIII

Parva admodum tabella, principis G viri Aureli Memoris Aureli Canarthæ filii, titulum facit. Eandem Fortunæ vicem miratus sum in arcula marmorea sepulchrali palmalis longitudinis modi- H co ornatu, Sphynges tantùm alatas in angulis ostentante, in Vinea Nobb. de Rondaninis ad Viam Tiburtinam intra Vrbem adhuc neglectâ, quam cineribus I Pertinacis Aug. recipiendis adhibitam, indicat hæc inscriptio:

191 DIVOS
PERTINAX
K AVG
S · C

Imò eò magis admirandam, quò Romani Imperatoris amplitudo & majestas, L Optimatis istius in tenui re publica vix cognitæ gentis conditionē longè excedit.

Baquates in Mauritania Tingitana ad Ibericum pelagus collocat Ptolemæus lib. IV. cap. I. sub hoc nomine ΒΑΚΟΥΑ-ΤΑΙ, quod propriè in nostros *Baquates* vertitur, cùm Græci literâ Q carentes, per K suppleant ejus usum; ut patet in nomine Quirinæ Tribus, quæ illis ΚΟΥΙΡΙΝΑ, ut in Grutero pag. DLXXXI. 9, & Lucii Ninnii Quadrati, qui ΛΟΥΚΙΟϹ ΝΙΝΝΙΟϹ ΚΟΥΑΔΡΑΤΟϹ dicitur apud Dionem lib. XXXVIII, ut aliis exemplis in re trita adducendis abstineam.

Attulerat jam pridem hoc marmoris exemplar Gruterus pag. MXXV. 7;

D · M
MEMORIS
FILI
ARRETI · CHANARTAE
PRINCIPIS · GENTIVM
BAQVATIVM
QVI · VIXIT
ANN · XVI

sed in aliquibus, & præcipuè in nomine

Arreti pro AVRELI mendosum; quod libentiùs corrigimus, (ut Sirmondum olim fecisse, idem Gruterus testatur in Notis) quò etiam ante Divum Aurelium Augustinum Christianæ Doctrinæ eximium illustratorem, nomen ejusmodi in Africa nobili huic generi commune fuisse pateat: vetustatem etenim & elegantiam secundi sęculi, circa Aureliorum Augustorum tempora, hæc inscriptio in optima characterum forma præsefert.

Extenuat similem Sabinorum principatum Reinesius in hoc lapide Brixiensi,

192 FIRMVS · IN
GENVI · F · PRIN
CEPS · SABINORVM
SIBI · ET · CORNELI
AE · RVSTICAE · CON
IVGI · M · CORNELI
O · PRISCO · F · ANNOR
XIII

eumque ad primum Sabii Municipii Decurionatum contrahit Epist. XLIV. pag. 394: Sed tamen noster MEMOR, non unius Oppiduli, sed totius gentis princeps, in superiori ordine collocandus est.

XXXIII

D · M
NILO
DELICATO · KARISSIMO
L · AGRIVS · LICINIANVS

Sat dictum est de istis *Delicatis* ad Inscriptionem XV. hujus ejusdem Capitis. A

lœcis, quæ ad Class. VIII. num. 56. adnotat) *præter rationem novata, eòque relinquenda suis autoribus, exigenda au-*
tem à civitate Latina, & peregrinitatis L
damnanda.

* *pag. 352. B. CVSTODIAM · MONVMENTI &c.*] Quamvis inter operas &

A ras & obsequia per Libertos Patronis
præstanda, istud de custodia sepulchri in
legum corpore minimè expressum lega-
tur; sed tantùm exemplum propositum
B sit in l. duorum 49. D. de oper. libert. de
custodia domus à Patrono peregrè profi-
ciscente Liberto indictâ: attamen, cùm
operæ quæcumque libertatem non one-
C rantes, ut in l. hoc Edictum 2, vel quæ
sinè turpitudine imponi possunt, ut in l.
hæ demum 38. in stipulationem cadant;
nîl mirum est, si hæc Sepulchri custodia,
D uti charitatis in Dominum etiam post
fata superstitis imaginem referens, rectè Liberto inter alias officiales, quas vocant, operas iniungi soleret; prout jubet quoq; incertus ille testamenti conditor apud Gruterum paginâ CCCCXCVI. 7, ibi, EIVSQVE · MAESOLEI · CLAVES · DVAE · PENES · ALIQVEM · LIBERTORVM · MEORVM · ET · CVRATOREM · CVIVSQVE · ANNI · SINT: Ad hoc præcipuè munus excitaverunt T. Flavius Alexander, & Mindia Tyche in sequentibus Epigrammatibus ædificium & tabernam,

266 T · FLAVIVS · AVG · L · ALEXANDER
FECIT · SIBI · ET
T · FLAVIO · EPAGATHO · FILIO
E ET · IVLIAE · COETONIDI
VXORI BENEMERENTI LIBERTIS LIBERTABVS
POSTERISQVE EORVM · HVIC MONOMENTO CEDIT
CVSTODIAE CAVSA QVE EST IVNCTA TABERNE CVM
F EDIFICIO ET HORTO PLVS MINVS IVGERV QVITQVIT IVRIS EST
EIVS SEPVLCHRI · ITA NE VENDERE LICIAT SET COLERE
H · M · ET · AEDIFICI V · H · NON · S

Inter Marmora Felsinea.

G 267 D · M
MINDIA · TYCHE · FECIT · SIBI · ET · SVIS · ET
LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · POSTERISQ
EORVM · CVM · AEDIFICIO · ET · TABERNA
H CVSTODIAE · TVTELAEQVE · CAVSA

Ex schedis Barberinis.

quod ESCITATIANVM · AEDIFI-
CIVM · CVSTODIAE · CAVSA · MO-
I NVMENTI, suprà pag. 320. L. voca-
tum vidimus. Sed propiùs ad nostrum
argumentum, custodiam Liberto tradi-
tam indicat columella è duobus lateri-
K bus insculpta, quam apud Ioannem Bap-
tistam Asinarium, Schedæ Barberinæ
extitisse tradunt.

268 CHARITO CVSTODIAE
L LIB SEPVLCRI
PROC

Et locus Appiani de Bell. Civ. lib. IV, ubi inter plura servorum & libertorum in proscriptos dominos egregia fidelitatis specimina, de liberto quodam anonymo (tenebris certè oblivionis indigno) meminit, qui *Sepulchrum Domini custodiens, herum proscriptum in eodem sepulchro cum parente unà salvos tenuit.*

Vltra pactas ejusmodi operas, præmio quandoque legato allectos ostendit l. libertis 18. §. ult. D. de alim. & cibar. legat. & l. Titio centum 70. §. Titio centum relicta D. de condit. & demonstr. atque hæc apud Gruterum inscriptio pag. MCX. 3. luculenter explicat.

268 L·VAL·FRONTO·MILIT·IN·LEG·XXX·EMIT·IN·HOC·PRAEDI · A
VM·ET·IN·HAC·AREA·FECIT·SIBI·VBI·PONERETVR·ET·RELIQVIT
LIBERTO · BASSO · ET · IPOPH · M·L· CVSTODIBVS·FV
TVRIS · QVID · EX · EIS · NATVM · FVE
RIT · NE · CVI · LICEAT · HOC · PRAEDIVM · B
VENDERE · POSTERISQVE · EORVM

• *pag.*357.F. *DVPLICARIVS*] Ista, & quę eam sequitur Inscriptio de *Duplicariis* mentionem habent,ut & sequentes.

269 D · M
MARIVS
MAXIMVS
DVPLICARIVS
LEG·II·PARTICE
SEVERIANE
STIPEN· XX
VIXIT·ANN·XL
HERES · VALERIVS
CENSORINVS
POSVIT·BENEMER

Ex schedis Barberinis.

270 D · M
T· AVRELIO · SECVND
NAT·RAITO·V·ANN·XXXIII
HEREDES · AMICO
OPTIMO · FA · CV
T· AVRELIVS· LVCIANVS
ET· T·AVRELIVS · QVINTVS
DVPL

In pavimento Divi Pauli.

Qui Duplicarii, Duplarii, seu Duplaris armaturæ dicantur,explicat Reinesius ad hanc Inscriptionem, quæ sibi 25. est Classis I.

271 I · O · M
IVN · POM
VICTORI
VS · VET
EX · DVPL · LEG
XIII · G
V · L · P

Plures affert Gruterus, à quo hanc solam pag. DXXVIII. 5. seligimus,ut eam ex autographo Hortorum Matthæjorum emendatiorem demus in prænomine *Aurelii*. C

272 D · M
MERCATORI
NAT·RAETO
ANNORVM·XIIII D
SERVO · DE · SE
MERENTI
T·AVR CENTILIS
DVPLICARIVS·DOMINVS E

Sed præcipua est ista T.Aurelii Sperati in ea parte, in qua de Sesquiplici, vel Sesquiplario loquitur, cui aliam è Schedis F Bibliothecæ Chisiæ adiunximus Cap. II. num. 245, hocque fragmentum damus in præsens.

273 D · M G
FLAVIO · CVPITO
VETERANO · COH
AVNCVLO
AVRELI · APRILI H
SESQ

Ad Mausoleum D. Helenæ.

Idem, quamvis alio quàm Stipendii I nomine, significare puto PRAEMIA DVPL*icia* sequentis Inscriptionis,quam ex Collectaneis Archinti in nostrum Syntagma de Colum. Traj. transtulimus K Cap. VII. pag. 197.

274 P · TVTILIVS · P · F · O *Ouf.*
VETERANVS · SIGIN
AQVILIFER · LEG · V L
CVRATOR·VET
ACCEPIT · AB · IMPE
PRAEMIA · DVPL
NATVS

A NATVS·EST·A·HIRTIO
VIBIO·PANSA·COS·DI
C·FVFIO·GEMINO·L·RV
GEMINO · COS · SIBI
B PATECINGI · F
DEMINCAE
ANDOBLATONI · P · F
GNATAE · P · F
C T · F

* *pag.*358.L. *SECVS · HERES*] Non ita hoc verbum SECVS pro *secundo*, errori Marmorarii adscribemus, ut culpa
D hujus scriptionis in idiotismum quendam Castrensem reiici non possit. Sic enim suprà num. 77. *Aurelius Marcus*; sic in Grutero pag. DXXIX. 3, & pag.
E DLXIX. 7. in militaribus pariter inscriptionibus SECVS · HER · dicitur.

* *pag.*359.A. *L · VALLONIO · L · F · SAPINA*] Numerum XXXV. imple-
F visse Romanas Tribus post additas circa Annum Vrbis DX. Velinam & Quirinam, ex Livio optimè deducit Sigonius in Annot. ad lib. II. cap. 21. Totidem
G agnoscit suo tempore Cicero Act. III. in Verrem, Orat. XVI. in Rullum, & alibi. Totidem numerant hæc duo marmora Tiberii ævo insculpta,
H

275 PLEPS·VRBANA·QVINQVE·ET
TRIGINTA · TRIBVVM
GERMANICO·CAESARI
I TI · AVGVSTI · F
DIVI · AVGVSTI · N
AVGVRI·FLAMINI·AVGVSTALI
COS · ITERVM · IMP · ITERVM
K AERE · CONLATO

276 PLEPS·VRBANA·QVINQVE·ET
TRIGINTA · TRIBVVM
DRVSO·CAESARI·TI·AVG·F
DIVI · AVGVSTI · N
L DIVI · IVLII · PRONEPOTI
PONTIFICI· AVGVRI · SODAL· AVGVSTAL
COS · ITERVM · TRIBVNIC · POTEST · ITER
AERE · CONLATO

Ædibus Nerliis ad quattuor Fontes.

cum quibus consentit aliud Trajano V. consuli dicatum, apud Gruterum paginâ CCXLVI.8. Et tamen aliquas hoc tempore medio auctas legimus, quamvis numerus immutatus non sit; imò nec recentiores in veteribus ipsis stabiliendis concordare invenimus. Crevit enim sub Trajano *Vlpia* Tribus, de qua Gruterus pag. DXXXII.9, & nostræ inscriptiones Capitis superioris num. 513. & 518. Creverantque ante id tempus *Flavia* de qua idem Gruterus pag. DLXVI. 55 *Augusta* ex dicto marmore 513. nostri Cap. IV; & *Iulia* ex Grutero pag. DIL. 4, & CMXXIV. 15, cujus originem habemus ex Dione lib. XLIV. ubi inter honores Cæsari Dictatori habitos, hunc commemorat, *Vnamque Tribum sorte ad hoc ipsum delectam* IVLIAM *cognominaverunt*. Crevit postea *Aelia*, de qua inscriptio 94. Cap. III, & Gruterus pag. LXXX. 2, atque *Aurelia* Cap. IV. num. 513. Nisi quod de istis, quæ nomina Imperatoria assumpserunt, dici forsan debeat, eas scilicet nomen suum non dereliquisse, sed novum in adulationem assumpsisse; sic enim allata Dionis verba innuere videntur. At verò in enumeratione veterum (ut diximus) variant Authores: Stephanus quippe, qui ex Manutio eas recenset, hoc alphabetico ordine; XXXV. numerò collocat.

Aemilia	Mæcia
Aniensis	Menenia
Arniensis	Oufentina
Claudia	Palatina
Clustumina	Papia
Collina	Papiria
Cornelia	Poblilia
Esquilina	Pollia
Fabia	Pomptina
Falerina	Popilia
Galeria	Pupinia
Lemonia	Quirina

Romilia	Terentina
Sabatina	Tromentina
Scaptia	Vejentina
Sergia	Velina
Stellatina	Voltinia
Suburana	

Briſſonius de Formul.lib.VIII. ſex & triginta computat, ſed *Papiam* & *Popiliam* excludit, ſubſtituitque *Horatiam*, *Ocriculanam*, & *Veturiam*, omnes quidem ex inſcriptionibus cognitas. Roſinus (ut cæteros miſſos faciam) Antiq. Roman. lib.VI. cap.XIX. in numero cum Manutio conſentit, ſed diſcrepat removendo *Papiam* & *Publiciam*, reponendo autem *Horatiam* & *Veturiam*. A

Præterea ex Gruteri inſcriptionibus accreſcunt Appia, Camilia, Campana, Cluentia (de qua aliquid dixi ad Colum. Traj. cap. VII. pag. 199. E.) Dumia, & Latina; nam *Staberinam* nullo lapide vel Authore adiutam, Scaligero relinquendam puto; & ſic quoque VER. inſcriptionis iſtius, B C

D

277 C · LVDIVS · C · F · VER · RVFVS
TRIB · MIL · · · · · ·
ARBITRATV· T· OPIDIENI·T·F·SER
ET · HILARI · LIB

E

ad Oppidum Podii S. Laurentii in Sabinis, non autem Romæ extantis, ut Gruterus pag. DLI.7. ex Metelli codice hauſit, in qua Tribus ita eſt confuſa, marmore ſcilicet attrito, ut Illuſtriſsimus de Laurentiis Venuſinus Epiſcopus, eo diligenter perſpecto, NER legendum dubitaverit; & ego SER *Sergiam*, tertiâ lineâ repetitam, libens admittam.

Ex Feſto itidem *Pinaria* Tribus accedit lib. XIV. verb. POPILLIA, & *Titienſis* lib. XVIII. Ex noſtro tandem hoc marmore prodeat SAPINA, cui Livius ipſe ſuffragatur lib. XXXI. cap. 2. hiſce verbis, *C. Oppium Præfectum Sociûm, hac tumultuaria manu per Vmbriam, quam TRIBVM SAPPINIAM vocant, agrum Bojorum invadere juſſit*.

Cùm itaque XXXV. illæ Tribus ex Manutio deſcriptæ, dimidiâ plùs parte augeſcant (additâ inſuper *Cluvjâ* Tribu ex Grut. pag. DXXI. 2. in Indice quamvis omiſsâ) hoc eſt,

Aelia	Camilia
Appia	Campana
Auguſta	Cluentia
Aurelia	Dumia
Flavia	Pinaria
Horatia	Sapina
Iulia	Titienſis
Latina	Veturia
Ocriculana	Vlpia

F

probabile mihi redditur, aliquas fuiſſe binomines, (ut de Imperatoriis jam diximus) eaſdemque, modò à nomine loci, modò ab aliqua familia nomen diverſimodè obtinuiſſe; quod & Roſino in mentem veniſſe obſervo, & ex hac inſcriptione arguere me poſſe videor; G H

278 C · VALERI
VS · C · F · VOL
CAMPANA
VIENNA · MIL I
LEG · XI · G · P · F
C ·· NIANNO ··
H · P · XV · · · K
C ·· OMINIVS
NEMAVSVS
·· F · C

Gruterus pag. DLXIV. 4. L

quaſi utroque nomine Tribus *Voltiniæ* (celebrior ſanè) potita ſit: ſive etiam, quia *Campana* poſtea aucta, in hac Tribu ſuffra-

A suffragium tulerit. Vno verbo concludendo, dicam suffragia semper XXXV. numerò fuisse, quamvis plura fuerint Tribuum nomina, vel aliæ nomine di-
B versæ ad suffragandum quidem, sed cum aliqua ex primitivis, admissæ sint.

* *pag. 363.* L. *Pontis Cestii apud Gruterum*] Ad eam inscriptionem, planum-
C que ejusdem sensum, qui talis est, titulis præcisis, IMPPP·VALENTINIANVS· VALENS· CONSVLES·II· ET· GRATIANVS·COS·PRIMVM· PONTEM
D FELICIS·NOMINIS· GRATIANI· CONSTITVI· DEDICARIQ· IVSSERVNT, ita se involvit Nardinus lib. VIII. cap. III., ut putet, inscriptionem
E à Theodosio in honorem Gratiani antecessoris sui positam, eique, à quo promotus fuerat, operis laudem adscriptam, *ancorche il Ponte fusse compito à suo tem-*
F *po*, [de Theodosio loquitur] *pur volle nelle iscrizzioni darne intera la gloria a' suoi Antecessori, & in specie à Gratiano, da cui la dignità Imperiale riconosceva*;
G nescius scilicet, Gratianum illum FELICIS NOMINIS, esse Gratianum seniorem, Valentiniani & Valentis patrem, cognomento *Funarium*, ut habetur ex
H Ammiano lib. XXX.

* *pag. 363.* G. *Q. MVCIO· PRIMIGIINIO*] Triginta ferè exempla hujus abusus duplicis elementi II pro E affert è
I Grutero Scaliger in Indice Grammaticalium, quibus nostra hæc inscriptio, & sequentes addi possunt.

279 Q·CAIICIIVS
K Q·L
AIINBVRA
Lonati apud Veronam.

280 X·VALIIRIVS·SIIX·F
L SIBI·IIT·SIICVNDAII
VALIIRIAII·M·F
VXORI
Verona ex Blanchino Viro Cl.

281 D · M
IIVNICO·VIRO
SVO·FIICIT·VITILLIA
SIICLARIS· SIIPVLCRV
DIIDIT
Apud Achillem Maffeium è schedis Barberinis.

282 ATINIA
L·I'ILIA
PROCLA· VIXIT
ANOCLA·IIT
MIISORV· QVATOR
Villa Corsina in Vrnula.

283 SIIMPRONIANII
TRYPHIINAII
D M
Patavii ex Reinesio.

284 D M
MARIO·EV
PHROSYNO
VIX·ANN·VII
MIINS·VIII·DIEB
VII·FEC·MARIA·A
THENAIS·VERNAE
SVO
è schedis Barberinis.

Origo referenda videtur ad similitudinem cum H Etâ sive E longâ Græcanicâ, eo modo apud veteres efferri solitâ; quidquid postea recentiorum usus evicerit sonum literæ H cum I confundendi. Sic namque in hac inscriptione Gruteri pag. DCCXLI.9. promiscuè H & II scribitur, Λ etiam Græcorũ loco nostri L adhibito.

285. D · M
I·M·VA
ΛHRIANV
S·C·SIIXTIAI
O·TIIRIIOAO·P
ATRII·IIT·SIIX
TIAIVS·VIIR
VS·P·BIINII
MHRIINTI

* *pag. 364.* B. *PATRONVM·COOPTAVERVNT*] Alii ab istis Patronis

tronis per cooptationem adſcitis, ſunt Patroni à majoribus originales, de quibus extat hæc Gruteri inſcriptio: A

286 POSTVMO · LANPADIO · V · C
ET · INLVSTRI · CONS · CAMPANIAE
RESTITVTORI · PATRIAE · ET B
REDINTEGRATORI · OPERVM · PVBLICOR
ORDINIS · PROVISORI · POPVLI · SVBVENTORI
OB · INSIGNIA · EIVS · BENEFICIA · PATRONO
LONGE · A · MAIORIBVS · ORIGINALI C
ORDO · CAPVENSIS · VOTI · ET · OBSEQVI
SVI · PIGNVS · LOCAVIT

Aliter Sponius, qui non niſi ut corrumperet, Miſcellaneis ſuis commiſcuit pag. 160. D
Huic concinunt ſequentes ex noſtra Collectione.

287 FLAVIO · FVRIO · FAVSTO · V · C · TRIBVNO
AB · ORIGINE · PATRONO
OB · MERITA · LABORVM · SVORVM · VNIVERSVS · ORDO E
ET · POPVLVS · SVRRENTINORVM
STATVAM · NOBILITATI · EIVS
FACIENDAM · CVRAVIMVS

Ex ſchedis Barberinis. F

Aliam quære Cap. II. num. 232.

* *pag.367.G. Prope Pontem Metauri*] Socius, hic viliſſimi vernulæ lapis, & loco, & magnitudine fuit huic alteri ibidem erecto in reſtaurati proximi ad Metaurum Pontis monumentum.

288 AETERNI · IMPE
RATORES · DIOCLE
TIANVS · ET · MAXI
MIANVS · AVGVS
TI · ET · PERPETVI ·
CAESARES
CONSTANTIVS ·
ET · MAXIMIA
NVS · PONTEM
MATAVRO

Fefellerat me memoria, dum in meo de Emiſ. Fucin. Opuſculo Membr. III. hanc eandem Epigraphen à Ioanne Metello Sequano apud Gruterum pag. CLXI. 3. exſcriptam, Ponti ſuo redditam dubitaveram; quia verè non iſtam, ſed hanc aliam, Pontem occupare conſpeximus,

289 IMP · CAESAR
DIVI · NERVAE · F
NERVA · TRAIANVS G
OPTIMVS · AVG · GER
DACICVS · TRIBVNIC
POTEST · XIX · IMP · XI
COS · VI · P · P H
FACIVNDVM
CVRAVIT

cùm anno ſuperiori, poſt XIV. annorum abſentiam, Patriæ ſolum te occurſante I reviſerem.

MATAVRI nomen, poſterioribus temporibus, in locum *Metauri* irrepſiſſe credit Cluverius Ital. Ant. lib. II. cap. V. K pag. 607. 35. Sed ego, ultra inſcriptionem illam incerti temporis pag. CCCCLXIII. 4. quæ REIP. VRVINATIVM MATAVRENSIVM meminit, & *Matauriā* hancce, forſan ita à patria *Matavro* in Bruttiis (ſic quoque ex Suida & L Stephano vocandâ) denominatam;

290 D · M

A 290 D M

VETVLENE · FELICISSIME
MATAVRIAE · CONIVG · SANCTISS
· C · Q · V · A · XXVII ·
B L · VETVLENVS · TROPHIMVS · MA
RITVS · FECIT · ET · SIBI

Genius sedens face inversâ — *alius similis*

In Operculo Vrna Musei Ciampini.

à Trajani ipsius ævo Mataurũ nuncupa-
C tum reperio in hac eleganti inscriptione, in Porticu Curiæ Sancti Angeli in Vado, in ruinis Tiferni Mataurensis extructi, existente.

291 L·ACONIO·L·F
D STATVRAE
7·LEG·XI·C·P·F·LEG·IIII·F·F·LEG
V · MACED · LEG·VII· C·P·F·DONIS
DONATO · AB · IMP · TRAIANO
E AVG· GERMANICO·OB·BELLVM· DACIC
TORQVIBVS · ARMILLIS · PHALERIS
CORONA · VALLARI · ET · A · PRIORIB
PRINCIPIBVS · EISDEM · DONIS
F DONATO · OB · BELLVM · GERMAN
ET · SARMATIC · A · DIVO · TRAIANO
EX · MILITIA · IN · EQVESTREM
DIGNITATEM · TRANSLATO
G ARIMINI · PONTIF · QVINQ
TIFERNI · MAT · FLAMINI · PONT
QVINQ
L · ACONIVS · STATVRA · FIL
H EX · TESTAMENTO · EIVS · CVIVS
DEDICATIONE · EPVLVM · DECV
RIONIBVS · ET · PLEBI · DEDIT
L · D · D · D

I Ambas hasce inscriptiones ad Bellum Dacicum pertinentes, si mihi innotuissent, libens, atque opportunè admodum inter alias mei Syntagmatis de Columna
K Trajani recensuissem.

Ex prima etenim confirmo id, quod Cap.IX.pag.285.D, 288.A, & 292.D asserui, PARTHICI denominationem,
L non ante Tribuniciam Potestatem XIX. per Trajanum fuisse assumptam. Nec profectò Nummi aliter evincunt: quia, licèt III. Mediobarbus à Tribun. Potest. XVIII. Parthici titulum addere incipiat in suo Occonis additamento; merâ tamen & nudâ coniecturâ utitur, quam in ipso Occone reprobavi pag.294.D: cæterùm, unicus, quem ex Indice Polatio affert nummus pag.163.annos Tribuniciæ Potestatis enumerans, *vicesimam* expressam gerit. Apparet hinc etiam, acclamationes Imperatorias Trajani esse tum in Occone, tum in ejus Supplemento, pro libito potiùs, quàm certâ lege digestas; dum ultimo Imperii anno decimam consignant,

signant, & tamen hìc in penultimo undecima conspicitur.

Ex hac posteriori Tifernate, census eorum, quos ob Bellum Dacicum donis donatos Cap. VIII. pag. 238. C. memoravimus, augeri potest. Tertiam hanc addimus prope Cutilias repertam, atque ex ea, nostram pariter opinionem Cap. IX. pag. 292. fovemus, sextum Trajani consulatum non nisi anno Imperii XV. contigisse; cùm ineunte Tribuniciâ Potestate XV. (de inchoata scilicet circa Kalendas Novembres in fine anni XIV. Imperii intelligendo, ut latè ibidem pag. 271. D. enucleavimus) adhuc consul V. inscriberetur.

292 IMP · CAES · DIVI
NERVAE · F · NER
VA · TRAIANVS
AVG · GERMAN
DACICVS · PONTIF
MAXIMVS · TRIB
POTESTATE · XV · IMP
VI · COS · V · P · P · SVB
SRTVCTIONEM · CON
TRA · LABEM · MONTIS
FECIT

è schedis Barberinis.

* *pag.* 368. K. *L. Mummii, à quo Corinthus deleta est*] De hoc extant binæ inscriptiones hisce iisdem verbis

293 M · MVMMIVS · COS
VICO

inter rudera Trebulanę Colonię totidem basibus consignatæ, super quibus bina signa elaboratissimæ industriæ stetisse observavi, jam humi jacentia; quæ olim græcorum quorundam Heroüm imagines præsetulisse puto, ut scalpturæ elegantia, & paludamenta non Romano more super dextrum humerum, sed Grecanico super sinistrum fibulâ comprehensa demonstrant. Vtramque Statuam, laceram quamvis, brachiis & cruribus abscissis, & capite deperdito, Io: Bapti- A
sta Michaëlius Sanctæ Victoriæ Trebulanæ Martyris Abbas, mihique longâ amicitiâ coniunctissimus, Eminentissimo
D. Cardinali Carpineo dono dedit, Ro- B
mamque advehi curavit, quarum altera modò M. Aurelii Pii F., altera P. Septimii Severi personas gerunt.

Duo hinc ad historiam illustrandam C
mirum in modum conferunt. Primum, jam tempore consulatus hujus L. Mummii, qui A.V. DCVIII. cum Cn. Cornelio Lentulo cos. processit, Trebulam Mu- D
tuescam in Vicum fuisse redactam, quod Straboni ita lib. V. dicenti fidem conciliat, *Trebula verò & Eretum aliæque idgenus habitationes, Vicis rectiùs, quàm Vrbi-* E
bus accenseris. Vicum itaque nominavit Mummius hanc, olim, ut ex ipsius ruderibus apparet, non spernendam Coloniam; visuntur enim inibi vestigia Am- F
phitheatri, & Templi *Feroniæ* illius *in Sabinis*, unde, ob iniurias Romanis illatas, bellum Regnante Tullo inter Romanos & Sabinos exarsit, ut Cap. sequen- G
ti pleniùs ostendemus.

Notatione etiam maximè digna est confirmatio, ex hac Mummii liberalitate per Florum in Livii Epit. lib. LII. cele- H
bratâ, præconii quo ipsum ornavit Cicero Act. III. in Verrem, monstrosæ istius rapacitati alterius abstinentiam opponens. Propiùs autem ad rem nostram I
Strabo lib. VIII. ita de Mummio ait, & statuas istas, è Corinthi spoliis hìc locatas, quasi digito ostendit, *Plurima item alia*
& aspectu jucundissima Templis apposita K
donaria hinc profecta sunt; aliqua etiam VICINAE ROMAE CIVITATES habuerunt: Mummius enim magìs animi magnitudine excellens, quàm ad hujus L
generis artes contemplandas studiosus (ut fama est) eas ab se rogantibus amicis facilè largiebatur.

* *pag.*

A * *pag.* 369. B. *A FRVMENTO*] Simile officium vidimus Cap. antecedenti num. 297. in ATHICTO *servo* A FRVMENTO. Alia tria marmora ejusdem
B ministerii suggerit Gruterus pag. DXCII. 9, & DXCIII. 1. 2. Hoc aliud, ita per Rubeum in Agro Brixiensi descriptum,

294 AROGO·AVG·LIB·TABVLAR
C T·AELI·VALERIANO·EROTIGAE
AROGVS · PATRI · ET
FRATRI · DVLCISSIMO

Polæ transfert Reinesius Class. IX. num.
D 45. atque in officium Tabularii à frumento, omnia pro libito immutando convertit, quasi scriptum sit.

TROGO·AVG·LIB·TABVL·A FRVM
E T·AEL·VALERINA·EROTI
GAIVS AELIVS· TROGVS &c.

Idem verò munus sub novo hoc nomine TRITICARII designari puto in Arula Silvano dicata in nemore prædii Nob. Matronæ Paullæ de Matthæiis prope Viam Ostiensem,

295 P·AELIVS·AVG·LIB
bina Leoninæ facies
SILVANO·SAN
CTO
totidem Taurinæ
CALLINICVS·TRITIC
D D

ubi & vestigia Templi Silvani in Ara memorati, & ipsius mentio in fragmento alterius majoris Cippi ibidem jacentis.

	296	LVTE	*In latere intuentibus dex. insculpta sunt simulacra Silvani ad dex., &*
		ONINI	
F		II · PP	*Dianæ ad sin.*
		ILVANO	*Silvanus dex. falcem tenet, sin. ramum,*
		MES	*habetque Lupum ad pedes*
		RIVS	*Diana dextram sublevat super humero dextero, tamquam sagittam ex*
G		ARMORE	
		OSVS	*pharetra depromens, sinistra arcum*
		O · DD	*humi incubantem sustinet; habetque*
		ITQVE	*Canem ad dex.*
H		VG	*In latere inscriptioni averso, ad dex.*
		T·LARGO·COS	*tripus, ad sin. caput porci.*

Largus & Messallinus A. V. CM.

I * *pag.* 369. H. *VIII·VIR·AED·POT*] In hisce *Octoviris*, silentibus omnibus, hærere me fateor. Proxima huic Trebulanæ inscriptioni, est ista, per Gruterum
K in Aequicolis reposita pag. CCCCIL. 1.

297 T·PETIDIO·T·F·
FAB · CESSINO
VIII·VIRO·AEDILICIAE
L POTESTATIS·VIII·VIR·II
FANOR·VIII·VIR·III·AERARI
ADLECTO·SVPRA·NVMER
SEVIRVM·AVGVSTALIVM
PLEPS · TREBVLANA
OB · MERITA · EIVS
L · D · D · D

quam ita ex basi in ipsis pariter Trebulæ ruderibus exscripsi & emendavi.

De eodem *Tito Petidio Fabiâ Cesino* est alia Interamnensis pag. CCCCLI. 4; ac de alio *T. Petidio T. F. Fab. Lucejo*, Trebulano forsan & ipso, ac gentili hujus (an filio?) erit ea, quæ sine loco recensetur pag. LXXI. 2: Vnde Trebulanæ Coloniæ proprium hunc esse Magistratum

 crede-

credere potuissem; nî & Amiterni pag. MCVI. 4, & Firmi, agroque Firmano, ac Falerione ex sequentibus inscriptionibus eundem titulum reperissem.

298 C · FVFICIO
C · L · GENIALI · VIII
VIR · AVG · FIRMI
ET · FALERIONE
CARDANATE
PROCVLA · VXSOR
POSVIT

Ex schedis Barberinis.

299 OS
T · ACATI
T · L · PHILADEL
VIII · VIR

In Columna prope Lapedonem Agri Firmani.

Illud observo, minimè perpetuum hunc honorem fuisse, dum bis VIII virum Sextum Tadium Reate, nempe in eadem regione & vicinitate pag. CDLXXI. 6. apud Gruterum invenio; quod & Seviris Augustalibus commune fuit: Sic enim *iterum Seviros* pag. CDLXXIII. 2, CDLXXV. 3, CXIII. 2. in Grutero legimus, & hæc Trebulana inscriptio M. M. Valerios Sabinum & Phœbum enunciat:

300 M · VALERIVS
SABINVS
VI VIR · AVG · II · SIBI · ET
M · VALERIO · EROTI
PATRI · SVO
RVSTIAE · PHILONICE
VXORI · SVAE
M · VALERIO · PROBO
VI · VIR · AVG
M · VALERIO · PHOEBO
VI · VIR · AVG · II *insertũ postea*
VALERIAE · PYRALLIDI
T · F · I

In Turri Campanaria Ædis S. Victoris.

Nec secus hæc Brixiensis à V. Cl. Francisco Blanchino excepta, mihique cum aliis pluribus transmissa:

301 TI · CLAVDIVS A
AVCTVS
VI VIR · AVG · ET · ITER
D D · SIBI · ET
CLAVDIAE · ARRETINAE B
VXORI
· · · CLAVDIO · · · ·
TI · CLAVDIO · TROPHIM
VI VIR · AVG C
CLAVDIAE · MARCELLIN · CLAVD
HERMIONE · CLAVDIO · CRESIM

Additoque Quinquennalitatis titulo hæc alia Ortana ex Schedis Barberinis; D

302 MAVORTI · VLTORI
Q · NINNIVS · Q · F · QVIR · PAETVS
II · VIR · COLON · ORTANAE E
AVG · ET · VI · VIR · AVGVSTAL
QVINQVEN · II · SACRVM

aliaque sequens Ostiæ reperta, ibique adhuc existens. F

303 D · M
L · CARVLLI · FE
Vir in lectulo jacens
LICISSIMI · BIS G
VI · AVG · IDEM
QQ · L · L · QQ · CORPOR *quinquẽnalis Laurentiũ Lavinatũ*
VIN · VRB · ET · OST *quinq. Corporũ Vinariorũ Vrbanorũ*
VIX · A · LXXVI *& Ostiens.* H
CARVLLVS
FELICISSIMVS
PAT · B · M · I EC

Nec mirum, in aliquibus convenire Seviros cum Octoviris; Quoniam & isti in præallata inscriptione Firmana AVGustales vocantur (AVGustalem enim non AVGurem legi debere, dignitas Auguratus libertinę GENIALIS illius conditioni nimiùm impar exposcit). Potiorem tamen fuisse Sevirorum gradum, patet, quia post VIII viratum Seviralis honos in utraque inscriptione T. Petidii Cessini recensetur. I K L

Quodnam modò Magistratus, sive

Sacer-

A Sacerdotii genus fuerit istud Sevirûm
Augustalium, discordant duo philologici hujus studii clarissima lumina, Reinesius, ac Eminentiss. Norisius: Alter
B namque Epist. XXXI. ad Rupertum, &
ad lapidem Suelitanum 99. Class. I. eorum institutionem & appellationem indè
processisse ait, *tanquam Augustorum*
C *jussione in Colonia Augusta, vel municipio, quia genere, meritis, & patrimonii amplitudine potiores*; ipsos dignitate medios inter Decuriones, & Municipes, seu
D Plebem statuit; à Decurionibus legi solitos, atque ad onus Augustalitatis compelli potuisse; Sacra sollemnia, Ludosque curasse; Sacerdotes dictos; in Seniores &
E Iuvenes secundùm seriem nominationis divisos; sive, juxta Welseri opinionem, Iuniores eos fuisse, qui primùm hunc Magistratum gererent, Seniores illos, qui
F anno suo jam functi essent; annalis enim plerumque, quandoque etiam perpetuus is honor erat, sive onus (ut diximus) appellare placeat, quia relicto perpetuo re-
G ditu redemptum aliquando apparet; alios ex istis Seviris, propter honorem indultum, vel pecuniam solvisse, vel opus publicum instaurasse; alios, & quidem in-
H genuos, & digniores, gratuitò admissos, lapidum plurium exemplo, quibus hunc Brixiensem ex Rubeo possumus addere.

304 C·IVLIO·PAVLINO
I ANDRAGATHO
VI·VIR·AVGVST
GRATVIT
C·IVLIVS·AQVILINVS
K PATRI

Tandem, de caussis etiam privatorum, delictis, & criminibus, non quidem jure Magistratus, sed lege, & constitutione
L Principum cognovisse, & propterea AVG*ustales Iuri Dicundo* in Alcantarena 7. pag. CDXXI. nuncupatos. Hæc ad summam Reinesius ex pluribus inscriptionibus laboriosè consarcinata, primus omnium, ordine, atque ab origine edisseruit: quæ in laudem Viri, & excusationem, si non omne punctum tulisse videbitur, dicta sunto.

Eminentissimus Norisius Dissert. I. cap. VI. ad Cenotaphia Pisana, ab institutione Sodalium Augustalium sub initium Principatus Tiberii ex Tacito originem sumit; indèque Colonias, partim adulandi calliditate, partim ambitionis sensû, Collegia, seu Corpora Augustalium Sacerdotû, imperantis Vrbis exemplo instituisse, in quibus sex primùm nominati Seviri Augustales dicebantur.

His ritè constitutis, & solidâ eruditione roboratis, Reinesium redarguit, ubi eos inter Magistratus recenset, & actione juris dicundi præditos fuisse credidit. Primò, allatam inscriptionem CCCCXXI.7 in qua AVG. I. D. legitur, aliâ notâ intermediâ PR. suppleri, quasi PR*æfectus Iuri Dicundo* intelligi debeat; potiùs quàm (extra omne exemplum) Augustalibus hæc jurisdictio tributa censeatur. Aliam Reinesio inobservatam pag. CCXV.2, in qua IVS. PVBL. OBIRE Augustalibus Petelinis concedi videtur; ad ea sacra, quæ ad eorum Collegium attinebant restringit, & juris administrationem coartat. Hoc certiùs affirmasset Vir doctissimus, si secundam hanc inscriptionem, quæ sibi difficultatem excitavit, emendatiorem apud Gualtherum inter Antiquas Tabulas num. 391. & per nos diligentiùs adhuc, ope R. D. Dominici Sabbatini Strongilensis recognitam, animadvertisset: non enim IVS. PVBL. OBIRE, sed NIBVS. PVBLICIS. OBIRE (nescio quo sensu) legitur initio IX. lineæ in Basis latere intuentibus sinistro. Sed operę pretium est integrum marmor cum sua dedicatione, quæ primam faciem occupat, exponere; postquam in Grutero

hæc seorsim, idest pag. CDXXXVII. 6. apparet. A

305 M · MECONIO · M · F
COR · LEONI
AED · IIII · VIR · LEG · COR
QVAEST · PEC · P B
PATRON · MVNICIPI
AVGVSTALES · PATRONO
OB · MERITA · EIVS
L · D · D · D C

306 *In latere dextero*

KAPVT · EX · TESTAMENTO

HOC · AMPLIVS · REIP · PETELINORVM · DARI · VOLO D
HS · X̄ · N̄ · ITEM · VINEAM · CAEDICIANAM · CVM
PARTEM · FVNDI · POMPEIANI · ITA · VTI · OPTIMA · MAXI
MAQ · SVNT · FINIBVS · SVIS · QVAE · MEA · FVERVNT · VOLO · AV
TEM · EX · VSVRIS · SEMISSIBVS · HS · X̄ · N̄ · COMPARARI · AVGVS E
TALIVM · LOCI · N̄ · AD · INSTRVMENTVM · TRICLINIORVM · DV
VM · QVOD · EIS · ME · VIBO · TRADIDI · CANDELABRA · ET · LVCERNAS
BILYCHNES · ARBITRIO · AVGVSTALIVM · QVO · FACILIVS · STRATI
NIBVS · PVBLICIS · OBIRE · POSSINT · QVOD · IPSVM · AD · VTILITATEM F
REIP · N · PERTINERE · EXISTIMAVI · FACILIVS · SVBITVRIS · ONVS · AVGVS
TALITATIS · DVM · HOC · COMMODVM · ANTE · OCVLOS · HABENT
CAETERVM · AVTEM · TEMPORVM · VSVRA · SEMISSE · HS · X̄ · N̄ · AD · INSTRV
MENTVM · AVGVSTALIVM. ARBITRIO · IPSORVM · ESSE · VOLO · QVO G
FACILIVS · MVNVS · MEVM · PERPETVVM · CONSERVARE · POSSINT
NEQVE · IN · ALIOS · VSVS · VSVRAS · QVAS · ITA · A · REP: FETELINORVM · ACCEPERINT · TRANS
FERRI · VOLO · QVAM · SI · NECESSE · FVERIT · IN · PASTINATIONEM
VINEAM · QVOQ · CVM · PARTE · FVNDI · POMPEIANI · SIC · VT · SV H
PRA · DIXI · HOC · AMPLIVS · AVGVSTALIBVS · LOCI · N · DARI
VOLO · QVAM · VINEAM · VOBIS · AVGVSTALIBVS · IDCIRCO · DARI
VOLO · QVAE · EST · AMINEA · VT · SI · COGITATIONI · MEAE · QVA · PRO
SPEXISSE · ME · VTILITATIBVS · VESTRIS · CREDO · CONSENSERITIS I
VINVM · VSIBVS · VESTRIS · DVMTAXAT · QVVM: PVBLICE · EPVLAS · EX
ERCEBITIS · HABERE · POSSITIS · HOC · AVTEM · NOMINE · RELEVATI · IN
PENDIS · FACILIVS · PROSILITVRI · HI · QVI · AD · MVNVS · AVGVSTALITA
TIS · COMPELLERENTVR · LOCATIO · VINEAE · PARTIS · FVNDI · POMPEIANI · VINE
AM · COLERE · POTERINT · HAEC · ITA · VT · CAVI · FIERI · PRAESTARIQVE K
VOLO · HOC · AMPLIVS · AB · HEREDIBVS · MEIS · VOLO · PRAESTARI
REIP · PETELINORVM · ET · A REP · PETELINORVM · CORPORI · AV
GVSTALIVM · EX · PRAEDIS · CETERIS · MEIS · PALVM · RIDICAM
OMNIBVS · ANNIS · SVFFICIENS · PEDATVRAE · VINEAE L
QVAM · AVGVSTALIBVS · LEGAVI

In latere sinistro

A VOBIS · AVTEM · AVGVSTALES · PETO · HANC · VOLVNTATEM
MEAM

A MEAM·RATAM·HABEATIS·ET·VT·PERPETVA·FORMA·OBSERVETIS·CVRAE·VESTRAE·MANDETIS·QVO·FACILIVS·AVTEM NOTA·SIT·CORPORI·VESTRO·HAEC·ERGA·VOS·VOLVNTATEM TOTVM·LOCI·KAPVT·QVOD·AD·VESTRVM·HONOREM·PERTI
B NET

Fuisse autem Sacerdotium, ut illud Tacitus appellat Ann. lib. I. cap. 54., potiùs
C quàm Magistratum, ex ipso Augustalitatis honore feminis collato, de quo tria ex Grutero pag. MLXXXVIII. 1. & 12. adducit exempla Reinesius, probari potest;
D feminis namque jurisdictio, sed non Sacerdotium interdicebatur: Quinimo præcipuè Sacerdotes Augustales, sive Divi Augusti, Antoniam Drusi, & Postumiam
E Paullam ostendunt inscriptiones pag. CCXXXVI. 9, & CCCXX. 10, ejusdemque Antoniæ nummi apud Occonem pag. 100, atque etiam hæc nostra, quæ ex Schedis Barberinis apud Maffejos extitisse legitur.

307 PHILLIAE·VICTO
RINAE·M·F·SACER
DOTI·AVGVST·ANN
XXIII·VIXIT·ANN
XXXVIII·M·VIII
L·PHILLIVS·L·LIBER
OLYMPVS·PERAG
F·C

Idem observavimus in C. VIRATIO LONGINO Seviro simul & Salio Veronensi Cap. II. num. 296, atque in hisce aliis quæ sequuntur.

F 308 T·CORVNCANIVS·T·F·VAGONTIVS
VI·VIR·AVGVST·AVGVR·PVL
LARIVS·LEG·V·ALAVD·PATR
COLLEG·FABR·FORM·II·VIR
G QVINQVENN·D·D
Formiis ex Reinesio Class. VI. num. 35.

309 Q·OCTAVIO
Q·L·POP·PRIMO
H VI·VIRO·AVG
SAC·IVVEN
OCTAVIA·TIGRIS·PAT
CONIVGI·B·M·ET·SIBI
I *Grut. pag. CDXLIV. 6*

310 D M
ROMATIAE·L·F
SEVERIANAE
K FILIAE·OPTIMAE
QVAE·VIX·AN·XII
L·ROMATIVS
TROPHIMVS
L VI·VIR·ET·AVG·COM
VI·VIR·MEDIOL·ET
PVBLICIA·L·F
ATILIA
PARENTES
Idem pag. CDLXIII. 9

311 SAERONIA
Ɔ·L·TERTIA
SIBI·ET·P·SEXTILIO
PRIMO·HARVSPICI
SEVIR·AQVINI
ET·SVIS·IN·F·P·XII
IN·AGR·P·XII
Idem pag. CDLXIX. 6

312 NEPTVNO·REDVC
SACRVM
Q·MANILIVS·Q·F·PAL
SEVERIANVS
VI·VIR·AVGVST
ET·FLAM·TITIAL
V·S·L·M
Ex schedis Barberinis.

313 A.

313 A·LYSIVS·AMARANT
VI·VIR·ET·AVGVR
SIBI·ET·LYSIAE·EPHYRAE
Perusiæ apud Nobb. de Montemelinis.

314 P·VETIVS
GALLVS
VI VIR IVN
PONTIF
SIBI·ET
AMANDAE
AMABILI
BLANDAE
LIBERT
T·P·I
Ex Collectaneis Archinti.

315 L·AVRELIO
L·L·VICTORI
DOMO·AEQVO
AVG·ET·SENIAE
SAC·PRIM·CORP
AVGVSTALIVM
ORNAT·ORNAM
DECVRIONALIB
PLEBS·SENIENSIVM
AERE·CONLATO
CVRANT.AVR·SECVND
Seniæ ad DD. Cosmi & Damiani.

Quo pacto autem, cùm *Seviri* ex ipsa vi nominis numerum eorum senarium indicent (expressè enim *Sexviros* non semel, nusquam verò *Sextumviros*, ut semper apud Sponium, nuncupatos vidi) tot autem simul recenseantur; id eâ ratione factum putârim, quòd actu (ut sic dicam) Seviratum exercentes, totidem numero fuerint; quia verò Seviratus sive annalis, sive quinquennalis erat, certè temporarius & iterari solitus, ut suprà ostendimus; hinc porrò multiplicitas Sevirorum insurgit, dum Svirales omnes, munere quamvis functi, titulum honoris ergò retinebant. In ipso munere Seviros, & numero respondentes, habemus pag. XCVI. 8, pag. CXCIV. 8, pag. CCXXVI. 1, pag. CCXLIX. 5, & pag. MXIII. 3. apud Gruterum, quarum priorem ex Angelotto, & Cameli Schedis emendatam dedi Cap. I. num. 141. A

E Seviris honorariis, quos vix unquam Sacerdotium hocce (sic enim jam absolutè vocare placet) attingisse crediderim, eos fuisse suspicor, qui dignitatē, alioquin oneri futuram, ut ex Petelina inscriptione vidimus, pretio, vel opere sibi comparaverunt; ut XIII. illi Liberti in Forosemproniensi pag. CL. 4. apud Gruterum, quam ex ipso lapide à me inspecto emendatam expono. B C D

316 AVGVSTALES·VI·VIR
C·PESCENNIVS·C·L·CLEMENS
C·VETTIENVS·C·L·TIRO E
L·MAENVS·L·L·PHARNACES
C·VERNASIVS·C·L·EVMOLPHVS
C·VEIANVS·C·L·EPAPHRA
L·LVCILIVS·Ɔ·L·CHRESTVS F
CN·VETTIDIVS·CN·L·OPTATVS
C·VTTIEDIVS·C·L·QVARTIO
C·CVPPIENVS·C·L·SVCCESSOR
L·MAELIVS·L·L·AGATHOBVLVS G
L·CATELLIVS·L·L·BARBARVS
SEX·FIRMIVS·SEX·L·PRIMIO
CN·RVSTIVS·CN·L·CLARVS
VIAM·LONG·P·∞ CLXV·EX·D·D H
SVA·PECVNIA·ST·ERNEN
CVRAVERVNT

Honoratiores certè habebantur ji, quibus, ex meritis, Augustalitatis dignitas à Decurionibus sponte decernebatur: cujus largitatis illustre præbet documentum inscriptio 324. Cap. III, è qua illud etiam colligimus, Centumviros, (quos in nulla alia inscriptione adhuc memoratos reperi) eosdem esse, ac centum illos Decuriones, in Coloniis deducendis adhiberi solitos, ut ex hoc Ciceronis loco in II. de lege Agraria oratione contra Rullum patescit, *Hac isti Decemviri, cùm numerum Colonorum ex lege Rulli deduxerint,* I K L

A *runt, centum Decuriones, decem Augures, sex Pontifices constituerint &c.* Cæteros tandem vel Seviros, vel Sevirales, passim ex Grutero occurrentes, ex nostris quoque Collectaneis, accessionis loco, subdimus.

317 C·CANINIVS·C·F·PVP·SVRA·VI·VIR
B SIBI·ET·SEXTIAE·Ɔ·L·IVCVNDAE·T·F·I
H · M · H · N · S

Laudæ apud Portam Cremonensem.

318 C·TERENTIO·HILARIANO
C SEXVIRO·HOMINI
PROBISSIMO·QVI·VIXIT·ANNIS·LVI·M·XI·D·IX
SETTVEDIA·FELICIANA
MARITO·INCOMPARABILI

Ameriæ apud Nestos.

D 319 CN·FVLVIVS·CN·F·PAL·MAXIMVS
VI·VIR·AVGVST·CVR·VIARVM
CN·FVLVIVS·CN · · · · · · · ·
E COS·PR·TRIB·CO · · · · · · ·
III VIR·NAVA · · · · · · · · ·

Ex schedis Vaticanis Colutii.

320 L·NAEVIO·L·L·THEOMEDI·SEXVI
NAEVIAE·L·L·FLORAE·CONCVBINAE
F L·NAEVIO·ANTEROTI·L·SEXVIR
MAETENNIAE·L·Ɔ·L·CRESTINI·VXORI
ANTEROS·L

Firmi ex schedis Barberinis.

G 321 C·CORNELIO
CN·F·RVFO
PATRONO
VI·VIRO·IIII·VIRO
H LAVDE·ET·SIBI
C·CORNELIVS
· · · · · · · · ·
· · · · · · · · · ·

I *Ex schedis Holstenii.*

322 L·ANTONIO
EPITYNCHANO
LICTORI·DEC·CVRIA
K TIAE·QVAE·SACRIS
PVBLICIS·APPARET
QQ·COLLEGI·FABRVM
TIGNARIORVM·OSTIS
L SEVIRO·AVG·IN·PROVINC
NARBONENSI·COLONIA
AQVIS·SEXTIS

Ex schedis Barberinis.

323 M·TITIVS·MARTIALIS
ET·M·TITIVS·PYRAMVS
FRATRES·SEX·VIRI
SIBI·ET·CONIVGIBVS
CALPVRNIAE MYRTALE
ET·TITIAE·SATVRNIAE·ET
APVSTIAE·ROMANAE·MATERT
H·M·H·N·S
ET·PERCENNIAE·C·LIBERT·IVNICI

Mont' Vghi apud Cappuccinos.

324 C·ITIO·C·L
PRISCO
VI·VIR·AVG
DD·HON·GR

Sentini ex schedis Vaticanis.

325 C·VABERIVS·C·L·FAVSTVS·SEX
VIR·AVGVSTALIS
PRIMVS·VIVOS·SIBI·ET
AETRIAE·T·L·DIONYSIAE·VXORI

Ibidem ex iisdem.

326 DIS

326 DIS·MANIBVS
A·LIVIO
CHRYSEROTI
SEVIRO·AVGVST·QVINQ
AGATHANGELVS
ONESIMVS
CALLISTVS
CARPVS
HIBERVS
PATRONO·BENEME
RENTI
è schedis Barberinis.

327 C·POLIBICO·C·L
MAHETI
SEX·VIR·MAG·AVG
DECIMIA·M·L·PNEVMA
VXOR
Florentiæ apud Nobb. de Spigliatis.

328 D·M·S
M·ALLIDIO·PRO
BATO·SEV·AVG
ET·ALLIDIAE·PLAN
NICIDI·CONIVGI·EIVS
M·ALLIDIVS·MERCVRIA
LIS·ET·M·ALLIDIVS.PROFV
TVRVS·SEV·AVG·ET·ALLIDIA
CASTA·ET·ALLIDIA·TEREN
NA·PATRONO·ET·FRATRI
B·M
Albæ Marsorum in ruderibus Ecclesiæ S. Mariæ.

329 M·RVSTIVS
GAMVS
VIVIR·AVG·SIBI
ET
QVINCTIAE·SEBASTE
CONTVBERN
Brixiæ ex Rubeo.

330 P·FVNDANIVS·PHILOLOGVS
AVGVSTAL·TI·F·F·SIBI·ET
FVNDANIAE·ECLOGE
LIBERT·ET·VXORI
ZOSIMVS·ET·FELIX·LIBERT
ET·HERED·FACIVND CVR
è schedis Barberinis.

331 V F A
Q·MINICIVS
FABER
AB ASSE QVESITVM
VI·VIR·AVG B
RECVIE·ET·MEMORAE
DIVTVRNAE
LOLLIAE·SEVERAE
VXSORI·FESTAE·F C
M·FILIO·SALVILLO·F
MESSORI·F
FLAVIAE·PRISCAE·VXSOR
P·MINICIVS·MARMVRIS D
QVRAM·HEGIT
imaguncula viri, dolabrâ rotam efformantis
IN·FR·P·L·IN·AG·P·L E
Fossani in Villa Monialium S. Catherinæ.

332 D M
L·CARVLLIVS
EPAPHRODITVS F
VI·VIR·AVG·IDEM·QQ
HIC·SVM·POSITVS·QVI
SEMPER·SINE·CRI
MINE·VIXI G
ET·QVEM·MI·DEDERAT
CVRSVM·FORTVNA
PEREGIT
CVIVS·OSSVA·ET·CINE H
RES·HIC·LAPIS·IN
TVS·HABET
HVIC·VI VIRI
AVG·POST·CVRAM I
QVINQVENNALI
TATEM·OPTVLER
QVI·EGIT·ANNIS
CONTINVIS·IIII K
Ostiæ in lapide ad modum Hermæ capite truncato.

333 L·TESIVITANVS
PRIMIO·VI VIR
AVG·SIBI·ET L
CORNELIAE·Ɔ·L
PROTERVAE
Reate ad D. Valentini.

334 HER-

A 334 HERCVLI
Q·EVFEMVS
Q·F·OVF
LVCILLIVS . AED
B VI · VIR
CVRATOR · AERARI
MEDIOL · HERCVLI
V · S · L · M
C *è schedis Chisiis.*

335 IOVI · OPT · M
Q·AILLIVS·Q·L·CORVM
BVS · VI · VIR · AVGVS
D TALIS·ET·AILLIA·Q·L
CHILA · S · P · D · D
è schedis Barberinis.

336 DIS · MANIBVS
E C · AVCI · GAL
CELERIS IIIIII · VIR
AVG
C·AVCIVS·MACRINVS
F PATRI
Lugduni ex Sponio.

337 TI · CLAVDIO · TI
LI · FAVSTO
G TI · CLAVDIVS · TI
LIB · VIVIR · AVG
PATRI · OPTIMO
P
H *Reate ex Camelo.*

338 HALICIVS
MARCIO·FAVSTO
LIBERTO
I SEVIR · AVG
DENDROPHORO
ALBENSI · ET
THEOPHILME·MATRI
K *Avezzani ad Lacum Fucini in basi.*
ad latera utrinque
COCO
OPTIMO

L 339 M·CVPELIVS·CARITON
VIVIR · SENIOR · LAVDE
V · S · L · M
Laude apud Cipellios.

340 D M
C · CAESI · C · L
CHRESIMI
VI · VIR · AVG
PATRON · COLL
CENTONAR · M · S
TINGETANA · LIB
Saßinae ex Antoninol.

341 L · APRONIVS
Ↄ · L · PRIMVS
SEVIR·AVGVSTALIS
è schedis Barberinis.

342 BONVM EVENTVM
VI VIR SOCIORVM
SEX·NVMISIVS·FORTVNATVS
E·L·LVCRETIVS·PRIMIANVS
VI VIR AVGG
CVRATORES·ORDIN·DATIS·IN·TVT
HS ∞ N · EX · QVORVM · VSVR · DIE
ID·MAI·SACR·EXTIS·CELEBRETVR
Brixiae apud Chioccciolas ex schedis Vaticanis.

343 D · M · S
Q · NINNIO
Q·F·STRENVO
SEVIRO · AVG
IANVARIA
CONIVGI
B · M · F

344 APOLLINI · AVG · SACRVM
M·PORCILIVS·M·F·QVIR·GRA
TVS · EQ · ROM · VI · VIR · AVG
PATRONVS · COLON · ORTON
IIII·VIR·QVINQVENN·ET·PRAEF
FABRVM · EIVS · COLONIAE
D · D
è schedis Barberinis utraque.

345 D M
C · CASSIVS · C · L
MODESTVS·VI·VR
AVG·SIBI·ET·SEIAE
C · L · FESTAE
CONIVGI · OPTIMAE
V · F
Ad Petram Caulam in Monte Feretrano.

346 ISI·VICTRICI·SACR
figura alata, dextero pede super globum, manu dex.coronam, sin.palmam gerens
C·PONT IVS·C·L
FIDELIS·SEVIR·AVG
Inter rudera Corfinii.

347 Q·COMINIVS
PRIMVS·VI·VIR·AVG
SIBI·ET
GRACINIAE·AVG·L
POSTERISQ
à schedis Barberinis.

348 S·I·M *Soli Invicto Mithra*
TI·CLAVDIVS·TI·F·ROM
PANSIENVS·VI·VIR
AVGVST·V·S *votum solvit*
In Agro Ferrariens. ex iisdem.

349 M·VALERIO
ADMETO
VIATORI PR ET
COS
SEVIRO AVG
FECIT
VALERIA·M·F
QVINTA
PATRI·PIISSIMO·ET
VALERIA·SYMPHERVS
CONIVX
In Ecclesia Asil.ama muro inserta.

Aliud Sevirorum genus in Equestri Militia reperimus: Ij Seviri Equitum A Romanorum variis Turmis adscripti vocantur, vix extra inscriptiones noti; quia semel tantum in Vita M. Aurelii de tali Seviratu ita meminit Capitolinus, *Sevirum Turmis Equitum Romanorum jam Consulem designatum creavit,* [Antoninus Marcum] *& edenti cum Collegis Sevirales ludos adsedit.* Hinc militiæ hujus C dignitas colligi quidem potest, longè supra aliam Sevirûm Augustalium, quæ libertos quoque frequenter (ut vidimus) admittebat: at de munere nihil prorsus D liquet; rectèque in hac ambiguitate opinari puto Reinesium ad Inscriptionem 21. in Append. Omissor., *Magisterium hoc urbanum fuisse, & veluti prolusivum* E *ad Castrensem militiam*: Quod intelligo in transvectione illa, & generali recensione Equitum Romanorum, quę Idibus Quinctiliis ex institutione Q. Fabii Maximi Rulliani fiebat, de qua Livius ex- F tremis libri IX. verbis, & Valerius lib.II. cap. II. num. 9, *ab Augusto post longam intercapedinem renovata*, ut ait Suetonius cap. 38. G

Equitum probatio vocatur hæc pompa à Valerio, eodemque vocabulo in Kalendario Vindobon. per Lambecium edito sub mense Iulio. H

15 | G | G | D | IDIB. | EQVIT.PROB. ® LVDI FRANCICI

silentibus de tam sollemni apparatu duobus aliis Kalendariis; hoc est dimidiato illo Amiternino, quod nuper edidit & Notis illustravit P. Purpurinus à Faventia, & Gruteriano pag. CXXXIII, cujus loco in utroque habetur postridie Idus Novembris EQVORVM PROBATIO, quæ in dicto Gruteriano, & in fragmento alterius, sequenti pag. CXXXIV. repetitur postridie Idus Septembris. Et dies igitur diversi, & nomen ipsum, indicant, aliam fuisse *Equitum*, aliam verò *Eqvorum Probationem*. De I prima lucůlenter tractat Rosinus Antiq. Rom. lib. IV. cap. XI. De secunda celebritate, sive eâ quæ Septembri, sive eâ quæ Novembri mense fieret, nil quod K dicat se habere ingenuè fatetur; ut & nobis propterea quæ studiosum rerum Romanarum Scriptorem latuerunt, ignorasse, pudori minimè sit. L

Militare autem & castrense, potiùs quàm pompale (ut volumus) hoc munus fuisse, colligi videtur ex inscriptione

5. pag.

A 5. pag. CCCCLIIII. apud Gruterum, ibi, SEVIR.EQ.ROM.LEG.III.GALL. Sed error illius qui lapidem exscripsit, facilè tollitur ex alio pag. MXXIIX. 5,
B ubi post Seviratum Equitum Romanorum, idem ille C. Plinius L. F. Ouf. Cæcilius primæ inscriptionis, Tribunus Leg. III. Gallicæ nuncupatur.

C Distinguit hosce eosdem Seviros Ill. Spanhemius in seniores & juniores Diss. VIII. de præst. & usu Numism.; sed nullo inscriptionum exemplo assertio præ-
D stantissimi Viri roboratur: quotquot enim in Grutero Seviri juniorum appellantur, de Augustalibus possunt intelligi; postquam nulla de nostris Seviris Equi-
E tum Romanorum in jis mentio excidit.

Meliùs quidem coniicit, *Seviros nempe, quòd vel nomen arguit, Sex numero, totidem Turmis Romanorum præfectos*:
F ex quo etiam opinio Reinesii roboratur, hanc Seviratus dignitatem *ostensionalem*, ut ipse vocat, fuisse. Cùm enim Dionysius lib. V. ad quinque millia Equitum
G numeret quibus Eqvus publicus esset; Seviros istos non uni ac simplici Turmæ, quæ XXX Equitibus, vel summùm tempore Vegetii XXXII constabat, sed nu-
H mero integræ Legioni pari, quæ, si sex Tribunos admittebat, sex pariter Seviros recepisse, congruum & verisimile est. Nec enim plusquam de Sex Turmis inscri-
I ptiones meminerunt; imò Sextam non adhuc reperi, cùm in Quinta per me visi lapides sistant.

Plurimæ Gruteri inscriptiones Sevi-
K ratum in genere, Turmæ alicui minimè addictum referunt; & sic sequentes nostræ, ultra illam, quam Cap. III. num. 470. adduximus.

350 M·CAELI·FLAVI PROCVLI
X·VIRI·STLITIBVS·IVDICANDIS
TRIBVNI·LATICLAVI·LEG·XX·V·V
VIVIR·TVRMAE·EQVITVM·ROMANORVM
QVAESTORIS·TRIBVNI·PLEBIS
CANDIDATI·PRAETORIS·CANDIDATI
CVRATORIS·REIPVBLICAE
AQVINATIVM

In Æde S. Silvestri in Soracte.

351 · · · · · · · NEP · L · PRON
· · · · · · · · D · OCTAVIO · PRISCO
· · DIVI·TRAIANI PARTHICI·PRAEF
· · · · · SEVIR · EQVIT · ROMAN
SEVIRO·QVINQ·II·PATRON·COLON
COL · PISANA

Ex schedis Vaticanis.

Primam Turmam exhibet ex meris coniecturis Reinesius in laudata epigraphe num 21. Appendicis; & certiùs Gruterus pag. CCCLXXIX. 7.

Secundam, Gruterus pag. CCCCXII. 2, atque hæc nostra;

352 L STATIO·L·F·STELLAT
PROSPERO · IVLIANO
X · VIRO · STLITIBVS
IVDICANDIS · ITEM
SEVIRO · TVRMAE
SECVNDAE
PATRONO·COLONIAE
AMATORES·REGIONIS
MACELLI · CVLTORES
IOVIS · ARKANI
L · D · D · D

Ex schedis Barberinis, dicitur Præneste effossa an. 1665.

itemque sequens per me ex autographo excepta,

353 ❦ P·PLOTIVS·ROMANVS·COS·SOD·AVG·CL ❦
❦ LEG·AVG·PR·PR·PROV·ARAB·ITEM·GAL
❦ PRAEF·AER·SAT·LEG·AVG·CENS·ACC·HISP·CIT
L ❦ IVR·PER·AEM·LIG·CVR·VIAE·LABIC·CVR·VERC
❦ PR·VRB·TRIB·PL·Q·KAND·VI·VIR·EQ·R·TVR·II
❦ TRIB·MIL·LEGG·I·MIN·ET·II·ADIVT·IIII·V·V·CVR
❦ AEDEM·CVM·OMNI·CVLTV·CONSECRAVIT ❦

 in qua

in qua deformanda certarunt Reinesius & Sponius: ille Class. II. num. 26, iste Sect. IIII. pag. 134; nisi quòd inexcusabilis autopsia Sponii, Reinesii culpa in Petrum Servium refunditur. Reinesius, inquam, ipsa scripturæ menda eruditè percurrit; Sponius, si quæ rectè exscripsit, indoctè admodum interpretatur, ut τὸ SEVIR. EQ. R, reddiderit *Sextumvir Eques Romanus*: itemque IIII.V.V.CVR quod sæpe sæpius, & quandoque extensum, in Grutero occurrit sinè notis & ambagibus (ut pag. CCCCIX.2, CCCCXXIII. 4, CCCCXXX. 5, & CCCCXCII.9.) *Quartæ Valeriæ Victricis Cyrenaicæ* explicaverit; Reinesio non animadverso, qui bene legit *Quatuorvir viarum curandarum*.

Turmæ Tertiæ meminit itidem Gruterus pag. CCCXCIII.6, & MXXVI.3.

Turmæque tandem Quinctæ paginâ MXCIII. 7.

Ex Seviris iterum ad Octoviros, à quibus longâ digressione discessi, reditum facio, ut sermonem de jis institutum claudam, jejunè quamvis ut in re obscurissima; de qua, ut verbis utar Ciceronis in Bruto, *difficile est plus intelligere, quàm quantùm ex monimentis suspicari licet*: fuisse scilicet Fanorum & Aerariorum Curatores; Aedilicià verò potestate præditos, quò munus suum majori cum authoritate gererent, quatenus Aedilium cura circa loca relligiosa vel publica tuenda versabatur.

* *pag.* 375. B. *INTVS · IN · MONIMENTO · SVO ·*] Cùm, monumentis area, & ipsa cadaveribus recipiendis apta, adiaceret, (Cepotaphium vocari vidimus suprà Cap. II. num. IX.) peculiaris charitatis erat, intùs, in ipsoque monumento locum dare: Vnde in hoc etiam lapide in impluvio domus privatæ in Parione, ita legitur.

353 IN · IPSO A
MVNVMENTO
D M
IVLIAE · C · F
EPHYRES B

Et ita quoque distinguit ollas in Viridiario repositas, ab aliis in monumento locatis, Inscriptio LXII. Cap. III, ubi synonimiam inter Cepotaphium & Viridiarium observavimus. C

* *pag.* 377. A. *IMP · C &c.*] Hujus Maxentii curâ Viam quoque Latinam lapidibus renovatis distinctam ostendit sequens fragmentum Musei Ciampini, D

354 D · N · IMP
MARCO · AVRE E
LIO · VALERIO
MAXENTIO
A V G
MILIARIVS F

quod ex loco ubi repertum fuit, hoc est prope Oratorium S. Andreæ sub Crypta Ferrata XI. lapidem signasse videtur.

Hæc verò VII. milliarii nota, ejusdem Imperatoris nomine inscripta, cui Viæ conveniat, incertum est, cùm Columna reperta sit ad Viam Prænestinam, intrà recentia Vrbis mœnia in Hortis Monachorum S. Eusebii, ubi adhuc prostat: G H

355 DONINO *sic*
NOSTRO
MAXENTIO I
PIO · FELICI
INVICTO
AVGVSTO K
VII.

Notabilior quidem ex hac vetustiori inscriptione, quæ oppositis characteribus in alia extremitate legitur, Regillæ scilicet Herodis Attici uxoris, cujus hìc nomen ANNIAE (nescio an alibi) habemus. L

356 AN-

A 356 ANNIA · ΡΗΓΙΛΛΑ
ΗΡΟΔΟΥ ΓΥΝΗ ΤΟ ΦωΣ
ΤΗΣ ΟΙΚΙΑΣ ΤΙΝΟΣ ΤΑΥ
ΤΑ ΤΑ ΧωΡΙΑ ΓΕΓΟΝΑΝ

B ANNIA · REGILLA
HERODIS · VXOR
LVMEN · DOMVS
CVIVS · HAEC
C PRAEDIA
FVERVNT

Vnde forſan Herodes Vir Conſularis, ſtatuæ in Pago Triopeo Viâ Appiâ III.
D ad Vrbe lap. ipſi locatæ, aliam Anniæ Fauſtinæ Auguſtæ Antonini Pii coniugi (ſub quo Herodes A.V.DCCCXCVI. conſulatum geſſit) ob gentilitatis honore
E rẽ junxit, ut oſtendit celeberrimus ille lapis LX. linearum in Hortis Pinciis Burgheſiis aſſervatus:exceptus verò à Sponio Sect. X. num. XII.

F At quoniam cippi iſti milliarii miram utilitatem præſtant ad obſcuritates veteris geographiæ dilucidandas; cęteros qui
G poſt Gruterum detecti ſunt, locis ubi aliqui ex ipſis reperti fuerunt deſignatis, referre non pigebit.

357 D N
H FLAVIO · CLAVDIO
CONSTANTINO
PATRE · AVO
MAIORIBVS · IMPP
NATO
I CAESARI · NOB
SEMPER·ORBI·TERRAE
PROFVTVRO
V

K *A Foro Iulii Romam versùs è ſchedis Barb.*

358 · · · · RVA
· · · · MAX
TR·P·COS·III
L VIAM·VALERIAM
FACIENDAM·CVRAVIT
XXXXI

Ad Viam Valeriam prope Oppidum le Celle di Carſoli.

359 IMP · CAES
FL · VAL
CONSTANTINO
P · F · A ...
. . . .
. . . .
NEPOTI
DIVI · CONSTANTI
AVG · PII
FILIO
XXXIII

In Vico Caba∫ſa iuxta Briuonidum, ex ſchedis Barb.

360 IMP · CAESAR
NERVAE · F · NERVA
TRAIANVS · AVGVSTVS
GERMANICVS · DACICVS
PONTIFEX · MAXIMVS
TRIBVNICIA · POTESTATE
IMP · IIII · COS · V
RESTITVENDAM·CVRAVIT
XXXVIII

Ad Viam Sublacenſem in ipſo Aniene Fl.

361 TI·CLAVD·DRVSI·F
CAESAR·AVG·GER
PONT·MAX·TRIB
POTEST·V·IMP·XI
P·P·COS·III·DES·IV
AVG·M·P·XXI *ab Auguſtonemeto*

362 IMP · CAES
M · CAS · LAT
POSTVMO
P·F·AVG·COS
M·P·GABALL·V *à Gabalis*

Vtraque apud Sirmondum in Notis ad Sidonium.

Eâdem formâ, jiſdemque prorſus verbis concepta eſt hæc inſcriptio Columnæ milliariæ lapidis VII, àc illa primi milliarii, quæ ſub Palatio Conſervatorum viſitur in Capitolio, apud Gruterum delineata pag. CLIV. Quippe ex eadem Via Appia, quam ſignabat, nempe ex Caſali Turriculæ Iuſtinianeæ Domus ad Hortos in Flaminia tranſlata.

365 VII

363 VII

IMP · CAESAR
VESPASIANVS · AVG
PONTIF · MAX
TRIB · POTEST · VII
IMP·XVII·P·P·CENSOR
COS·VII·DESIGN·VIII

IMP · NERVA · CAESAR
AVGVSTVS · PONTIFEX
MAXIMVS·TRIBVNICIA
POTESTATE·COS·III·PATER
PATRIAE · REFECIT

In Vespasiani censura Viam Appiam refectam, & Lapides eleganti specie statutos hinc scimus: Notum enim est, Censorum munus, præ cæteris, circa Viarum straturam, & reparationem versatum fuisse. Vnde etiam Titus filius in Censura Viam Aureliam instauravit, ut testatur hæc tabula palmaris crassitudinis inter Ecclesiam & rudera veteris Castri Guidi ad XIII. circiter ab Vrbe lapidem adhuc jacens.

364 IMP · TITVS
CAESAR
VESPASIANVS
PONTIFEX
MAXIMVS· TRIBVNIC
POTESTAT · VIIII
IMP·XIIII·P·P·COS·VII
DESIGNATVS · VIII
CENSOR · FECIT

365 · · · CAES · T · AEL · · · ·
HADRIANVS · ANTONINVS
AVG·PIVS·P·M·TR·P·VI·COS·III
IMP · II · VIAM · AEMILIAM
VETVSTATE·DILAPSAM·OPERIB
AMPLIATIS· RESTITVENDAM· CVR
A ROMA · M · P · CLXXXVIII

In columna à Pisis Romam versùs M.P.XVIII. Ann. 1684. effossa.

Ad Viam Aureliam milliario XI,(à Ponte Sublicio, ubi Via incipiebat) & altero milliari citra Lorii ruinas erecta, sed recenti opere, conspicitur columna, quæ literis penitùs propemodum exesis hæc tenuissima antiquitatis suę vestigia servat. A

366 IMP B
· · · VR · · ·
· · · · · · · · ·
· · · · · · · · ·
TR · P C
VIIII · P · P ·
· · · · · · · · ·

Mutila quamvis hęc lapidis XXXIIII Viæ Latinæ inscriptio (ita enim supplendam indubiè ostendemus) errantes meas, D aliorumque hucusque de Viis Latina, Lavicana, & Prænestina per Hernicam Vallem opiniones, levi Antonini, & Tabulæ Peutingerianæ emendatione, confirmare valuit. E

367 D · N F
IMP · CAES
CLAVDIVS
P · · · · · · · ·
· · · · · · · · · G
· · XXIIII

Putaveram sanè Labicanam Viam eam esse, quæ à Labico per Statuas [*San Cesario*] sub Præneste tendit, & exinde sub H Castro Zancato ad Compitum Anagninum usque continuatur, ibique in Latinam desinit, hoc Antonini loco deceptus;

LATINA I

ad Decimum	*X*
Roboraria	*III*
ad Pictas	*XVII*
Compitum	*XV*

K

intrat in Lavicanam

quasi verba illa *intrat in Lavicanam*, ita corrigere sufficiat, *recipit Lavicanam*; vel modicum erratum perversionis verborum tolerare, ut Latinam intrare in Labicanam, re ipsâ (licèt sub improprietate) non differat ab introitu Labicanæ in L

Lati-

A Latinam. Putaveram, hinc consequi, ut ea Via quæ sub Oppido *Valmontone*, & per rudera Ecclesiæ S. Mariæ in Silice, & Divi Hilarii Cœmeterium, Anagniam
B pariter ducit, non alia quàm Latina esse posset, in quam Labicana cadit, & finem accipit, ut ait Strabo lib. V. Sed hoc milliario lapide adiutus, eum ad veram La-
C tinam prostare comperi; cujus vestigia abrupta jungendo, à faucibus Algidi ad locum ubi cum Labicana cöit, hoc est ad Cryptas S. Hilarii, certissima hæc Viæ
D Latinæ series apparuit. Primus, ut verum fatear, in hoc Latiali labyrintho tot Viarum ambagibus inflexo filum porrexit V.Cl.Hadrianus Auzout (quem vete-
E ris amicitiæ atque honoris caussâ nomino) Is enim dum Monte Fortino prçteritis autumnalibus diebus hospitio Principis Viri D. Marci Antonii Burghesii
F utebatur, ut hoc, omniumque bonarum artium studio tenetur, celebrem de hisce Viis controversiam noscere cupiens, à Valmontone Romam versùs retroceden-
G do, Viam illam quam Latinam credideram, Labicanam esse, & ad Statuas dirigi animadvertit, literasque statim de hac re ad me dedit; quibus acceptis, illuc delatus, irrequietâ t idui integri perquisitione, maximùm juvante Excellentissimi ac generosissimi Hospitis nostri humanitate, per quam hominum avia itinera monstrantium, & Equorum difficillimis atque impeditis locis penetrandis assuetorum copia suppetiit; illud assecuti fuimus, ut à Labicana, & à loco *Ad Statuas* Præneste per Viatrium anonymum adiri cognoverimus.

Eam quę ad Compitum Anagninum, sive Sub Anagniam ducit, Viam Prænestinam illuc usque productam esse, de qua ita Antoninus.

PRAENESTINA

Cabios	*XII*
Præneste	*XI*
Sub Anagniam	*XXIV*

Corrigo XVIII ex sequentibus

Ab eodem loco *Ad Statuas* Labicanam dextrorsus primò flecti; postea recto cursu ad Sanctum Hilarium dirigi, ubi illam Via Latina excipit, quæ ob multiplices suos anfractus, & in universum ob curvitatem ductus, ab ipsa Vrbe, ita Labicanâ longior efficitur, ut ubi hæc ad Bivium trigesimum lapidem signat, tum ex Antonino, tum ex Tabula;

H EX ANTONINO

LAVICANA

ad Quintanas	*XV*
ad Pictas	*X*
Compitum	*XV*

I

EX TABVLA

ad Quintanas	*XV*
ad Statuas	*III*
ad Pactas	*VII*
ad Bivium	*V*
Compito Anagnino	*X*

illa ex Antonino XXXV, ut suprà vidimus; ex nostra autem milliaria XXXIV,
K (duobus namque passuum millibus Columna ista Claudii Gotthici à Bivio distat Romam versùs) trigesimo supra sextum lapide Bivium notabit.

L Hæc omnia facili negocio ostendit Charta illa Chorographica Apologemati Iasithei in Grunnovium pag. 99. inserta.

Ne verò unico huic monumento insisteremus, opportunè succurrit tabula vetusta sequentis paginæ, initio scilicet octavi Sæculi Christiani conscripta; in qua, tum Viæ Prænestinæ productio, (meminit enim de trigesimo lapide Viæ ejusdem) tum longitudo Latinæ supra aliam Labicanam, nostræ Columnæ conformis, enunciatur: ruditer quidem, & secundùm sæculi illius barbariem, plurimisque

rimiſque literarum compendiis, quæ nos ad faciliorem captum immutavimus. A

368 ✠ TERRIT BELTR · MIL · XXII ✠
✠ FVND MVCIANVS IN INTEGRO C
N FVND COSCONIS IN INTEG· VBI SVP O
O T FND· PRETORIOLVS IN INT VBI SVPRA N S B
I FVND CASACATELLI IN INTEG · VBI SVPRA T
T FVND PROCLIS IN INT·VIA APPIA·ML·II·CVMPANTAN A
I A FND VIRGINIS IN INT VIA APPIA · ML · XIII N
F FVND CAPITONIS VIA ARDEATINA MIL · III · T I C
V N FND FONTEIANVS IN INT · VIA SVPRASCRIPTA·ML·V N
D FND FAVSIANVS IN INT·VIA· SSTA MIL·P L M XII V
O R FND LAVSIANVS IN INT · VIA · SSTA ML·SSTO S
V FND CARBONARIORVM IN INT·VIA·S·M P VIIII S E D
M FND PVBLICA IN INT VIA LATINA MIL·PL M XI R
I V FND CASAQVINTI IN INT·VIA LATIN·M·PL·M·XI V
R FND LACITIANVS IN INT·VIA LAVICANA M XV V
I S FND SERGIANVS· IN INTEGRO VBI SVPRA S E
H FVND SEPTEMINVS IN INT · VIA S E
V I FVN · CAESARIANVS IN INT·V · PENESTRINA M XXX R
V FN·STAGNIS IN INT·VIA LATINA ML·PL·M·XXX V
S FVN · CASALVCI IN INT · VBI SVPRA O F
T I FVN CASACELLENSE · VIA APIA · ML · XIII R V
T VESTRE · AECCLE CONFIRMAREMVS M
V L ET NOS ITA CONFIRMAMVS VT SI QVISQVE
I TEMERATOR EXTITERIT ANATHE- G
MATIS VINCVLO SVBIACEAT IN PERPETVVM

Ad DD. Ioannis & Pauli in Monte Cœlio.

Fundi quippe illi STAGNIS & CASALVCI quattuor à Monte Fortino milliaribus diſsiti Romam versùs, hodiedum nomina priſca retinent; alter ſcilicet *Caſalupo*, alter *la Peſchiera*, ob ſtagnantem ibidem hibernis temporibus aquam, nuncupantur.

De duobus quoque Viatriis hìc meminiſſe oportet; quæ cauſſam erroris in Viarum principalium obſervatione præbuerunt; ſunt enim latitudine Viis ipſis Conſularibus paria. Primùm, quod Româ proficiſcentibus poſt Statuas & Algidum occurrit, à jam dicto à Labicana ad Prænestinam Viatrio, Labicanam ſub veteris cujuſdam turriti Caſtelli, *lo Cimiero* dicti, ruderibus, poſt mille circiter paſſibus cis fontem in Via recenti, *il Fontanil delle Macere*, Latinam quoque interſecat, & in Appiam procedit. Alterum à Via Labicana lapide circiter XXVI divertens, Coram ducit, & Latinam duobus ante Montem Fortinum milliaribus pertranſit.

Obſervandum denique pro coronide hujus tractationis, à Via Latina poſtquam Labicanam recepit, poſtque fluvii *Sacci* tranſitum, inter XXXVII & XXXVIII lapidem Viam Signinam aperiri, quæ *Saccum* rurſus ſuper Ponte, cujus ampla extant Veſtigia ſuperat, & ab ejus dextera ripa Signiam Coloniam petit.

pag. 383. C. *AVRELIAE CLEOPATRAE*] *Totam* verè *ſe indidiſſe* barbariem

A bariem in hac inscriptione, ab Etychete viro coniugi Cleopatræ posita (sua illi verba reddendo) meritò dicemus. Indiscretæ atque inelegantis pietatis sunt & B sequentes huic non absimiles; & quæ risum potiùs quàm commiserationem excitent; ut in recentiorum Sepulchralium collectione Franciscus Suvertius sub titulo *Epitaphia Ioco-seria* intendit.

369 MVRRIA HOC TITVLO PATRONVM PIETATIS HONORAT
QVICQVID ID EST GRATVM MANIBVS OFFICIVM
NON IVSSA TAMEN NEC VOCE ROGATA
C HIC ALIIS OBIIT VIVIT LIBERTAE SVAE SVAVIS PATRONVS

Ex schedis Barberinis.

370 HIC ESTPOSITVS FL · HER
MES QVEM FATVS LONGIVS
D DVCERE NOLVIT QVI MALVIT LVC
TVM LINQVERE QVAM GRATIAS
REDDERE SVIS DERISOR AVIAE
S QVIA SE DICEBAT NVTRIRE
E BACCHILLVM SVMMAE SENEC
TAE DELVSIT FRATREM PATRIS QVIA
NIMIVS ERAT BLANDVS AD ILLVM AVI
VMQVE SVVM ADLECTABAT VOCE
F PVSILLA VT CVNCTI VICINI DICEBANT
O DVLCE TITV DVNC HAEC AGERENTV
R IVVENES DE SVBITO ACCEPERVNT
SVI LVCTV PARENTES HIC TAMEN
G IN BIENNIO VIXIT QVASI QVI VIXISS
ET SEDECIM ANNIS TALIS ENIM
SENSVS ERAT ILLI QVASI PROPE
RANTIS AD ORCVM ITAQVE
H TIBI DICO QVI NESCIS DVLCE
VOCE DICERE FILII NE VELLIS
CVPIDVS POENE MANERE
MALE

I *Florentiæ apud Nobb. de Gaddis.*

371 C · HERIVS · FELIX · PATRON
HERIAE · HELPINIS
HIC·ILLE·EST·SITVS·HERIVS·FELIX·COAEQVALIBVS
K CERTEIS · QVEI · VEIXIT · ANNOS · VIGINTI
QVEI · ME · RELIQVIT · LEIBERTA · HELPINE
ANNORVM · NATAM · XIII · SIBI
VNICE · CARAM · QVAE · ILLIVS · OSSA
L RESTITVIT · POST · ANNVM · VIGINTI · ET
MONVMENTVM · NOBIS · AEDIFICAVIT · QVI
LEGIT · DISCAT · ESSE · PIVS

Vinea Bevilacqua sub Marino.

372 D M A
CVRTIA · HIC · SITA · EST · FABIAE · NATA · FABIAEQVE
CEREALIS · EGREGIAE · GENTIS
NOMEN · CVRTIORVM · FABIORVM · COMPOSITVM
TVMVLO · SEMPER · SVB · TARTARA · VIBVNT B

In Parthenone Sancti Ambrosii. Vidit Vghellius.

373 *viri iacentis imago*
Q·VIX ANN
XX· XX· C
HIC · SITVS · ILLE · EGO · MERVLATOR · PVBLIVS · IPSE
QVOD VOCITATVS·ERAM·BAEBIVS·COGNOMINE·PATRIS
ROMA· MIHI · PATRIA · NOMEN · MEV · PRIMVS · IN · AEVOM
HOS·VERSVS·FRATERQVE·SOROR·TVMVLOQVE·DICARVNT D
QVI · PIETATE · SVA · MERITO · LAVDEM · POSVERE
P · BAEBIVS · P · F · PAL · MYRTILVS
ET · POMPONIA · SPICA · VNICO
FRATRI · DIGNISSIMO · ET · PIO E
FECERVNT

Vinea Cæsarina, olim Bosii.

374 HIC IACET AVFIDIA SEVERINA SIGNO FLORENTI F
BIS QVINOS DENOS QVAE VIXIT ANNOS AETATIS
CASTA FIDE SEMPER TORV MARITALE DILEXIT
SOBRIA NON MOECHA SIMPLEX ANIMOQVE BENIGNO
DEDITA CONIVGI SOLI SVO IGNARA ALIENVM
CONPARI DVLCI SVAE INCOMPARABILI SOLAE G
BASILEVS FECIT QVOD FIERI AB ILLA CVPIEBAT

Apud Claudium Menetrerium ex schedis Barberinis.

375 CONSVLATV HIC REQVIESCIT DATIVA H
IOHANNI AVG · DEP · VI · KAL · FEB · IN PACE
CVM PRIMA DATIVAE SVBOLES MONSTRARET GAVDIA CARA
CVR SVBITO NOBIS LACRIMAS NON GAVDIA REDDES
NON ITA VOTA TVA MERVERVNT SPECTARE PARENTES
ET BASILIA SOROR EIVS HIC REQVIESCIT DEP · V · IDVS I
MARTIAS IN PACE

In pavimento Basilicæ Sancti Pauli.

376 D · M K
AVRELIVS · MARCELLINVS · ET · MESSORINA · FILI
ABVS · SVABVS · IRINETI · CARISSIME · F
QVE · BIXXIT · MENSIBVS · DVVM · DIEBVS · XII
ET · MESSORINE · CARISSIME · QVE · VIXXIT L
MESSIBVS · QVARTVOR · ET · DIES · XX
BENEMERENTIBVS · POSVIT

Ad D. Agnetis Via Nomentana.

377 MESSI

A 377 MESSI HIC ROMVLI CORPVS LONGA IN PACE QVI
ESCIT·QVI XPI CVM PRIMIS IVSSA SERVARET AB ANNIS
TVM LECTOR DOMINI ANNIS QVINDECIM IVSTVS
CONTINVS PROBATVSQ FVIT MERITOQ IVVATVS
B AECCLESIAE SANCTAE DIACONII EST ORDININATVS HONORE *sic*

Remanent vestigia aliorum sex versuum desperatæ lectionis
Fesulis reperta.

378 D · M
C M · VLPIVS · AVG · LIB · ERASTVS
EX · N · DECVRIONIS · LECTICARIO
RVM · FECIT · EX · PERMISSO · DECRE
TI · IBI · POSTEA · IANVARIVS · ET · SATV
D RIO · SCRIBE · LECTICARIORVM · EX
PERMISSV · PONTIFICORVM · FECE
RVNT · SIBI · ET · SVIS · EX · DECRETO
PONTIFICVM · ITEM · SATVRIO · COIV
E GI · SVAE · AVRELIAE · SEBERAE · BENEFECISSE
IANVARIVS · AVRELIO · FORTVNATO · ET · VIC
TORINO · FILIIS · BENEFECIT · SATVRIO · FE
LICI · ALVMNO · BENEFECISSE · POSTERIS
F QVE · EORVM

A Pozzo Pantaleo ex schedis Barberinis.

379 DIS · MANIBVS
CLAVDIAE · PISTES
G PRIMVS · CONIVGI
OPTVMAE · SANCTAE
ET · PIAE · BENEMERITAE
NON · AEQVOS · PARCAE · STATVISTIS · STAMINA · VITAE
TAM · BENE · COMPOSITA POTVISTIS · SEDE TENERE
H AMISSA EST CONIVNX CVR EGO ET IPSE MORI
SI · FELIX ESSEM PISTE MEA · VIVERE DEBVIT
TRISTIA · CONTIGERVN · QVI AMISSA CONIVGE VIVO
NIL · EST · TAM MISERVM · QVAM TOTAM PERDERE VITAM
NEC VITAE NASCI DVRA PEREGISTIS CRVDELIA PENSA SORORES
I RVPTAQVE DEFICIVNT IN PRIMO MVNERE FILA
O NIMIS INIVSTAE TERDENOS DARE MVNVS IN ANNOS
DECEPTVS GRAVIVS FATVM SIC PRESSIT EGESTAS
DVM VITAM TVLERO PRIMVS · PISTES · LVGEA · CONIVGIVM

Hortis Iustinianeis.

K
380 FELIX SANCTAE FIDEI VOCITVS IIT IN PACE
CVIVS TANTVS AMOR ET CARITAS RETENETVR AB AMICIS IN AEVO
QVI CVM ESSET FVIT SOLACIVS MISERICORS OMNIBVS NOTVS
L ACRIPPINA FECIT DVLCISSIMO SVO MARITO
CVM QVEM VIXIT SINE LESIONE ANIMI ANNOS III · ET M̄ · X
FVIT IN SAECVLVM QVOD VIXIT ANNOS XXXII DEP·XIII·KAL·SEPT·VALENTINIANO
N · P · ET VICTORI CONSS

Effossa An. 1689. inter Sacrarium & Porticum nostræ Basilicæ Sancti Petri.

381 HAVE · DVLCIS A
POPILIA · ALEXANDRIA · RARISSIMA
FEMINA · A · XXXV · HIC · SITA · EST
M · VLPIVS · INGENVVS · B · M · ET · SIBI
DVLCIS · VALE B
QVID · LACRIMAS · FACTVM · EST
VIR · BONE · VIVE · VALE
SED · TIBI · INVIDEO · PIO · QVI
OSSVCVLA · MEA · HIC · SITA · ESSE · C
GEMIS · MORTE · TARDA · VIVAS
AEGER · INOPS

Ex schedis Barberinis.

382 D M D
PRIMAE
DIGNA · TVI · MERITO
MEO · RARA · SODALI
VNVS · AMOR · MANSI E
PAR · QVOQVE · VITA
FIDELIS.
SI · DOLVI · ALIQVI
ME·QVOQVE·IVNXI·DO F
LORI·PAR·FVI·DVM·POTVI
DVLCIS · VALE
KARE · SODALIS
VIXIT·ANN·XXI·M·V·D·XX G
CHRESTVS
B · M

Faventiæ apud Nobb. de Calderonis.

383 D · M H
FABIVS·CARICVS
FECIT FABIO ZOTI
CO FILIO BENEME
RENTI Q BIXIT I
ATNIS CINQVAE
MENSIBVS CINQ
DE XVII

Penes D. Laurentium Grimaldum.

384 M·APIDIVS·TIMOTHE K
VS·FLAVIAE·DIOGENI
DI · CONIVGI · SVE · CO
NQVA·VIXI·ANNIS·XXX L
ME VIBO · BENERE
NTI · FE

Hortis Iustinianeis.

385 D · M
DECIMIA
MARCELLA
TAVRISCO
VITALI · CO
IVGI · DVLC
ISSIMO · Q
VI · MECVM
CONVIXIT · AN
NIS · VICINTI
SEPTE · MENSES
TRES · PER · CVI
VS · BENEFICIO · E
T·BENIGNITATE·I
NPAR·FVI·B·M·P

Pisauri.

386 D · M
L · CORDIO
AGATOCLETI
CORDIA · VERA
PATRI · DVLCISSI
MO · ET · FLAVIA
VERA · CONIVX
CONIVGI
INCOMPARA
TISSIMO
FECERVNT

Hortis Iustinianeis.

Epicuream ἀσέβειαν cum barbarie styli permiscuit insipiens iste, sub cujus statua, quæ manu poculum tenebat, inter augustissimi Vaticani Templi ambitum erutâ an. 1626. hæc prolixa narratio legebatur.


A 387 TIBVR MIHI PATRIA AGRICOLA SVM VOCITATVS
FLAVIVS IDEM EGO SVM DISCVMBENS VT ME VIDETIS
SIC ET APVT SVPEROS ANNIS QVIBVS FATA DEDERE
ANIMVLAM COLVI NEC DEFVIT VMQVA LYAEVS
B PRAECESSITQVE PRIOR PRIMITIVA GRATISSIMA CONIVNCXS
FLAVIA ET IPSA CVLTRIX DEAE PHARIAES CASTA
SEDVLAQVE ET FORMA DECORE REPLETA
CVM QVA TER DENOS DVLCISSIMOS EGERIM ANNOS
C SOLACIVMQVE SVI GENERIS AVRELIVM PRIMITIVVM
TRADIDIT QVI PIETATE SVA COLERET FASTIGIA NOSTRA
HOSPITIVMQVE MIHI SECVRA SERVAVIT IN AEVVM
AMICI QVI LEGITIS MONEO MISCETE LYAEVM
D ET POTATE PROCVL REDIMITI TEMPORA FLORE
ET VENEREOS COITVS FORMOSIS NE DENEGATE PVELLIS
CETERA POST OBITVM TERRA CONSVMIT ET IGNIS

Hoc exemplar è MS. relatione cl. mem.
E Cardinalis Georii tunc temporis nostræ Basilicæ Canonici pag. 192. extraxi, copiâ mihi factâ à Cl. Viro Cæsareo Georio fratris filio.

F Simplicitate potiùs ac puritate veteris sermonis, quàm barbarie, notabile agnoscimus hoc Philemationis epitaphium, quod tamen hìc inserere placuit, ut Gruterum pag. MXLVI. 6. emendem, & imagines coniugum sese mutuò blandientium exponam.

388

AVRELIVS·L·L·
HERMIA
LANIVS·DE·COLLE
VIMINALE
HAEC·QVAE·ME·FAATO
PRAECESSIT·CORPORE·CASTO
CONIVNXS·VNA·MEO
PRAEDITA·AMANS·ANIMO
FIDO·FIDA·VIRO·VEIXSIT
STVDIO·PARILI·QVM
NVLLA·INAVARITIES
·CESSIT·AB·OFFICIO



AVRELIA·L·L
PHILEMATIO
VIVA·PHILEMATIVM·SVM
AVRELIA·NOMINITATA
CASTA·PVDENS·VOLGEI
NESCIA·FEIDA·VIRO
VIR·CONLEIBERTVS·FVIT
EIDEM·QVO·CAREO
EHEV
REE·FVIT·EE·VERO·PLVS
SVPERAQVE·PARENS
SEPTEM·ME·NAATAM
ANNORVM·GREMIO
IPSE·RECEPIT·XXXX
ANNOS·NATA·NECIS·IOTI
COR
ILLE·MEO·OFFICIO
ADSIDVO·FLOREBAT·AD·O

AVRELIA·L·L·

Tabula hæc lapidea ex Tiburtino unicâ facie omnia continet, extatque in Horto ad Arenulam olim Sabunantiorum, hodie de Vecchis, imâ parte aliquantum truncata; non verò cippus est ab utroque latere inscriptus, qualem ex Wouverio

rio Gruterus hausit.

Ineptis tandem istis accenseri meretur hæc alia, quæ post enumeratos decem mensès, alios dies LI, quasi mensis alterius portionem adiungit: A

389 DOMINAE FILIAE VITALINI FESTVS ET VRBI
CA PARENTES ET FESTA SORORI ME
RENTI POSVERVNT QVAE VIXIT ANNIS QVIN
QVE MENSIBVS DECEM DIEBVS QVINQVAGINTA
ET VNVM B

In Cœmeterio ad Duas Lauros. C

unde in mentem venit intercalarium illud Cephaleditanum XLV dies longum, ut Verris, novi illius Astrologi anomaliæ occurreretur, de qua in IV. Act. Cicero, & reliqui menses in suam rationem reverterentur.

CAPVT

CAPVT SEXTVM

SACRA
ET
MINISTRI SACRORVM

I



L SEPTEM Monſtra noſtri hujus lapidis, quæ orbe explicato in ipſa ſua magnitudine pag. ſequens oſtendit, totidem patellaria illa Numina Aegyptiorum, quæ inter Deos Averruncos ſtulta gentilitas reponebat, pro numero ſcilicet dierum hebdomadæ, ſignificare credidit optimus P. Kircherius eo ſibi oſtenſo. Quod medium erat, abolitum cernitur; ita tamen, ut veſtigia ſuperſint. Lapis ſiliceâ duritie, ſubniger viridan-



viridantibus maculis apparet. Pro calatho, seu modio statuæ alicujus Serapidis aut Isidis, (utriusvis enim hic est ornatus,ut monstrant nummi apud Oiselium 9. 10. & 12. Tab. XLII, 1. & 2. Tab. XLIII, atque 2. & 7. Tab. XLVII.) adhibitum dixerim, ex fascia illa plana, hieroglyphicis notis carente, quæ in aliis Aegyptiorum Numinum signis posteriorem occupat partem. Qui plura quærit,

A rit, Oedipum consulat, ego enim Davum me profiteri non verecundor.



Aegyptiam hanc superstitionem Urbinum nostrum pervasisse, testis est hic no-
B stri Musei lapis, non Româ advectus, ut cæteri, sed istic ad Fontem, quam vocant, Belisarii effossus, cujus pariter imaginum, ut & antecedentium explicandarum pro-
C vinciam depono; cùm præsertim nihil afferre possim, nisi ex scriniis Pignorii de Mens. Isiac., & Kircherii in Prodr. Aegypt., quæ compilare, non est mei
D moris, & instituti.

II

Θ K

E ΜΗ ΠΩ ΓΕΥΣΑΜΕΝΟΣ ΗΒΗΣ
ΩΑΙΣΘΟΝ ΕΣ ΑΔΟΥ · ΔΑΚΡΥΑ
ΚΑΙ ΣΤΟΝΑΧΑΣ ΛΕΙΨΑΣ ΑΙΩΝΙ ΓΟ
ΝΕΥΣΙΝ · ΔΥΣΜΟΡΟΣ ΟΥΔΕΝ ΟΗΣΑ
F ΒΡΟΤΩΝ ΨΑΥΣΑΙ ΒΙΟΤΟΙΟ · ΕΠΤΑ
ΜΟΝΟΥΣ ΛΙΚΑΒΑΝΔΑΣ ΔΙΩ
ΚΑΙ ΜΗΝΑΣ ΕΖΗΣΑ · ΩΝ ΤΡΕΙΣ
ΕΞΕΤΕΛΟΥΝ ΔΙΟΝΥΣΩ ΟΡΓΙΑ ΒΑ
G ΖΩΝ · ΗΡΟΦΙΛΟΝ ΔΕ ΚΑΛΟΥΝ ΜΕ
ΠΑΤΗΡ ΚΑΙ ΠΟΤΝΙΑ ΜΗΤΗΡ · Ε
ΓΝΩΣΩ ΠΑΡΟΔΕΙΤΑ ΤΙΣ ΗΜΗΝ
ΟΥΚ ΕΓΕΝΗΘΕΝ

H

Cùm nondum gustaverim pubertatem
prolapsus sum in infernum. Lacrymas
I *& suspiria relinquens sæculo Ge-*
nitoribus. Infelici fato functus neque cogitavi
Mortalium attingere vitam. Septem
solos annos duo
K *& menses vixi. Quorum tres*
peregi Baccho Orgia ce-
lebrans. Herophilum verò vocabant me
Pater & veneranda Mater. Co-
L *gnôsti ò, Viator qualis fuerim*
non fui

Hæc ad verbum. Sed elegantiam inscriptionis cum amabili simplicitate coniunctam admiratus Vir Cl. Abbas Claudius Nicasius, cujus nomine mea hæc scripta,

ſcripta, hac occaſione oblata, ornari poſſe pergratum mihi accidiſſe profiteor, ita eam totidem latinis verſibus expreſſit.

Puberis haud dum ævi compos demittor ad Orcum
Aeternas patri lacbrymas gemituſque relinquens
Infelix neque noſſe datum mihi munera vitæ
Septem tantùm annos gemino cum menſe peregi
Orgia me Bacchi tres detinuere colentem
Hierophilum me chara parens genitorque vocabant
Quis fuerim noſti genitum ne dixeris hoſpes

Antequam verò de hoc perinſigni lapide quidquam dicam, præſtat, initia Bacchicæ hujus in Vrbe licentiæ repetere; quæ breviter atque eleganter Livius lib. XXXIX. cap. 13, verbis Hiſpalæ ad conſulem Poſtumium ita perſequitur: *Primò ſacrarium id feminarum fuiſſe, nec quemquam virum eò admitti ſolitum. Tres in anno ſtatos dies habuiſſe, quibus interdiu Bacchis initiarentur. Sacerdotes invicem Matronas creari ſolitas. Pacullam Miniam Campanam Sacerdotem omnia, tanquam Deûm monitu, immutaſſe: Nam & viros eam primam ſuos filios initiaſſe Minium, & Herennium Cerrinios; & nocturnum ſacrum ex diurno, & pro tribus in anno diebus, quinos ſingulis menſibus dies initiorum feciſſe. Ex quo in promiſcuo ſacra ſunt, & permiſti viri feminis, & noctis licentia acceſſerit, nihil ibi facinoris, nihil flagitii prætermiſſum. Plura virorum inter ſe, quàm feminarum eſſe ſtupra. Si qui minùs patiētes dedecoris ſint, & pigriores ad facinus, pro victimis immolari; nihil nefas ducere; hanc ſummam inter eos religionis eſſe. Viros velut mente captâ cum jactatione fanatica corporis vaticinari; matronas Baccharum habitu crinibus paſſis cum ardentibus facibus decurrere ad Tiberim, demiſſaſque in aqua faces (quia vivum ſulphur cum calce inſit) integrâ flammâ afferre. Raptos à Diis homines dici, quos machinæ illigatos, ex conſpectu in abditos ſpecus abripiant: eos eſſe, qui aut coniurare, aut ſociari facinoribus, aut ſtuprum pati noluerint. Multitudinem ingentem, alterum jam prope populum eſſe: in his nobiles quoſdam viros, feminaſque. Biennio proximo inſtitutum eſſe, nè quis major XX. annis initiaretur. Captari ætates & erroris, & ſtupri patientes.*

Vtque integrior hæc hiſtoria ex alia quoque inſcriptione conſtet; meminerint, de eo S. C. *Ne qua Bacchanalia Romæ, nevè in Italia eſſent: ſi quis tale ſacrum ſollemne & neceſſarium duceret, nec ſine religione & piaculo ſe id omittere poſſe apud Prætorem Vrbanum profiteretur; Prætor Senatum conſuleret ſi ei permiſſum eſſet, quum in Senatu centum non minùs eſſent, ita id Sacrum faceret, dum nè plus quinque Sacrificio intereſſent, neu qua pecunia communis, neu quis Magiſter Sacrorum, aut Sacerdos eſſet*, ita in compendium redacto per Livium cap. 18. ex hoc pleniori quod è tabula ærea alta pede uno lata ped. I. ſemis excepit, mihique tradidit Auguſtinus Scilla Meſſanenſis Pictor, morum probitate, & ſtudio rerum vetuſtarum conſpicuus.

Verſus XIX. numero ſunt, ſed nos ex unica linea qua ſinguli comprehenduntur duplicem effecimus, cùm margo noſtræ paginæ prolixæ longitudini autographi non ſufficeret; in quo etiam illud animadvertimus, verba non integra, in quæ extremitas lineæ deſinit, duplici lineolâ, quam noſtri Typographi *diviſionem* vo-

A *nem* vocant, residuum abrupti verbi in sequenti denotare.

1 MARCIVS·L·F·S·POSTVMIVS·L·F·COS·SENATVM·CONSOLVERVNT· N·OCTOB·
APVD·AEDEM·DVELONAI·S·C·ARF·M·CLAVDI·M·F·L·VALERI·P·F·Q·MINV-
CI·C·F·DE·BACANALIBVS·QVEI·FOIDERATEI·ESENT·ITA· EXDICENDVM· CEN
SVERE·NEIQVIS·EORVM·BACANAL HABVISE VELET·SEIQVES
ESENT·QVEI·SIBEI·DICERENT· NECESVS· ESE· BACANAL·HABERE· EEIS· VTEI·
AD·PR·VRBANVM·ROMAM·VENIRENT·DEQVE·EEIS·RE-
BVS·VBEI·EORVM·VERA· AVDITA·ESENT· VTEI· SENATVS· NOSTER· DECERNE
RET· DVM·NE MINVS· SENATORIBVS· C· ADESE
Q·EA·RES·COSOLERETVR·BACAS· VIR· NEQVIS· ADIESE· VELET · CEIVIS· ROMA
NVS· NEVE· NOMINVS· LATIN· NEVE· SOCIVM· QVISQVAM·
NISEI·PR·VRBANVM· ADIESENT· ISQVE· DE· SENATVOS· SENTENTIA· DVM· NE
MINVS·SENATORIBVS· C· ADESENT· QVOM· EA RES· COSOLE-
RETVR · IOVSISENT · CENSVERE · SACERDOS · NEQVIS · VIR· ESET· MAGISTER·
NEQVE· VIR · NEQVE· MVLIER QVISQVAM ESET· NEVE · PECVNI-
AM·EORVM·COMOINEM·HABVISE·VELET·NEVE·MAGISTRATVM·NEVE· PROMA
GISTRATVO·NEQVE VIRVM NEVE MVLIEREM QVIQVAM FE-
CISE·VELET·NEVE·POSTHAC·INTER· SED·CONIOVRAVISE VELET·COMVOVISE·
NEVE·CONSPONDISE NEVE COMPROMISISE·VELET·NEVE QVISQVAM FI-
DEM INTER SED DEDISE VELET SACRA·INDQVOLTOD NE QVISQVAM·FECISE·
VELET·NEVE IN POBLICOD· NEVE PREIVATOD·NEVE EXTRAD· VRBEM
SACRA QVISQVAM FECISE VELET · NISEI· PR·VRBANVM · ADIESET· ISQVE· DE·
SENATVOS· SENTENTIAD· DVM NE MINVS·SENATORIBVS· C· ADESENT·
QVOM EA RES CONSOLERETVR IOVSISENT · CENSVERE· HOMINES· PLOVS· V·
OINVORSEI· VIREI ATQVE MVLIERES SACRA· NEQVISQVAM· FECISE
VELET·NEVE INTER·IBEI·VIREI· PLOVS· DVOBVS· MVLIERIBVS· PLOVS TRIBVS.
ARFVISE VELENT NISEI· DE· PR· VRBANI· SENATVOSQVE·SENTE-
NTIAD· VTEI SVPRADSCRIPTVM EST· HAICE VTEI· IN·CONVENTIONID·EXDEI
CATIS· NE· MINVS TRINVM· NOVNDINVM· SENATVOS-
QVE· SENTENTIAM· VTEI· SCIENTES · ESETIS · EORVM· SENTENTIA· ITA · FVIT·
SEIQVES· ESENT· QVEI· ARVORSVM· EAD·FECISENT.QVAM SVP-
RADSCRIPTVM· EST· EEIS·REM· CAPVTALEM·FACIENDAM·CENSVERE·ATQVE.
VTEI· HOCE· IN· TABOLAM· AHENAM· INCIDERETIS·
ITA · SENATVS · AIQVOM · CENSVIT· VTEIQVE· EAM·FEIGIER·IOVBEATIS·VBEI·
FACILIVMED · GNOSCIER· POTISIT· ATQVE· VTEI· EA ·
BACANALIA · SEI· QVA SVNT· EXTRAD· QVAM· SEIQVID· IBEI· SACRI· EST· ITA
VTEI· SVPRADSCRIPTVM· EST IN DIEBVS· X · QVI-
BVS · VOBEIS · TABELAI · DATAI · ERVNT · FACIATIS·VT· EIDIS MOTA SIENT.
IN · AGRO TEVRANO

I Auctarii item loco, hunc anulum signatorium indubiæ vetustatis adiicio, ex altera parte, nomine Herennii illius Cerrinii inscriptũ, qui primus à Pacullia Mi-
K nia Campana matre ad hæc Bacchi sacra initiatus dicitur à Livio cap. 13; in cujus



A



A

rei testimonium, in opposita annuli parte A Bacchi cantharus insculptus visitur. Annulum, ex sua copiosa talium cimeliorum collectione, ut studia nostra juvaret, misit Neapoli sępe laudatus Ill. à Vidania, (quæ sua est humanitas) qui hujus curiosæ veritatis præs, sponsorque erit.

Erroris igitur, si non stupri patiens, in tenella ætate Herophilus iste, ad quem revertimur, initiatus legitur: si modò hęc inscriptio ad ævum ante Postumium, quo authore impia superstitio sublata

 fuit

fuit, est reiicienda, anno scilicet ab Vrbe condita DLXVIII, & non ad recentiora tempora, quibus Bacchanaliorum morbum recruduisse legimus, tum in Tertulliano Apolog. cap. VI. & XXX, tum in Divo Augustino de Civit. Dei lib. VI. cap. VIIII.

Iam verò ad inscriptionem accedendo, *lachrymas vel suspiria relinquere*, usitatú vidimus suprà Cap. III. pag. 235.

ΕΠΤΑ ΜΟΝΟΥΣ] τὸ ΜΟΝΟΥΣ arguit brevitatis vitæ conquestionem, ut in alio Græco epigrammate apud Gruterum pag. DCC. 2, & in sequenti, similis particula TANTVM.

3 DONATILA VIXIT ANNOS XXXII TANTVM

è Cœmeterio B. Castuli.

ΛΥΚΑΒΑΝΤΑΣ] Perrarum quidem est in inscriptionibus hoc verbum; bis enim solummodo illud in Grutero adnotavi, pag. MXXXV. 12, & MXXXVI. 9, sed *à vetustissimis Græcorum* usurpatum, teste Macrobio Saturn. lib. I. cap. XVII. ad tempus annale significandum. In nummis Græcanicis, & præsertim in Aegypto cusis frequenter notâ L annus designatur: vel retentâ ex ultimâ vetustate lambdæ literæ scribendi ratione, de qua extat lapis Anconitanus apud Gruterum pag. CCCXXVII, ubi quater annus eo pacto scribitur, & per inscriptionem, ipsum Simonidis ævum antecedentem, docet Sponius in Miscell. Sect. X. num. 1: atque recentiori quidem testimonio, sed affectatione archaïsmi, idem probant binæ illæ columnæ per Herodem Atticum dedicatæ in Triopio Pago ad Viam Appiam III. lap. modò in Hortis Farnesianis ad Lungariam, in quibus pariter bis pro Λ L legitur, relatę per Gruterum pag. XXVII. 1: Vel (quod magis placere video Eminentissimo Norisio Differt. IV. de Epoch. Syro-Maced.) adhibitâ eâ delineatione ad modum L Latinorum, sed lineâ inferiori longiùs protractâ, itaut literas numerales annorum velut intra se claudat, & compendiariæ potiùs notæ, quàm cujuspiam elementi rationem habeat. Si enim λυκάβαντα eâdem designare voluissent (sic ille arguit pag. 307.) cur non initiali litera Λ usi fuissent, sed potiùs L literâ ab omnibus Græcis jamdiu antiquatâ? præsertim quia, inter notas, istam connumerat vetus Codex celeberrimæ Bibliothecæ Mediceæ ad D. Laurentii signatus num. XIV Plutei XXIIX, in quo pag. 13. inter reliquas plures scientiæ Astronomicæ notas, legitur LL ἔτη *anni*.

Frustra autem Ioseph Scaliger notas istas in Græcis Impp. nummis, de annis imperantis tunc Cæsaris sumendas perfractè negat, sed de Lustris Civitatum, quæ eos signarunt, vult accipiendas: adstipulante sibi Grutero in Notis ad laudatum Epigramma p. CCCXXVII. Quoniam, incertæ, utpote non expressæ Civitatis, vanum, & ænigmaticum fuisset lustrum exprimere; ut in nummis Claudii pag. 206, Antonini Pii pag. 453, 460, 462, Severi Alexandri pag. 664. apud Erizzum omnibus, (ut in reliquis colligendis tædio parcam) apparet; quando præsertim ipsorum Imperatorum annis optimè consentiunt. Refellerat jam hunc Scaligeri errorem Ill. Spanhemius Differt. IX. de Præst. & Vsu Numism. pag. 873, cujus authoritas, præ æstimatione egregiæ Viri doctrinæ, pro validissimo argumento sufficere posset: Sed luculentiùs, hoc Scaligeri *commentum se profligasse*, meritò jactat ubi suprà idem Norisius.


Pueri, incompositis crinibus bacchantis, & furore correpti effigies addita; & hanc præter, tria ad ejusmodi sacra pertinentia symbola.

Primum est, Tintinnabulum; cujus in

Baccha-

A Bacchanalibus usum ostendit hæc figura ternis Tintinnabulorum ordinibus præcincta, existens in Villa Nobb. de Sacchettis ad Vallem Inferni; alius similis, quas cernere est inter Faunos, Satyros, ac Silenum, insanum illud Bacchi satellitiū, in duobus Sarcophagis, altero in Museo Christinæ Suecorum Reginæ, altero in Hortis Farnesiis Transtiberinis, quantùm ad præsens in memoriam redit.

B



C

Aliud in opposito angulo, ex ipso marmore, magnitudine retentâ, hìc exhibeo;

D



E quò faciliùs, inspecturi mecum dijudicent, gramen hoc esse septem internodiis præditum, quod efficacissimè capiti contra dolores alligatur, ut de eo ait Plinius
F Histor. lib. XXIV. cap. ultimo: itaut, in Ebriolum istum Liberi flos furorem tantummodo, non dolorem immitteret.

Vltimum, hederaceam coronam, eamG que dissolutam, ut mos est in funebribus monumentis, significare, nullus dubito; quasi teneriori hoc germine, nec adhuc integra folia proferente, ad primæ teneH ritudinis Sacrificulum fieret allusio.

Ad varia Collegia & Sodalitia, seu, quas Græci vocant φρατρίας, ἢ ἑταιρίας subiiciendæ hìc inscriptiones plures spectabunt; quas ideò in hanc classem digessi, quia inter cœtus religiosos censebantur; utpote quę communis Numinis cultum, arcam communem, communiaque sacrificia, & epulum statis temporibus haberent. Dubitat Reinesius, inter sacros ne, an politicos, conventus ejusmodi sint reponendi ad Inscr. 37. Cl. VI: verùm similes concuriales, *homines corporis religiosi* vocaverat ad hanc Inscr. 4. Cl. X.


4	V	F
	CVLTORES	HERCVLIS
	SOMNIALIS	DECVRIA I
I	DIS	MANIBVS
	SIBI ET POSTERIS	QVE SVIS
	II QVI INFRA	SCRIPTI SVNT
	Q CAECILIVS Q F	GAL LVCCEIANVS
K	Q CAECILIVS A	MANDVS AVG
	T FABIVS S	EPPIANVS
	L ATILIVS	MODEST
	SEX SCVTARIVS	SVCCESSVS
L	M LVCCEIVS	BACVLLVS
	L LAPPIVS	RECEPTVS
	L ATILIVS	SOTERVS
	A CAECILIVS	EVTYCVS

L OLGIVS | VENVSTVS A
T FABIVS | GALAESVS
L CASTRICIVS CARVS
M MODIVS | MASCVLVS
· · · · · · | FVSCVS B
· · · · · · | MYRVS
· · · · · · | PARIS
DECIMIVS | COSMVS C
ALBIVS | IANVARIVS
PETRONIVS | EVCAERVS
IVS | BASCANTVS
| VNDVS

Cascina prope Pisas eruta, modò apud Nobb. de Spighatis Florentiæ, à quibus recognitam accepi. D

cui opinioni eò libentiùs adhæreo, quò ab ipsa origine hasce Sodalitates sacras fuisse ex Cicerone accipio in lib. de Senect., ubi ita Cato loquens inducitur, *Sodalitates autem me Quæstore constitutæ sunt, Sacris Idæis Magnæ Matris acceptis. Epulabar igitur cum Sodalibus omninò modicè &c.* Altiùs rem repetit, & politicam rationem adiungit Plutarchus in Vita Numæ; nempe, secundùm varia artificia, in sua quæque corpora artifices à prudentissimo Rege jampridem redactos fuisse, qui, *unicuique generi suos peculiares conventus & RELIGIONES præscribens, tùm primùm ita ex Vrbe sustulit eam diversitatem, qua alii Romani, alii Sabini, hi Romuli, illi Tatii cives censebantur: suâque divisione id consecutus est; ut omnibus cum omnibus conveniret &c.* E F

III



Colle-

A
B
C
D





Collegium hoc anonymum in Præ-
E dio Larci Macedonis consistens (neque
enim hoc novum vel in ipsis privatis ędi-
bus ut Cap. III. num. 178, aliud Colle-
gium in Domo Sergiæ Paullinæ extitisse
F vidimus) SANCTISSIMVM vocatur in
hac nostra quadrifronte epigraphe, malè
& mutilè à Smetio apud Gruterum pag.
XVIII.2. olim exceptas & ad Collegium
G Deorum à Salmasio ad Spartianum in
Hadriano pag. 138. detortâ.
Indignè admodum habitam hanc pe-
regrinam inscriptionem, (quæ modò no-
H strum Museum munere Nob. D. Anto-
nii Gabrielii exornat) & *Iovis Cælestini*
unico titulo memorabilem, ex collatione
cum Gruteriana apparebit, ubi ita pror-
I sus exponitur,

IOVI · OPTIMO · MAXIMO
CAELESTINO·FONTEIVS·ET
MINERVAE·ET·COLLEGIO
K SANCTISSIMO·QVOD·CONSTI
TIT·IN·PRAEDIS·IDIC·MACE
DONIS

L IN · CVRIA

FLAVIVS·SVCCESSVS·CVM·SVIS

In latere dextro jacet Fluvius urnæ innixus cannam manu tenens.

In sinistro latere stat Dea bis cincta, dextrâ pateram, sinistrâ clypeũ bujusmodi oblongũ gestans, fortassis ipsa Minerva.



Smetius vidit.

Deficit autem in ea integra pars posterior, prænomen Flavii Successi in parte antica omissum exprimens. Deficit quoque in antica parte sertum illud ex herbis aquaticis, & super eo harundinis thallus, dedicationi fontanæ, & subditæ Tiberis imagini, apprimè convenientia signa. Quodque potius est, & ad rectam dedicationis intelligentiam unicè pertinet, non FONTIBVS, sed FONTEIVS, nullo commodo sensu, Smetio legere visum est, quam perversam lectionẽ pejus adhuc Reinesius divinando corrigit, BRONTAEO quasi *tonitruali* ad Inscr. 250. Class. I. Quinimò dubius etiam de figura Minervæ fuit Smetius, quia Noctuam, quam in illius tutela esse nemo ignorat, aliaque marmora, nummique plures passim docent, noctuis oculis (ut cum Plauto loquar) non animadvertit.

Epitheton illud *Iovis Cælestini*, Iovem Olympium, famigeratissimũ inter Græcos, ad verbum reddit. Neutrum in Latinis inscriptionibus offendi, præterquam in Indi-

in Indice Notarum Scaligeri ad eas ſiglas N. I. O. T Epigrammatis Gruteriani pag. III. 6, quas ipſe explicat *Numini Iovis Olympii Tonantis*, præter Gruteri ipſius ſenſum, qui in Corrigendis IOVIS OPTIMI TONANTIS legendum monet.

Fontes pro Numinibus habitos, ex hac, aliiſque pluribus apud Gruterum inſcriptionibus colligitur, pag. XCIV. & MLXXII: iſtamque (ut ipſe ait) *infinitam rationem ſuperſtitionis*, refert ſimulque improbat Cicero de Nat. Deor. lib. III. ita inquiens, *Itaque & Fontis delubrum Maſo* (de C. Papirio Maſone, qui de Corſeis primus in Monte Albano triumphavit pag. CCXCIII. col. II. apud Gruterum, intelligi vult Auguſtinus in hac Gente) *ex Corſica dedicavit, & in Augurum precatione Tiberinum, Spinonem, Anemonem, Nodinum, alia propinquorum Fluminum nomina videmus.* A B

Nec tantùm alienis adminiculis, ſed (quod ajunt) Marte noſtro, ex noſtra, inquam Collectione, probationem explebimus; revocando hìc in primis inſcriptionem iſtam, quam Cap. VI. pag. 174. noſtri Syntagmatis de Columna Trajani expoſuimus: C D

5



EPITYNCHANVS·M·AVRELI·CAES·LIB·ET · A CVBICVLO·FONTIBVS
ET·NYMPHIS·SANCTISSIMIS·IIIVIVM · EX·VOTO·RESTITVIT

ubi (prout in præcedenti) FONTIVM dedicationi, Tiberinus tanquam AQVARVM OMNIVM PATER (ita apud Gruterum pag. CLXXVIII. 6. nuncupatus) expreſsè adiicitur: H

6
SEX·ATVSIVS·SEX·F·FAB·ROM·PRISC
EVOC·AVG·PRIMVS·OMNIVM·ARAM
TIBERINO·POSVIT·QVAM·CALIGA
TVS·VOVERAT

I

Apud Hortaunm in muro Viridarii Albertorum.

7
FONTI
SANCTISSIMO
SACRVM
P·CORNELIVS
SYNETHVS·ET
M·VARIVS
EPITYNCHANVS
D D

Hortis Giliis ad Portam Portuenſem.

8
AQVIS·ALBVLIS
SANCTISSIMIS
VLPIA·ATHENAIS
M·VLPII·AVG
LIB·AB EPISTV
LIS·VXOR
LIBENS
D·D

è ſchedis Barberinis.

K L

9 VOL-

A 9 VOLTEIA
Q · F
POLLA
FONTI
B D·D·L·M
Hortis Iustinianeis.

Huc demum spectat inscriptio 87. Cap. II. GENIO NVMINIS FONTIS
C SERMON nuncupata.

IV T· VELATIVS · ACCENSORVM
VELATORVM·L·GANYMEDES·SIBI·ET
D CLAVDIANO

In Collegium & Sodalitium coaluisse Accensos Velatos, ab hoc nostro lapidis fragmento primam cognitionem nos ac-
E cepisse fatemur.

Quidquid de Accensis apud veteres Authores reperitur, diligenter & copiose collegit Salmasius in opere postumo de
F Re Milit. Roman. cap. XIV. & XV. Ejus dicta nos in compendium redigemus, & virum egregiū in aliquo fortasse lapsum, indicabimus.

G Est igitur inter eos hoc discrimen, ut Alii fuerint Accensi, ultimæ militiæ pars; imò ne quidem Milites, sed extra numerum adscripti, ut in demortuorum mili-
H tum locum subrogarentur, & defectum Legionum supplerent: Alii in ministerium Consulum & Magistratuū occuparentur; quos non nisi libertinæ condi-
I tionis eligi solitos ostendit Cic. Ep. I. ad Q. Fr.; & confirmant quotquot in Grutero de Accensis extant inscriptiones.

Tertium genus est Accensorum *Vela-*
K *torum*, quod tum ex isto additamento, tum ex nostro Collegio, ad sacra pertinuisse arbitramur. Nam licèt Sex. Pompejus Festus in Verbo *Adscripticii* (quem
L Salmasius, aliique recentiores sequuti sunt) eosdem primos Accensos *quòd vestiti inermes sequerentur*, *Velatos* dictos autumet. Apud me tamen ipsius fides (ut verbo ab eo accepto utar) fit sublestior; quia fieri potuisse arbitror, ut Festus, cujus incerta apud Chronologos ætas, sed ex conjectura nuperi ad usum Serenissimi Delphini Commentatoris, sub Christianis Imperatoribus scribens, obsoletos jam suo tempore Sacrificiorum Ministros cum jampridem antiquata Accensorum manu confuderit; & nostros *Accensos velatos* alicubi in marmoribus offendens, eos ad veteres illos Accensos Militares accomodaverit.

Nisi hæc placeant, in majores adhuc difficultates dilabimur: ut nempe Accensos altâ vetustate exoletos, posterioribus hisce tot inscriptionum temporibus redivivos sistere opus sit: ut, quia aliquot ex his Velatis libertos reperimus in nostris,

10 D· ALLEIVS·CILONIS·L
PAMPHILVS
ACCENSVS·VELATVS·SIBI·ET
SVIS·POSTERISQ·EORVM
D·ALLEIVS·D·L·HYMENAEVS
ACCENSVS· VELATVS
ALLEIA·D·L·VICTORIA
ALLEIA·D·F·EVGENESIS
ALLEIA·D·F·VICTORINA
HOC·SEPVLCRVM·SIVE·ARA·CVM·SVIS
MACERIS·HEREDEM · EXTRANEVM
NON · SEQVETVR

11 D·ALLEIVS·D·L·PHOEBVS
ACCENSVS · VELATVS
TEST·FIERI·IVSSIT·SIBI·ET
PVPIAE·NIGELLAE·CONIVGI
LIBERTIS·LIBERTABVSQ·SVIS
POSTERISQ · EORVM
ARBITRATV T·VELATI·T·F·IVCVNDI
TITI·VELATI·T·F·IVSTI
HERMAE·L·LANIONIS·CALLISTI LIB

12 P· DECVMIVS·P·L · · · ·
ACCENSVS· VE · · · · ·
CALVENTIA·P·L · · · ·
CALVENTIA·P·L · · · · ·
è schedis Barberinis omnes.

cùm à ſacris Miniſteriis per Tacitum Annal. lib. XIII. cap. 27. liberti non arceantur) eoſdem militiæ quoque participes conſtituamus; quod non niſi difficillimis Reipublicæ temporibus factum legimus: Vt tandem probroſus iſte, ut ſic dicam, gradus in Caſtris, ſpecioſis dignitatibus in monumentis anteponeretur; tritum enim eſt, à prioribus exiguis titulis prout curſus honorum poſtulat, ſemper ad inſigniores, creſcentibus cum ætate meritis, inſcriptiones procedere; & tamen in Grutero pag. CCCCLXXIX. 1, poſt titulos *Equitis Romani*, *jurati ad Sacra Etruſca*, *Pontificis*, *Aedilis*, *Duumviri*, iſte *Accenſi Velati*, ultimus, ſummuſque reponitur.

Primùm quoque ex hoc ipſo lapide conjecturam feci, libertos alicujus Corporis ab ipſo Sodalitii nomine nomen mutuari, ut hic à Velatorum Collegio *Velatius*. Et ne dicant, id caſu contigiſſe; accipe ex Collegio Fabrûm & Centonariorum libertum *Fabricium Centonium* in hoc lapide Brixienſi per Octavium de Rubeis relato. A B

13 FABRICIAE
CENTONIAE
ARETHVSAE · VXORI
OPTIMAE·ET·CHRESIMAE C
FILIAE · CARISSIM
FABRICIVS·CENTONIVS
COLLEGIORVM · LIB
CHRESIMVS D


Parùm diverſè, ſed ex hac eadem noſtra regula (noſtram dico; cùm neſciam, an quis alius eam hactenus agnoverit) publicis ſervis manumiſſis nomen Oppidi cum libertate dabatur. Vnde in Grutero Ianuarius libertus Ordinis Vejentium VEIENTIVS IANVARIVS inſcribitur in hoc marmore. E F

14 DEDICATA
III·NON·IAN
AEMILIANO·II· ET·AQVILINO· COS
P· SERGIO MAXIMO
M·LOLLIO SABINIANO
II VIR Q Q



CVRA AGENTE
VEIENTIO·IANVARIO·LIB·ARK

VICTORIAE
AVGVST
SACRVM
RESTITVTAE·POST·ANTI
QVISSIMAM·VETVSTA
TEM



ORDO·VEIENTIVM G H

In Baſi apud Vejos in Eccleſia Caſtri Inſulæ.

emendato errore Panvinii à quo Gruterus acceperat pag. CIII. 10, ubi VERENTIVS vocatur; quemadmodum ipſe Gruterus in Corrigendis ex Pighio emendatum voluit: Et ſimiliter FAVOR Municipii ſeu Coloniæ Celejanæ libertus, quàm ſuprà Cap. II. pag. 104. K. Claudiam Celejam vocatam oſtendimus, Tiberii Claudii nomen accepit, ut in hiſce inſcriptionibus apud Gruterum vides; I

15 TI·CLAVDIVS
MVNICIPI · CELEIAE
LIB·FAVOR·PRO·SE·ET
IVLIA · PVSILLA
VOTVM · SOLVIT
Grut. pag. CXV. 5.

16 TI·CLAVDIVS K
MVNICIPII · CELEIANI
LIB · FAVOR· V· F·SIBI
ET· IVLIAE · PVSILLAE
CON· SVAE · ET· SVIS L
Idem pag. DCI. 6.

nec aliter inter noſtras ineditas libertos Piſaurios, Arrecinos, & Reatinos, inveniſſe putamus.

17 SIL-

A 17 SILVANI
SIGNVM
CVM BAS
P. PISAVR
B COL. LIB
ACHILLAS
POSVIT

Pisauri.

C 18 REATINVS·SALLVSTIANVS
REIP. REAT
LIB. S. F

Reate ex Pompeio Angelonio.

19 DIANAE·AVG·
COLLEG·LOTOR·
SACR·
PRIMIGENIVS·R·P·
ARICINORVM·SER·ARC·
CVRATOR·II·CVM·
M·ARRECINO·GELLIANO
FILIO·CVRATORE·I·

Ariciæ apud Loti Dominum.

Quin, & hunc Obſequentium Piſanum, probabile eſt, ex liberto aliquo ſplendidiſſimæ illius Coloniæ originem traxiſſe,

D 20 D M
MEITIA · IANVARIA · HIC · ADQ · CON
B M
A QVINTVS · OBSEQVENTIVS · SEVERINVS
E AVG · PISIS · CVR · KAL · FLORENTINORVM
SIBI · POSTERISQ · SVIS

Piſis apud Nobb. de Roncionis, mutila in Grutero pag. CCCCXLIV. 11.

poſtquam ex primo Lucii Cæſaris Ceno-
F taphio *Coloniam obſequentem Iuliam Piſanam* nominatam ſcimus. Eâdemque coniecturâ Sex. Saſſinas, Saſſinatia Aſia, & L. Saſſinas, in ſeqq. inſcriptionibus.

G 21 D · M
SEX· SASSINATIS
GRATI
P·PETRONIVS
H PROCVLVS · ET
SEX·TETTIVS·STEPHAN
HEREDES
HOMINI·ET·AMICO
I OPTIMO

Grut. pag. DCCCLXXXIX. 9.

22 D · M
SASSINATIAE
K ASIAE
L · SASSINAS
FACVLTALIS
CONIVGI·SANCTIS
L ET·CHRYSOGONVS
FILIVS · MATRI
PIENTISSIMAI

Saſſina ex Antonino.

Saſſinæ incolæ omnes, de iſtorum forſan claſſe fuerunt: Tarviſinumque Municipium indè ſervo ſuo publico EVTYCHETI libertate donato PVBLICII nomen præpoſuiſſe potuit in hac Inſcriptione apud Gruterum pag. LXXXIII. 13.

23 ISID · REG
L·PVBLICIVS·EVTYCHES
MVN · TAR · LIB

In libertis Virginum Veſtalium, obſervari poteſt, nomen deſumi à Virgine Veſtali Maxima; VIBIDIVS enim hujus inſcriptionis,

24 SEX· VIBIDIVS· V·V·L
PHILEROS · · · · ·
VIBID · · · · · · · ·

Penes Lapicidam ad Caetanos.

ab ea Vibidia *Virginum Veſtalium vetuſtiſſima*, quam Meſſalina apud Tacitum Annal. lib. XI. cap. 32. ad leniendum Claudium adhibuit, nomen ſortitum, veriſimillimum fit; ut ab aliqua Sextilia hunc Sextilium apud Gruterum, in fragmento ſic corrigendo; tale enim

adhuc apparet, parte inferiori abruptâ.

25 C · SEXTILIVS
V · V · TIBVRTVM
LIB · EPHEBVS
HERCVLANIVS
AVGVSTALIS
Idem pag. CCCXV. 5.

Diximus de varia ratione nominum, à libertis assumendorum, ultra primam illam, & notissimam, adoptionis in gentem Domini, ejus nomine, simulque prænomine usurpato; de qua suprà Cap. I. pag. 27. F obiter, ut in re pervulgata locuti sumus. Hoc non ita vulgatum hìc addo; libertis feminarum, prænomen, non ab ipsis, quia rarissimè usas vidimus, sed vel ab earum patrono, si libertę erant, vel à patre, si ingenuæ, quæsitum. Exempla hæc sunto.

26 C · OCTAVIVS · OCTAVIAE
AVGVSTI · SORORIS · L
AVCTVS · SCR · LIBR
VICCIA · C · L · GNOME · VXOR
Gruterus pag. DLXXXV. 4.

Ex prænomine scilicet longa avorum serie paterno C. OTVAVII. C. F. C. N. C. PRON. ut in marmore, de quo Gruterus pag. CCXXV. 7.

27 VERATIAE · L · F · VERAE
VERATIA · MEROE · ET
L · VERATIVS · FELIX · ET
L · VERATIVS · APOLLINARIS · LIBER
TI · PATRONAE · DE · SVO · FECERVNT
Idem pag. CMLVII. 1.

28 V · F
T · LIVIVS
LIVIAE · T · F
QVARTAE · L
HALYS
CONCORDIALIS
PATAVI
SIBI · ET · SVIS
OMNIBVS
Idem pag. DCCCLXXVII. 9.

29 V · F A
APPIA · P · LIBER
FAVENTINA · SIBI
ET · P · VALERIO · NILO
MARITO · SVO · VI · VIR B
ET · AVGVSTAL · I · ET · P
APPIO · NIGRINO
FAVORI · HERMIONE
HELPIDI · CALE C
IVCVNDAE · IVCVNDINAE
LIBERTIS · SVIS
ET · C · ATILIO · PROSDOCIMO
ET · LITANIA · SECVNDAE D
Idem pag. CDLXXIX. 4.

30 D · M · S
APVLEIA
ZOSIME E
SEX · LIB · T · V · F
SIB · ET · SEX
APVLEIO
SEXT · LIBER F
APOLLONIO
VI · VIR · AVG
TERG · ET · POL
CONI · PIENT G
B · M
ET · SEX · APVLEIO
LIB · MEO · THEM
ESTHOCLETI H
ET · APVLEIE · LIB
THESEIDI · CONI
HVIVS · V · F
Idem pag. CCCLX. 1. I

31 PONTIAE · A · F
MODESTAE
PATRONAE
BENEMERENTI K
A · PONTIVS
HERACLIDA · LIB
Idem pag. CMLI. 12.

32 TIFANIAE · L · F
POLLAE L
L · TIFANIVS · FELIX · PATR
OPTIMAE
Idem pag. CMLV. 6.

33 A · LAR-

A 33 A·LARCIO·EPICVRI
LIB·FRVCTV
LARCIA·SECVNDA·COL
B LIB·A·LARCIO·FRVCTO
CONTVBERNALI·SVO
BENEMERENTI·ET
SIBI·FECIT

DIS M
LARCIAE·SECVND
AE·PATRONAE·SVAE
BENAE·MERENTI·AN
IMO·LIBENTES·FECERVNT
A·LARCIVS·DEMETRIVS
ET·LARCIA·NYMPHAE
VIXIT·ANNIS·XC

C *Idem pag. CMXLIV. 4. in Vrnula duplici.*

34 L·AQVILLIVS·Ɔ·L
MODESTVS·MAGISTER
QVINQVENNALIS·COLLEGI·FABRORVM
D TIGNVARIORVM·OSTIENSIVM·LVSTRI·II
ISDEM·AVGVSTALIS·FECIT·SIBI·ET
AQVILLIAE·L·F·APTAE·PATRONAE·ET
DECIMIAE·SP·F·PRISCAE·CONIVGI·SVAE·ET
E SVIS·LIBERTIS·LIBERTABVS·ET·DECIMIAES·SP·F
PRISCIAES·POSTERISQVE·EORVM
IN·FR·P·XL·IN·AGR·P·XXXII·S·

Idem pag. CCCLX. 2.

F 35 LABERIAE·L·F
GALLAE·F L A
MINICAE·MVNIC
EBORENSIS·FLA
G MINICAE·PROVIN
CIAE·LVSITANIAE
L·LABERIVS·ARTEMAS
L·LABERIVS·CALLAECVS
H L·LABERIVS·ABASCANTVS
L·LABERIVS·PARIS
L·LABERIVS·LAVSVS·LIBERT

Idem pag. CCCXXIII. 7.

I 36 PITVANIA·L·L·DELPHIS
FECIT·SIBI·ET
P·MVCIO·NEDIMO·VIRO·SVO
REDEMPTORI·OPER·CAESARVM
K L·PITVANIO·ELEGANTI·PATRI
VI·VIR·AVG·REATE
PITVANIAE·SECVNDAE·MATRI
FRONTIDI·SORORI
L PITVANIAE·MARCELLAE·FILIAE
L·PITVANIO·AMANDO
L·PITVANIO·LATINO
L·PITVANIO·REATINO·L·SVO·ET
LIBERTIS·LIBERTABVS·POSTERISQ·EORVM

Idem pag. CDLI. 8. suppleta ex Angelonio.

37 M·LIVIVS·AVGVSTAE
L·AMARANTHVS
SVPRA·CVBVCLARIOS
Idem pag. MCXI.

Iidem Liviæ Augustæ liberti, post-

38 M·IVLIVS·AVG·L·POSIDES
M·IVLIVS·AVG·L·HEBER
TI·CLAVD·AVG·L·ACTIVS·GVRGE
ARATVS·BITHI·FRAT
C·IVLIVS·AVG·L·BATHYLLVS
M·LIVIVS·BITHVS
In Museo Ciamphlo.

& in alia suprà allata Cap. I. num. 356, servato prænomine *Marci* Livii Drusi Claudiani Liviæ patris, Scriptoribus incognito, & hujus nostræ regulæ indagine ex oblivione (ni fallimur) eruto. Quodque adhuc notabilius est, *Caii* etiam prænomine promiscuè ab ejus libertis, pro diversitate temporum ante & post adoptionem assumpto ex prænomine scilicet tam patris naturalis, quàm adoptantis, ut in nostro lapide Cap. II. num. V. allato.

39 DIS·MANIBVS
L·SERVILI·GNOSTI·ET
SERVILIAE·SOTERIDIS
SERVILIA·L·F·SECVNDILLA
PATRONA·BENE·M
FECIT
Tibure ad D. Laurentii ex Holstenio.

40 SALONIA·T·L·INSIGNIA·SIBI
ET·T·SALONIO·GERMANICO
LIBERTO·Q·LICOVIO
TARENTINO·Q·LICOVIO
DIADVMENO
è schedis Barberinis.

41 C·VOLVMNIVS
VOLVMNIAE·C·F
LIBERTVS ISIDORVS
SIBI·ET·SVEIS·L
V
è schedis D. Blanchini.

quam ea ex testamentaria jussione Augusti, postque ejusdem obitum, in Gentem Iuliam ex Livia transitum fecit, Iuliæ Augustæ liberti dicti sunt, ut in hac inscriptione;

HONO
M·IVLIVS·AVG·L·POSIDES
...

lege AVGVSTAE quia nullus Augustus cum hoc Marci prænomine in Gente Iulia.

42 V·MARCIA·L·L·APTA
MATRI·SVAE·ET·SVIS
V·SEX·RACILIVS·SEX·F·COL
RVFVS·ET·SVIS
V·L·MARCIVS·Ɔ·L·TIEOPHLVS
V·Q·PETRONIVS·Q·L·TENAX
V·L·MARCIVS·Ɔ·L·NICEPHOR
è schedis Barberinis.

Et pro coronide, adiungatur *Tullius Vitulus* Tulliæ libertus, eodem Caii prænomine, ac Patronæ suæ pater insignitus, suprà Cap. III. num. 422, & M. Vipsanius Agrippinæ M. F. Lib. hoc eodem Capite in Notis.

Restat, aliquid de nominibus novorum Civium te admonere, quæ Sigonius *ab eo per quem Civitatem impetraverant* tradita, rectè observavit, & pluribus exemplis sibi fidem præstruit. Quod tamen intellige, quando ii ex exteris, & nominibus gentilitiis carentibus (quales Græci) fuissent; nam socii, & fœderati pristina nomina non immutabant, ut patet ex tota oratione pro L. Cornelio Balbo Gaditano per Cn. Pompejum cive Romano effecto, aliisque ibi exemplis adductis M. Annii Appii Camertis, ac T. Macrini Spoletini per C. Marium septies cos.; P. Cæsii Ravennatis per Cn. Pompejum patrem, & Q. Fabii Saguntini per Q. Cæcilium Metellum Pium, in Civita-

A Civitatem Romanam adſcitorū. In hujus
rei ſignum, tot Marcos Aurelios noſtri
fragmenti Cap.IV. num.513. allati, non
niſi ab aliquo ex Imperatoribus, qui hoc
B nomen & prænomen geſſerunt, Cives
Romanos dum militiæ adſcriberentur
effectos, concipere poſſumus: Et dubio
procul in M. Aurelio Commodo, qui Lithophorum Prosdectum à ſe Civitate Romanâ donatum, ſuo nomine & prænomine exornavit, in hac inſcriptione quam ex Rickio in Animadv. ad Tac. pag. 335. excerpſi, appoſitâ ipſius latinâ auverſione, videre eſt.

C 43 ΔΗΜΝΤΡΙ ΚΑΙ ΚΟΡΗΙ
Η ΙΕΡΑ ΓΕΡΟΥΣΙΑ Μ· ΑΥ
ΡΗΛΙΟΝ ΛΙΘΟΦΟΡΟΝ ΠΡΟ
ΣΔΕΚΤΟΝ ΠΙΣΤΟΚΡΑ
D ΤΟΥΣ ΚΕΦΑΛΗΘΕΝ ΠΡΕΣ
ΒΕΥΣΑΝΤΑ ΠΡΟΙΚΑ ΤΙΜ
ΘΕΝΤΑ ΔΕ ΥΠΟ ΘΕΟΥ
ΚΟΜΜΟΔΟΥ ΤΗ ΡΟΜΑ
E ΙΩΝ ΠΟΛΕΙΤΕΙΑ ΑΡΞΑΝ
ΤΑ ΤΟΥ ΚΗΡΥΚΟΝ ΓΕ
ΝΟΥΣ ΑΡΞΑΝΤΑ ΤΗΣ ΙΕ
ΡΑΣ ΓΕΡΟΥΣΙΑΣ ΕΥΣΕΒ
F ΙΑΣ ΕΝΕΚΑ
ΑΤΤΙΚΟΣ ΕΥΔΟΞΟΥ ΣΦΗΤ
ΤΙΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕ

Cereri & Proſerpinæ
Sacer Senatus M. Au
relio Lithophoro pro-
ſdecto Piſtocra-
tis f. Cephaleno lega-
tione gratuita functo & do-
nato per Divum
Commodum Roma-
na Civitate Præfe-
cto Præconum or-
dinis Præfecto Sa-
cri Senatus pieta-
tis cauſsâ
Atticus Eudoxi f. Sphet-
tius fecit

Itemque in P.Cornelio Mega, cui P.Cor-
G nelius Dolabella civitatem à Cæſare im-
petravit teſte Cicerone Epiſt. ad Famil.
lib.XIII.epiſt.36.& Sulpicio Floro, quem
Tacitus Hiſt. lib.I. cap. 43. à Galba Sul-
H piciç Gentis è Britannicis cohortibus nu-
per civitate Romana donatum ait. Illu-
ſtre etiam exemplum eſt * in Theophane *
Mytilenæo à Cn. Pompejo Magno in
I concione militum Civitate donato, ut
ait Cicero in Oration. pro Archia; cujus
poſteritatem, Pompejæ Gentis nomen
retinuiſſe habetur in Tacito Annal. lib.
K VI.cap.18, fuit enim Theophanes pater
Pompeii Macri, *avuſque* Pompejorum
Macri jun. & Macrinæ, non *proavus*, ut
emendato Tacito ex Strabone, eruditè
L probat idem Rickius in Animadv. Græ-
culi quoque illi rapinarum C. Cornelii
Verris Miniſtri, quò Recuperatorum
munere fungi poſſent, ab eo Cives Ro-
mani effecti, in nomen ipſius adſciti ſunt, ut adſtruitur ex Act. V. in Verr. *Ingerebat iſte Artemidorum Medicum Cornelium, Præconem Tlepolemum, & bujuſmodi Recuperatores, quorum Civis Romanus nemo erat; ſed Græci ſacrilegi, jampridem improbi, repentè Cornelii.* Aliud exemplum præbet hæc inſcriptio,

44 IVLIA · TYNDARIS
C · IVLI · REGIS
RHOEMETALCES · L
FECIT·SIBI·ET·SVIS·ET
LIBERTIS·LIBERTABVS
POSTERISQVE·EORVM
IN·FR·P·XII·IN·AGRO·P·XII
Florentiæ apud Nobb. de Gaddis.

per quam, id quod ex hiſtoria latebat, intelligitur; Auguſtū ſcilicet ſeniori Rhœmetalci Thracum Regi, amico & ſocio, cujus mutua officia & promerita diligenter perpendit Patinus ex nummis mediæ

magni-

magnitudinis, quos pag. 49. explicat, Civitatem,& cum ea nomen prænomenque communicasse. Idem pariter Sitalci

45 SITALCES · DIVI
AVGVSTI
OPSES · THRACVA

Augusti obsidi concessum reperitur, apud Gruterum pag. CCLXXXVIII. 3. A


IVLIA · PHYLLIS
SOROR · EIVS B

Et Berenicidi, atque Agrippæ ejus patri, apud Sponium Sect. X. num. 6.

46 Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΥ ΠΑΓΟΥ ΚΑΙ
Η ΒΟΥΛΗ ΤΩΝ Χ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΙΟΥ
ΛΙΑΝ ΒΕΡΕΝΕΙΚΗΝ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΝ
ΜΕΓΑΛΗΝ ΙΟΥΛΙΟΥ ΑΓΡΙΠΠΑ ΒΑΣΙ
ΛΕΩΣ ΘΥΓΑΤΕΡΑ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΩΝ
ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΕΥΕΡΓΕΤΩΝ ΤΗΣ ΠΟ
ΛΕΩΣ ΕΚΓΟΝΟΝ ΔΙΑ ΤΗΣ ΠΡΟΝΟΙ
ΑΣ ΤΟΥ ΕΠΙΜΕΛΗΤΟΥ ΤΗΣ ΠΟΛΕ
ΩΣ ΤΙΒ. ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΘΕΟΓΕΝΟΥΣ
ΠΑΙΑΝΙΕΩΣ

Senatus Areopagi & Senatus mille & populus Iuliam Berenicem Reginam magnam Iulii Agrippæ Regis filiam, & magnorum Regum benefactorum Vrbis sobolem, providente Curatore Vrbis Ti. Claudio Theogene Pæaniensi C D E

V



F

Attuli hanc eandem inscriptionem, seu potiùs fragmentum, Cap. VII. pag. 184. Ad Col. Traj. & jejunâ, fateor, interpretatione transmisi. Præstaret, puto, nihil addere, quàm, quod fortè ne hili quidem erit, dicere: Atqui sub hac præfatione vèl ineptire licitum existimo. Dico itaq; Collegiū hoc ad Sacra pertinere; quia à Concordię Numine, Romę pręcipuè, nec uno in Templo cultæ, nomen sumpsit. Servilē turbam ei Collegio adscriptā infert illud *Familiæ* nomen famulitii proprium, ut Cap. I pag. 43. L probavimus; indicatque hìc vestigium primi Domini derivativâ formâ expressi, à quo in familiam Augustianam Alexander & Encolphius dedicantes translati fuerunt: Et deniq; munus herilis custodiæ, per excubias more Castrensi ad cubiculum Domini agitari solitæ, ut ostendit oratio illa C. Cassii, necem familię Pedanii à Servo occisi exquirentis apud Tacitum Annal. lib. XIV. cap. 44. G *Sanè consilium occuluit, telum inter ignaros paravit; num excubias transiret, cubiculi fores recluderet, lumen inferret, cædē pararet omnibus nesciis?*

Augustianos, sive *Augustanos*, de domo nempe Augusti dictos, non est novū; H ut ex hisce patet, & in 260. Cap. IV.

47 D · M
ANTONIA · RES I
TITVTA · Q · IVLIO
EVTYCHO · MEDIC
DOMVS · AVGVSTIA
NE · CON · B · M · F K

Apud Nobb. de Spadis.

48 EPAINVS·MESSALINVS
AVG · AVGVSTIANVS
IVLIANVS L
SELEVCVS·C·CAESARIS
COCVS · GERMANIC

Gonzagani ex schedis Caroli.

VI

VI

ET·COD
OPTATI
RES·ET·CEN
XVI·K·IVN·IN
O
VS·GERMANIC
SVIS·
L·CAMILLI·M·F
LEM·COLLEGAM
AE·ALLATAE·VT
APTO·NOVO·DI
EODEM· DIE·
M·RECIT
FRMAN
I·F·FR

Frustum hoc inscriptionis, in impluvio Cœnobii S. Priscæ sub Aventino nuper repertum, ad Fratrum Arvalium Collegium pertinere, pluribus arguitur: Primò, similis characterum forma & magnitudo cum aliis hujus Collegii actis, quæ habentur in Cartophylacio Basilicæ Principis Apostolorum, in Hortis Barberinis, in pavimento D. Pauli, & in celebri Tabula, quæ integrior præ cæteris visitur in Hortis Perettis, à Sponio miserum in modum corruptâ pag. 5. Miscell. Vltra hujus similitudinis indicium, *ticena* absque diphtongo, *cooptatio*, litera Λ absque transversæ lineolæ sectione, & stata illa dies lin. 4. XVI. KAL. IVN, quæ etiam in Tabula Fratrum Arvalium A
apud Gruterum pag. CXX. lin. 3. & Vaticanâ habetur, formulis & rationi scribendi prædictarũ inscriptionum respondent. Nullo igitur quamvis sensu frag- B
mentum hoc nostrum potiatur; saltem, ad dignoscendam veram ac propriam Actorum formam longissimo tempore continuatam, meretur ut publici juris C
fiat. Hac occasione, alii quidam hujus Collegii ritus, neque Grutero, neque Sponio cogniti, ex nostræ Collectionis laboribus patebunt. Sed priùs Sponii D
incuriæ in exscribendo suo marmore succurrendum est, veriori hoc exemplari exhibito.

49 L · CEIONIO · COMMODO CoS
D · NOVIO · PRISCO
III · NON · IAN

MAGISTERIO · C · MATIDI PATRVINI PROMAGISTRO L · VERATIO · QVADRATO · COL
LEGI FRATRVM ARVALIVM NOMINE VOTA NVNCVPAVERVNT PRO SALVTE
IMP VESPASIANI CAESARIS AVG · TRIB · POT COS · VIII ET T · CAESARIS AVG · F
VESPASIANI COS · VI · VICTIMIS IMMOLATIS IN CAPITOLIO QVAE SVPERIO
RIS ANNI MAGISTER VOVERAT PERSOLVIT ET IN PROXIMVM ANNVM NVN
CVPAVIT PRAEVNTE L · VERATIO QVADRATO IN EA VERBA Q · I · S S
IOVI OPTIMO MAXIMO BOVEM MAREM IVNONI REGINAE VACCAM MINERVAE VACC
SALVTI VACCAM
ITEM PRO T · IMP · VESPASIANO CAESARE AVG · F · IDEM VERBIS Q · SS IOVI OPT · MAXIM
BOVEM MAREM IVNONI REGINAE VACCAM MINERVAE VACCAM SALVTI VACC
IN COLLEGIO ADFVERVNT L · VERATIVS QVADRATVS C · TADIVS MEFLIANVS · Q · TILLI
VS SASSIVS L · MAECIVS POSTVMVS A · IVLIVS QVADRATVS C · VIPSTANVS APRONIA
NVS ISDEM COS · VI IDVS IAN · IN AEDE CONCORDIAE ADSTAN
TIBVS FRATRIBVS ARVALIBVS MAG · C · MATIDI PATRVINI · PROMAG · L · VERATIO
QVADRATO COLLEGI FRATRVM ARVALIVM SACRVM INDICTVM DEAE DIAE
PRAEVNTE L · MAECIO POSTVMO IN DIE VI KALENDAS IVN DOMI
IIII K · IVN · IN LVCO ET DOMI III K · IVN · DOMI IN COLLEGIO ADFVERVNT
L · VERATIVS QVADRATVS C · VIPSTANVS APRONIANVS L · MAECIVS POSTVMVS
C · IVNIVS TADIVS MEFLIANVS A · IVLIVS QVADRATVS ISDEM COS · K · MART
IN AEDECONCORDIAEADSTANTIBVSFRATRIBVSARVALIBVS EX TABELLA IMP
CAESARIS VESPASIANI AVG · MISSA C · SALVIVM LIBERALEM N · BAS
SVM IN LOCVM C · MATIDI PATRVINI DEMORTVI COOPTAMVS IN COLLEGIO AD
FVERVNT L · VERATIVS QVADRATVS C · VIPSTANVS APRONIANVS L · MAECIVS
POSTVMVS C · SALVIVS LIBERALIS N · BASSVS ISDEM COS · MAG · C · SALONI
MATIDI PATRVINI IN CVIVS LOCVM SVCCESSIT OBIIT MAGITERIVM
EODEM ANNO ISDEM COS · K · MART · P · SALLVSTIVS · BLAESVS ISDEM COS · V · ID · MART
IN AEDE CONCORDIAE MAG · L · SALLVSTIVS BLAESVS COOPTATVS IN LOCVM C · MA
TIDI PATRVINI COLLEGI FRATRVM ARVALIVM CONVOCAVIT ET

Errata Sponii graviora hæc sunt.
In titulo supple COS
lin. 9. & 19. PRAEVNTE, non autem PRAEEVNTE, & sic in utroque Cenotaphio Pisano, atque in veteri lamina ærea apud Gruterum pag. DIV. PRAESSE al-

A SE altero E ſublato legitur; quamvis idem Gruterus in Notis ad fragmentum I. pag. CXVIII. ſimilium hujus Collegii Actorum pag. CXXIII. *mendum* hoc eſſe
B *manifeſtum* dixerit.

eâdem lin. 9. Q. I. S. S *quæ infra ſcripta sunt*, non QVAE S S S *quæ ſuprà ſcripta ſunt*, quia nihil adhuc ſcriptum erat.

C lin. 12. PRO T· IMP· VESPASIANO· CAESARE · AVG · F· Omiſit Sponius prænomen *Titi*, & ultimam notam F; unde fit, ut bis pro Veſpaſiano Auguſto patre vota concepta ſint, nullaque pro Tito filio, contra præcedentis promiſſi fidem.

lin. 14. & 22. C. TADIVS, non PADIVS: Tadiorum enim noviès inter Gruteri inſcriptiones mentio exiſtit, & in noſtra hac Piſaurenſi ad D. Claræ; at Padios nuſquam vidi.

50 TADIAE · C · F · CLAVENNIAE · BARBILLAE
PLEBS · VRBAN · L · D · D · D

D

lin. 15. Q. TILLIVS SASSIVS, nomine jam noto in hoc Collegio tam apud Gruterum pag. CXVIII, & pag. CXX,
E quàm in ſequentibus inſcriptionibus, & non TELLIVS.

lin. 19. ſupple hæc verba IN DIE VI KALENDAS IVN ante τὸ DOMI.

F lin. 20. LVCO ET DOMI, ſollemni formâ, non LVCO EIDOMI, quaſi ſit nomen proprium ipſius Luci, ut in Notis ſub num. 5.

G Ibidem ADFVERVNT, non verò FVERVNT.

lin. 24. & 27. N. BASSVM, *Numerium Baſſum*, non autem *Nonium Baſſum*.

lin. ultimâ verbo finali ET, tabula enim mutila, non FLAM.

Proximas huic tabulæ correctiones eſſe volui: In notis verò, craſſiores lapſus Notarum ipſius proſequar.

Contemporanea huic tabulæ, alia ſequens, duabus columnis diſtincta habetur in Archivo Baſilicæ Vaticanæ, tribus ex partibus abrupta.

51

MAX PRID
ONTIF · MAXI
CONIVNX·EIVS·QVOS·ME·SEN
H RVM · INCOLVMIS· ERIT· A· D· III
OXIMAE·POPVLO·ROMANO·Q·REI·POPV
IDEM·MEOSQVE·SALVOS·SERVAVERIS·EX·PERICV
VE · ANTE· EVM· DIEM· EVENTVMQVE · BONVM · ITA
I IE·DEDERIS·EOSQVE·IN·EO·STATV·QVI·NVNC·EST·AVT·EO
VERIS· ASTV·EO·ITA·FAXSIS·TVNC·TIBI·NOMINE·COLLEGI
RVALIVM·BOVEM·AVRATO·VOVEMVS·ESSE·FVTVRVM
A·QVAE·IN·VERBA·I·O·M·BOVEM·AVRATAM·VOVIMVS· ESSE
K M·QVO·HODIE·VOVIMVS·ASTV·EA·ITA·FAXSIS·TVNC·TIBI·IN
M·VERBA·NOMINE·COLLEGI·FRATRVM·ARVALIVM·BOVEM·AV
TAM·VOVEMVS·ESSE·FVTVRAM (RAM
VERVA·QVAE·IN·VERBA·I·O·M·BOVEM·AVRATAM·VOVIMVS·ESSE·FVTV-
L QVOD·HODIE·VOVIMVS·ASTV·EA·ITA·FAXSIS·TVNC·TIBI·IN·EADEM·VERB
NOMINE·COLLEGI·FRATRVM·ARVALIVM·BOVEM·AVRATAM· VOVEMVS
ESSE·FVTVRAM · SALVS·AVGVSTA·P·P·R·Q· QVAE· IN· VERBA · I·O·M
BOVEM · AVRATAM · VOVIMVS · ESSE · FVTVRVM · QVOD · HODIE · VOVI
MVS·ASTV·EA· ITA·FAXSIS· TVNC· TIBI·IN·EADEM· VERBA· NOMINE· COL

LEGI·FRATRVM·ARVALIVM·BOVEM·AVRATAM·VOVEMVS·ESSE·FVTVR M A
ADFVERVNT·IN·COLLEGIO·L·VERATIVS·QVADRATVS·L·MAECIVS·POSTVMVS
P·SALLVSTIVS·BLAESVS·Q·TILLIVS·SASSIVS·L·POMPEIVS·VOPISCVS·AR
RVNTIVS·CATELLVS·CELER
ISDEM·COS·VII·IDVS·IANVAR
IN·PRONAO·AEDIS·CONCORDIAE·FRATRES·ARVALES B
SACRIFICIVM·DEAE·DIAE·INDIXERVNT
MAGISTERIO·II·L·VERATI·QVADRATI·IN·PRONAO·AEDIS·CONCOR
DIAE·L·VERATIVS·QVADRATVS·MAGISTER·FRATRVM·ARVALIVM
MANIBVS·LAVTIS·VELATO·CAPITE·SVB·DIVO·COLVMINE·CONTRA·ORI C
ENTEM·DEAE·DIAE·CVM·COLLEGIS·SACRIFICIVM·INDIXERVNT
QVOD·BONVM·FAVSTVM·FELIX·FORTVNATVM·SALVTAREQVE·SIT·
IMP·CAESARI·DOMITIANO·AVG·GERMANICO·PONTIF·MAXSIMO·ET·DOMITIAE
AVGVSTAE·CONIVGI·EIVS·TOTIQVE·DOMVI·EORVM·POPVLO·ROMANO
QVIRITIBVS·FRATRIBVSQVE·ARVALIBVS·MIHIQVE D
SACRIFICIVM·DEAE·DIAE·HOC·ANNO·ERIT·A·D·XVI·K·IVN·DOMO·A·D
XIIII·K·IVNIAS·IN·LVCO·ET·DOMO·A·D·XIII·K·IVN·DOMO
ADFVERVNT·IN·COLLEGIO·L·VERATIVS·QVADRATVS·L·MAECIVS·POS
TVMVS·Q·TILLIVS·SASSIVS E

Sequela prioris est ista ex opposita parte ejusdem tabulæ, dimidiatis lineis deploranda.

STI
IT·PER
RVNT·PER F
DE·CORONIS
EX·SATVRNALIBV
TRVM·FECERVNT ITE
IBIQVE·IN TETRASTYL G
CVM·SYNTES·EPVLATI·SVNT
POST·EPVLAS·RICINIATVS·SV
MOTO·SVPRA·CARCARES·FECE
TORIBVS·MISIT·PRAESIDENTE·L· H
ET·CORONIS·ARGENTEIS·HONORAV
TRVM·L·VERATIVM·QVADRATVM·T
XIII·K·IVNIAS·IN·DOMO·APVT·MAGIS
FRATRES·ARVALES·AD·CONSVMM I
ET·INTER·CENAM·L·VERATIVS·QVA
P·SALLVSTIVS·BLAESVS·L·POMPEIVS
LIVS·CELER·L·IVLIVS·MARINVS·C
FECERVNT·MINISTRANTIBVS·PVER K
DEM·QVI·XVI·K·IVNIAS·ET·FRVGES·LI
TORIBVS·ET·PVBLICIS·PVERI·RICINATI
LERVNT·LAMPADIBVS·INCENSIS·TV
PER·KALATORES·DOMIBVS·SVIS·MIS L
Q·VALERIO·VEGETO·P·ME
NON NOV
MAGISTERIO·II·L·VERATI·QVADRATI

TOREM

A TOREM· ET· PVBLICOS· ET· · · VOM·IN
NAM·EXPIATA·ARBOR· QVOD· VETVSTAT
ISDEM . CO
MAGISTERIO·L·VERATI·QVADRATI·II
B DIS · CONCORDIAE · COLLEGIVM · FR
QVE· COOPTARVNT · FRATREM · AR
IN·LOCVM·Q·TILLI·SASSI·ADFVERVNT
QVADRATVS· L· VENVLEIVS· MONTA
C MARINVS · CAECILIVS · SIMPLEX · T·
Q · VOLVSIO · SATVRNINO · L · VEN
VII· K · MAIAS · PIACVLVM · FACTVM
LATOREM · OB · FERRVM · INLATVM
D PIACVLVM·FACTVM·PER· CALATOREM
TVM · ET · ELATVM · SCALPTVRAE · ET
ARVALIVM

In Magisterio P. Metili Secundi, & ultimis Imperii Trajani temporibus, post
E *Parthici* scilicet denominationem assumptam, conscripta fuerunt hæc duo eorundem Actorum fragmenta, quæ in pavimento Basilicæ S. Pauli adhuc jacent.

52 IANVAR
RIS· NERVAE· TRAIANI· AVG· GERMANICI·DACICI·PARTHICI·FRATRE
F NGILI·OBITTIVS·PROCVLVS·M·VALERIVS·TREBICIVS·DECIANVS
III · IDVS · IAN
ERVNT· IBIQVE· P· METILIVS· SECVNDVS· MAGISTER· MANIBVS·LAVT

G aliud

53 DOMI·ANT
IANVS · L · ANTONIVS · ALBVS
X
H DEAE · DIAE · TVRE · VINO · FECERVNT · IBI
A·RETTVLERVNT·C·STATIVS·CAPITO·ARRIA
IVS·TREBICIVS·DECIANVS·TI·IVLIVS·CANDIDV
XIIII · K · IVN
I RES·DVAS·LVCO·COINQVENDI·ET·OPERIS·FACIVNDI·IB
EX.SACRIFICIO· EPVLATI· SVNT · SVMPTISQVE · PRAETEXTIS
IMMA · IMMOLAVERVNT · PERFECTOQVE · SACRIFICIO · OM
DISCVMBENTES· EPVLATI · SVNT · APVT · P · METILIVM
ESVLTORIBVS · MISTI · PRAESIDENTIBVS · TREB
K XIII · K · IVN
E· DIAE · INTER · CENAM . METILIVS · SECVN
RIMIS · ET

L De hoc eodem P· Metilio Secundo meminit inscriptio prope Portum Alsiensem annis superioribus reperta, & è variis fragmentis ad proximam Arcem Pali delatis, Cap. III. num. 470. expósita.

Ex hisce inscriptionibus, reliqvum est, ut præmisi, nonnullas formulas indicare, vel nusquam expressas, vel alibi imperfectè conceptas. Suntque istæ.

Magisterium istorum Fratrum iterari solitum,

solitum, ut in inscriptione 51. vers. 28, & in secunda columna vers. 26, & 30.

Indictionem Sacrificii factam fuisse MANIBVS LAVTIS, VELATO CAPITE, SVB DIVO COLVMINE[Pronai Aedis Concordiæ] CONTRA ORIENTEM, ut in dicta inscriptione 51. vers. 30.

Sacrificium ipsum TVRE VINO*que* factum habetur inscriptione 53. vers. 4.

In Epulis synthefes sumptas, inscr. 51. col. 2. vers. 8, quod genus vestium Saturnalibus 5. versic. enunciatis, fortè uti conveniens adhibitum,

Dum toga per quinas gaudet requiescere luces,

ut ait Martialis lib. XIII. Ep. 139. A

In immolatione verò prætextas, inscriptione 53. vers. 9.

Precatio demum illa inscriptionis 51. vers. 32. *Quod bonum, faustum, felix, fortunatum, salutareque sit Imp. Cæsari Domitiano Aug. Germ. P. M. & Domitiæ Aug. coniugi ejus, totique domui eorũ, Populo Romano Quiritibus, fratribusq; Arvalibus, mihique*, variat tum in verbis, tum in ordine à sollemni (sic eam vocat Cicero pro Muræna) precatione Consularibus auspiciis consecrata, quæ sic ibi concipitur, *Vt ea res mihi, Magistratuique meo Populo, Plebique Romanæ bene atque feliciter eveniat*. B C D

VII E

ERMISSO
VM · ET · POPVLI · EIVSDEM · COLLEGI
S · ARGAEVS · LIB · EIVS · CVR · SVA
HETIS · CAES · N · SERVI · VILICI
THECA · IMPENSA · SVA · FECIT · DEDICA
V · K · OCT · VERO · III · ET · AMBIBVLO · COS F

Nobilitavit hanc incerti Collegii inscriptionem, eà usus ad emendationem Fastorum vulgatorum, Vir sacra non minùs quàm liberali disciplinâ instructissimus Cardinalis Henricus de Noris in sua Epist. Consul. pag. 79. Suffragium hoc lapideum me insigni Scriptori, cum laudis (immeritæ quamvis) fœnore attulisse, gavisus sum. Lateritia alia quinque accedunt, ex veritatis semel exploratæ, cui omnia consentiunt, prærogativa. G H

VIII

TI · TVTINI · S · S · CAEPIONAN	*orbe extimo*
VERO III ꟻE ANBIBVL	*orbe interiori*
COS	*in medio*

è Cœmeterio B. Helenæ. I

IX

PHLARIRIVNSVLPCPETRTRAN	*orbe extimo*
VERO III ꟻE AMBIBO	*orbe interiori*
COS	*in medio.*

è Cœmeterio Callisti. K

X

TI · TVTINI · S · S · CAEPIONAN	*orbe extimo*
VERO · III · ET · ANBIBLO	*orbe interiori*
COS	*in medio*

è Vinea Morona ad Bivium Ardeatinæ. L

A 54 VERO III ΤE AMBIB COS
PHL♆IERIVNSCPETR
Ex D. Canonico Blanchino.

55 VERO III ET AMBIBVL COS EXP *orbe exteriori*
B CLAVDIAE MARCELLI *orbe interiori*
NAE *in medio*
Hortis Matthaiis sub Esquiliis.

Non placuit olim hoc *Ambibuli* co-
C gnomen Reinesio, qui in Epist. XLVI. ad Rupertum pag. 401, ad hanc inscriptionem ex Piccartinis,

56 L·VARIVS·AMBIBVLVS
D ARTIACO·LIB

resecto AM, BIBVLO acquiescit, exemplo M. VARI. M. F. BIBVLI inscriptionis Gruterianæ pag.CDLXXII.3. In suo tamen Opere Inscriptionum Clas. XIIX. num. 48. *Ambibulum* recipit, (ut fecerat Clas.IX. num. 12, & Clas. XI. num. 33.) libertum verò in *Actiacum* vel *Antiocum* pervertit, adeò à cæteris, imò quandoque à se ipso diffidere, secumque pugnare amat.

XI
E



F

G

H

I

Certat cum hujus urnulæ venustate,
K ipsa novitatis gratia, in titulo adhuc inviso SCRIBAE COLLEGI MAGNI

De hoc Collegio Magno, quod idem esse cum Collegio Larum & Imaginum sub tutela & patrocinio Silvani putavi scribens in meo Syntagm. de Col. Traj. Cap. VII. pag. 205. D, ineditas eatenus duas inscriptiones protuli, aliis ex Grutero in hanc sententiam inductis.

L 57 IMP·CAESARI·DIVI·NERVAE·F·NERVAE·TRAIA
NO·AVG·GERM·DACICO·PONTIF·MAX
PRIB·POT·XII·IMP·VI·COS·V·P·P·PROPA
GATORI·ORBIS·TERRARVM·LOCVPLETA

TORI

TORI · CIVIVM · CVLTORES · LARVM · ET · IMA A
GINVM · DOMVS · AVGVSTAE · SOLO · PRIVATO
SVA · PECVNIA · FECERVNT

Dicitur reperta in Aventino in privata Traiani.

Sociam retuli Cap.III.n.11, ubi quære. Habes hìc alium libertum cum secundo cognomine *Ianuarianus*, quod ex primi domini nomine seu cognomine deductum, opiuatus sum Cap. IV. pag. 319. Musculus pariter uvas arrodens, inter ludicras expressiones, de quibus pag.381. abundè diximus, reponi potest. B

C

XII C·IVLIVS·HELPIDEPHORVS· CYRINVS· PATRONVS· SODALICII
CAM·PRIOR·INTVLERIT·S·S· ∞·∞ ·M·N·CVM IIS QVI TEMPLVM·

ɸ	DECVRIA		PRINCIPAL		DECVRIA		D
	CORINTHV	S	MASYRIV	S	BALERIANV	S	
	FELICISSIMV	S	EVTYCHE	S	DIOGENE	S	
	AQVENSI	S	HERME	S	EVGENE	S	
IMMVNES	AQVENSI	S	PAVLINV	S	ALEXANDE	R	
	ROMANV	S	SVLPICIANV	S	SACERDO	S	E
SILBINVS SEN	CYRILLV	S	ONESIMV	S	CHARIT	O	
	BEZENIV	S	CHRYSANTHV	S	CHARIT	O	
SILBINVS IVN	FELICISSIMV	S	EVTYCHE	S	POLYDEVCE	S	
	MERCVRIV	S	MERCVRIV	S	FLAVIANV	S	F
QVINTVS	NICODROM···				NICOSTRATV	S	
AVCVPIVS	BARGINN	A	THALLV	S	LVCRI	O	
	CHARIT	O	ZOTICV	S	FATALI	S	
AMPLIATVS	RVFINV	S	AMINNA	S	VALEN	S	
	MARCIANV	S	XANTHIA	S	MERCVRIV	S	
FILVMINVS	DIONYSIV	S	EVTYCHE	S	NVNDINALI	S	G

DII·SILVANI·POLLENTIS·VOTO·POSVIT·QVI· CVM· IPSE· IN· FABRI
A SOLO·INSTRVXERVNT·DEDICAVERVNTQ PATRON CLYB LMF H

······		DECVRIA		THYMELICI			
POLYNICE	S	FANNIV	S	ONESIMV	S	 ɸ	
DVLIO	N	VICTO	R	MAVRVSIV	S		I
FILOT	A	SEVERV	S	THEOPHILV	S		
NARCISSV	S	EVTYCHE	S	MARTENSI	S		
FILETV	S	ALEXANDE	R	SOLO	N		
SOSSIV	S	IANVARIV	S	SAGITTIV	S		
MAXIMIANV	S	OFELLIANV	S	EVTYCHE	S		
GLYCERV	S	EVPREPE	S	FORTVNATV	S	BIATORES	K
CARICV	S	OLYMPV	S	FAVSTV	S		
FELI	X	IVLIV	S	VRSVLV	S	SAPARDACIVS	
MENANDE	R	MERCVRIALI	S	FORTI	S		
ASCLEPIODOTV	S	ALEXANDE	R	MARCIANV	S	FILADELFVS	L
CONSTANTIV	S	SEPTIMINV	S	FILIPPV	S		
AGILI	S	SOTERICV	S	LICTO	R		
ASTLA	S	ASCLEPIODOTV	S	RVFV	S	FELICISSIMVS	
SACERDO	S			PRISCV	S		

Iure

A Iure hic annectimus nostram de Sodalicio Silvani inscriptionem, quam alibi, hoc est Dissert. II. num. 190. de Aq. & Aquæd. mutilam dedimus, Decurialium
B scilicet nominibus prætermissis, atque in duas partes (eâdem necessitate dictante) ob angustiam paginæ distributam.

Decurias hìc & alibi, ac præsertim in
C inscriptione illa *Cultorum Herculis Somnialis*, quam suprà attuli pag. 429. H, de pluribus quàm decem numerò dici constat; uti & centurias supra centum
D adscriptos milites continere vidimus in inscriptione 91. Cap. IV. præeunte nobis Vegetio lib. II. cap. XIV, qui ita ait, *Habet una Turma Equites XXXII, hisce qui præest Decurio nominatur; ut enim CX pedites ab uno Centurione sub uno vexillo gubernantur, similiter XXXII Equites ab uno Decurione sub uno vexillo reguntur.*

Corpus verò religiosum Servos, sive Sodales hosce constituere, ultra aliàs adnotata, suadetur ex Templo ad usum sacrorum extructo, & ex *Immunibus* enunciatis: Ii quippe *immunes* novâ significatione dicebantur, quibus sacri faciendi permissio data erat, ut ex hoc inscriptionis fragmento è Schedis Barberinis colligitur,

58 SOLI INVI
E Q·OCTAVIVS·DAPHNICVS
NEGOTIAS·VINARIVS·A SE
TRICLIAM·FEC·A SOL·DIN
SVA·PERMISSV·KALATORIO
F ET·FLAMINVM·CVI·IMMVNITAS
DATA·EST·AB·EIS·SACRVM·FACIEND

ex quo alias hasce integras illamque Cap. II. num. 266. lucem accipere putamus;

59 L·LICINIVS·L·Ↄ·L·ALEXA·CVRATOR·SOCIORV
G SECVNDVS·IS·MONVMENTVM·EX·PECVNIA
COLLATA·SOCIORVM·AEDIFICAVIT·ARBITRATV
SVO·IDEMQVE·TECTORIO·OPERE·FECIT·ET·IS·TRICHILINIV
SOCIORVM·EX·SVA·PECVNIA·OPERE·TECTORIO
H PERPOLIT·ET·AMICIS·DONVM·DEDIT
ET·EX·AMICORVM·AERE·COLLATO·IMAGO·EL *sic*
FACTA·EST·ET·SINE·SORTE·PRIMO·AB·SOCIS
QVAS·VELLET·OLLAE·SEXS·DATAE·SVNT
I EIQVE·OR·OFFICIVM·ET·MAIESTATEM·EIVS *sic*
INPERI·ET·VOM·IMMVNITAS·DATA·EST

Ex Museo Sabbatino.

60 IVLIO·C·L
K FAVSTO·IMMVN
INTESTATO·QVOT
EX·FVNERE·EIVS
SVPERFVIT·PER
L SPIRONTE·ET
DEXTRVM
QVAESTORES
QVARTVM

Apud Nobb. de Mignanellis.

LII 61 C·SAL-

61 C · SALLIO · C · F
QVI · PROCVLO
SACERDOTI · LANVVI
NORVM · IMMVNI · PON
TIFICI · PATRONO · CIVI
TATIS · AMITERNINORVM ·
ITERVM · Q · Q · SVMMO
MAGISTRO · SEPTAQS
OB · BENEMERITA · ET AMOREM
EIVS · VICANI · FORVLANI
PATRONO · BENEMERENTI
L · D · D · D

Aquilæ ex ſchedis Barberinis.

quidquid ſecùs intelligat Sponius Recher. de Lion cap. VIII. pag. 189. ubi in inſcriptione illa, quam è ſchedis Barberinis jam attulimus Cap. IV. num. 33, hoc idem verbum, ad cognomentum antea memoratæ Leg. VIII. detorquet.

Ex cognomine expreſſo IVLI HELPIDEPHORI in inſcriptione illa apud Gruterum pag. ML. 9, quæ hodiedum viſitur in Horto Nobb. de Vecchis ad Arenulam; alioque Aurelii Helpidephori apud Sponium in Itinerario To. III. pag. 107, & Gaulonii Elpidephori in ſequenti è Schedis Barberinis noſtrum HELPIDI · F · HORVM in priori editione malè intellectum, corroſo ibi lapide, emendamus. A

62 D · M
GAVLONIO
ELPIDEPHORO B
LIBERTO
INNOCENTISSIMO

Vineæ del Tina ad Portam Pincianam.

Addimuſque marmor ita mutilum, loculo alicui Cœmeteriali Chriſtianoque adaptatum fuiſſe, ex inſcriptione VLPIAE FELICITATIS IN PACE DEPOSITAE, quam inter Chriſtiana Monumenta Capitis VIII. ſuo loco & ordine legere poteris. C D

Pollentem Silvanum, quodque idem ſonat, *Valentium*, ex hac alia inſcriptione ibidem oſtendimus, E

63 VALENTIO
SILVANO F
A · FLVTIVS
ATHENAEVS
V · S · L · D · D

atque hoc epitheto Herculi æqualem fecimus: non ita tamen ut *Sodalis Herculei* titulo eum in inſcriptionibus habitū, cum Scaligero probemus, prout ibi plenè ratiocinati fuimus. G H

XIII MAXIMO · TRIB · POTEST · XIII · COS · III · P · P ·
COLLEG · VICTIMARIOR · QVI · IPSI · ET · SACERDOTIBVS · ET
MAGIST · ET · SENATVI · APPARENT · QVOD · CVM · COMMODIS · EORVM
INPVGNARETVR · LIBERALITATE · EIVS · RESTITVTA · SINT . DEDIC · VI · K · MAIAS I

Supplendum in primis eſt nobis hoc marmor, & quidem (quod vix primâ fronte credas) non difficili negotio: quoniam Tribunicia poteſtas XIII. cum III. conſulatu, non niſi Hadriano convenit. Cumque citra diem XI. Auguſti, qua die Imperium ſimul cum Tribunicia poteſtate Hadrianus adeptus fuit, dedicatio proceſſerit, hoc eſt, ut in ejus calce legitur A. D. ſexto Kal. Majas; minimè dubium eſt, * eundem Tribuniciæ poteſtatis atque Imperii annum eſſe numerandum; & propterea Conſules Catullinum & Aprum ſubcenſendos. Titulos verò Hadriani in parte ſuperna conſtanter exhibent inſcriptiones 6. pag. X. & pag. CLIV, 11. pag. CLV, 1. ac 2. pag. CLVI. aliæque plures apud Gruterum, iſtaque olim Ponti ſuo affixa. K L

64 IMP·

A 64 IMP· CAESAR · DIVI· TRAIANI· PARTHICI· FILIVS
DIVI · NERVAE · NEPOS · TRAIANVS · HA
DRIANVS · AVGVSTVS · PONTIF · MAXIM · TRI
BVNICIAE· POTEST · XVIIII · COS · III · P · P · FECIT.

B *Ex veteri MS. Einsidlensi P. Mabillonio.*

Vnde rectè, & absque alicujus divinationis licentia, ita se habuisse integram inscriptionem coniicimus.

C IMP · CAESARI · DIVI · TRAIANI
PARTHICI · F · DIVI · NERVAE · NEPOTI
TRAIANO · HADRIANO · AVG · PONTIFICI
MAXIMO · TRIB · POTEST · XIII · COS · III · P · P ·
COLLEG·VICTIMARIOR·QVI·IPSI·ET·SACERDOTIBVS·ET
D MAGISTR·ET·SENATVI·APPARENT·QVOD·CVM·COMMODIS·EORVM
INPVGNARETVR· LIBERALITATE·EIVS·RESTITVTA·SINT DEDIC·VI·K·MAIAS
Q·FABIO·CATVLLINO M·FLAVIO·APRO·COS

E Ignotum hucusque Victimariorum Collegium ex eo in lucem damus, non quidem eorum, qui victimas venales habebant, quos *Victimarios negotiatores* Plinius appellat lib. VII. cap. XII; sed eorum,
F rum, qui in Sacrificiis ipsi Imperatori, Sacerdotibus, Magistratibus, & Senatui *præsto erant*, hoc enim *apparere* significat; *unde etiam Apparitores constat esse nomi-*
G *natos*, ut ait Servius ad lib. XII. Aeneid. vers. 850.

Inusitata illa constructio COMMODIS IMPVGNARETVR, à simplici
H verbo *pugno* in compositum derivavit; *& est Græcum pugno tibi, nam nos pugno tecum dicimus*. Sic idem Servius ad versum illum 38. lib. IV.

I . . *placitone etiam pugnabis amori?*

Prisci Christiani ad loculum quendam Cœmeterii Callisti contegendum, literis intùs versis, eâ usi sunt; ibidem
K enim sub Vinea Fidentii ad Viam Appiam fragmentum reperi, & extraxi.

XIV SEX·AVDIENVS·C·L
L FERONIAE
D · L · M

Quæstio est inter eruditos de hac Dea Feronia, quâ Servius ad lib. VII. Aeneid. vers. 798, ipsam Iunonem virginem fuisse dicit, tamquam par constituens cum Iove puero, eodem loci, hoc est sub Circæjo præcipuo cultu venerato. *Circa hunc tractum Campaniæ*, sunt verba Servii, *colebatur puer Iuppiter, qui Anxurus dicebatur, quasi ἀνευ ξυροῦ, idest sinè novacula, quia barbam nunquam rasisset, & Iuno virgo, quæ Feronia dicebatur*. Alii recentiores ex Dionysio lib. III. Antiquit. Roman. Deam quandam Florum à Iunone diversam credunt, inter quos novissimè Iacobus Oiselius in Thes. Numism. Antiq. ad Tabulam XLVIII. num. 4. in hac opinione, post longum rei examen, consistit.

Magnum priori sententiæ adminiculum ex hac inscriptione accessit,

65 IVNONI · FERON
BARDIA · L · F · SECVN
AEDEM·SIGNVM·PORTI
CVS · D · P · S · D

cujus, Servio non animadverso, antesignanum se facit Sponius in Miscell. Sect. II. pag. 83. his verbis, *Eandem* [de Feronia loquitur] *fuisse, ac Iunonem, nemo est, quòd sciam, qui dixerit; unde*

rara mihi visa est denominatio, ut eam non esse omittendam putaverim.

Distinguit etiam à Iunone Reinesius ex hac inscriptione 31. Classis I.

66 IVNONI · REG ·
ET · FERONIAE

quæ nihilominus cum antecedenti, & cum Servii traditione conciliari potest, si duplex Iunoni ipsi epitheton, tum REGINAE, tum FERONIAE datum dicamus, prout alterutro gavisam crederent, juxta illud Horatii ad Dianam in Carmine Sæculari, quam Ilithyiam nuncupaverat,

Sive tu Lucina probas vocari,
seu Genitalis.

Multiplex iste Iunonis cultus juxta varias vitæ conditiones, eò facilius venit admittendus, quò ex Græcis suam originem agnoscit; cùm, ut ait Pausanias in Arcadicis lib. VIII, Temenes Pelasgi F. Iunonis Educator tria Fana cum totidem Deæ cognominibus apud Stymphalum dedicaverit, alterum *Puellæ* dum virgo existeret; secundum *Adultæ* post nuptias cum Iove; Viduæ tertium divortio à Iove facto, dum Stymphalum se recepisset.

Sed nihil ad rem nostram pertinet huic controversiæ finem imponere, dum graviori quæstioni dilucidandæ, in qua præcipui quique Scriptores lapsi sunt, ex hoc nostro marmore incumbimus: quod (nî mea nimiùm blanditur opinio) evidenter in re non contemnendæ eruditionis, & novitate primâ, quam ridiculè in sua sententia de Feronia Iunone aucupatus est Sponius, assequemur.

Subiungit ibi Dionysius belli inter Romanos & Sabinos originem; *Fanum est quod Sabinis æquè ac Latinis summa religione colitur, sacrum Deæ Feroniæ, quam Græci suâ linguâ alii anthephoron,* [idest Florigeram] *alii philostephanon,* [idest coronarum amantem] *alii Phersephonem,* [idest Proserpinam, seu, ut A Oiselius, & eò prius P. la Cerda ad dictum Virgilii locum vertit, ferentem unius anni proventum] *vocant. Eò statis diebus conveniebant è circumvicinis* B *urbibus alii votiva Deæ reddituri sacrificia, alii negociaturi propter celebrem conventum mercatores, opificesque, & agricolæ; quòd Forum ibi esset totius Italiæ* C *splendidissimum. Ad eam celebritatem profectos aliquando Romanos cives non obscuros, Sabinorum quidam correptos, & pecuniâ spoliatos, in vincula coniecerant.* D *Legatisque eò missis, nihil æqui impetrari poterat, sed tam viros retinebant, quàm pecunias: obiicientes vicissim Romanis, quòd aperto Asylo profugos Sabinos excepissent.* E Eandem caussam affert Livius lib. I. cap. 30, *Tullus ad Feroniæ Fanum mercatu frequenti negociatores Romanos comprehensos querebatur: Sabini,* F *suos priùs in Lucum confugisse, ac Romæ retentos.*

Fanum istud *Sabinis æquè ac Latinis summâ religione cultum*, in Sabinorum G agro fuisse, ipsamet historica utriusque Authoris narratio postulat; Veruntamen, concordi virorum doctissimorum consensu, hucusque creditum est, ea ad Templum H Feroniæ de quo meminit Strabo lib. V. sub Soracte Monte positum contigisse, extra Latinorum & Sabinorum fines: quod profectò ex ignoratione alterius I ejusdem Numinis Templi in Sabina regione processit; Quo per nos ostenso, cessabit absurdum illud commentum, de iniuriis apud Capenates vel Faliscos Soractis K accolas Romanis illatis, Tullum ex Sabinis ultionem quæsisse; neque opus erit eâ sanatione, morbo ipso pejori, quam adhibet Cluverius Ital. Antiq. lib. L II. cap. III. pag. 549. *Patet ex his in Sabinorum fine, idest apud Tiberis ripam fuisse Feroniæ Fanum, unde Sabini Ro-*

manorum

A *manorum quosdam per vim in alieno comprehensos, protinus in suum agrum, trajecto amne, abripere potuerint: namque in Sabinorum, quod vult Antonius*
B *Sabellicus, non magis, quàm in Romanorum potestate tum fuisse id Fanum cum Oppido & agro Capenate, ego crediderim*, per quam, machina Romanorum
C in alieno comprehensorum inducitur, vel commune inter Sabinos & Romanos Oppidum, ager, & Fanum Capenatium fingitur, tempore scilicet quo Capenates
D eò usque intacti, nec armis Romanorum lacessiti, non nisi post CCLXX. annos à M.Valerio Maximo II.& Q.Servilio III. consulari potestate Tribunis militaribus,
E à Romanis primùm victi pacem accepêrunt, neque ullâ agri, aut civitatis jacturâ mulctati leguntur apud Livium lib.V. cap. 24.; cùm præsertim, nihil negocii
F esset, apud Sabinos ipsos aliud Fanum Feroniæ indè agnoscere; non enim uni Soracti alligata erat ea superstitio: quandoquidem Septempedæ quoque Fero-
G niam cultam apparet ex hac inscriptione apud Gruterum pag. CCCVIII. 3:

67 CAMVRENAE
C · F
H CELERINAE
FLAM · FERON
MVNICIPI · SEPTEMP
L · TIFENNIVS · FELIX
I MARIT · OPTIMAE

Et in Tuscorum mediterraneis Lucum Feroniæ collocat Ptolemæus Geogr. lib. III. cap. I. Tab. VI. Europæ; ubi Com-
K mentator ritè *Petram Sanctam* in ejus nomen successisse adnotat; ita enim habet Tabula Viterbiensis apud Gruterum pag. CCXX. PETRAM SANCTAM
L OLIM FANVM FERONIAE. Hujus Tabulæ fidem (ut obiter dicam) optimè vindicat Holstenius adversùs suspicionem de ea ex cæteris Annii Viterbiensis figmentis Cluverio obortam, in Notis ad pag. 564. lin. 56. Ital. Antiq.

Fuit igitur, ut semel dicam, in Sabinis, & apud Trebulam Mutuescam, Templum Feroniæ, de quo Dionysius ac Livius intelligi debent; inter cujus Magnificentissima rudera, frustum istud Columnæ, donario cuidam dicando adhibitæ, primum hujus detectionis indicium reperi, dum ibi præterito vere, comite, atque hospite Egregio Viro Ioanne Baptista Michaelio Sanctæ Victoriæ Trebulanæ Martyris Abbate, mihique longâ amicitiâ coniunctissimo, periucundè, hoc præsertim inopinato invento gaudens, moratus fui. Et ne leve tantæ novitatis testimonium istud videatur; aliud indubium documentum ex hac etiam inscriptione,

68 Q · PESCENN · ·
COLOMNAS · III
DE SVO DAT
FER ONEAE
ET CREPIDINEM
ANTE COLOMNAS
EX LAPIDE

præ foribus ejusdem Abbatialis Ecclesiæ in Columna ad lęvam intrantium inhærente accedit: Tertiaque pariter columella nostræ similis in proximo Montis Leonis Oppido sub Aedibus Tocciorum deportata, cum hac epigraphe

69 · · ERON · ·
C·MODIEIVS·C·F
C·N·MANC·DO

integro FERONIAE nomine supplenda.


Expressio tandem FERONIAE in earum familiarum nummis, quæ originem Sabinam habebant, vel in quibus *Sabini* cognomen viguit, (ut ratiocinatus fui in Apologemate ad Grunnovium pag.89.) non levem probationem adiungit,

git. Sic namque in duobus P. Petronii Turpiliani nummis apud Vrsinum pag. 192. FERONIA expressa est; unde Sabinam gentis originem arguit Vir eruditissimus, & ex hac etiam Gruteri apud nostram Trebulam Mutuescam reperta inscriptione comprobat.

70 T · PETRONIO
T·F·SERG·SABINO
TR·MIL·MAG·IVVENT
· · · · · · · · · · · · · ·

pag. CCCCLI. 2.

Caput item florigerum nummi hujus A



B

Familiæ Plætoriæ, cui pariter Sabinam gentilitatem idem Vrsinus asserit, tum C ex hac de Mutuescano patronatu inscriptione loquente:

71 IOVI · CONSERVATORI · ET · IVNONI · SANCTAE D
SACRVM
C · PLAETORIVS · C · F · STEL · PHOEBVS · VI · VIR
AVGVSTAL
SODAL · TRAIANAL · ET · HADRIANAL · IIII · VIR E
QVINQVEN
PATR · IVVEN · TREBVL · MVTVESC · VOT · SOL · LIB
MER

Gruter. pag. XIX. 3. F

tum ex sequenti ob *Sabini* cognomen:

72 L · PLAETORIO · L · F · CLAVDIA · SABINO
SACERD · AESCVLAPI · VIX · ANN · LXXV
M · PLAETORIVS · NVMISIANVS · SABINVS G
F · C ·

Idem pag. CCCXVIII. 13.

Hoc, inquam, caput, Feroniam innuere credimus; & ex tenella ætate, ac puellari propemodum specie, conjecturam Servii de Iunone virgine, eàdemque Feronia agnoscimus. Quapropter, sive allusio fiat ad utriusque Familiæ originem, sive ad cognomina; nummi isti, ad Sabinam hanc Feroniam verè, ad Capenatem autem, minùs propriè & coactè referentur.

Nostra inscriptio, illud præ sociis præcipuum habet, ut à Liberto tamquam χαριςήριον libertatis adeptæ oblatum videatur; notum namque est ex Servio ad lib. VIII. Aeneid. vers. 564.

Nascenti cui tres animas Feronia mater;

Feroniam fuisse Libertorum Deam, in cujus Templo, raso capite pileum accipiebant: Vnde P. la Cerda, apud Terracinense Feroniæ Templum, repertum fuisse hunc lapidem ait, H

73 BENEMERITI · SERVI I
SEDEANT
SVRGENT · LIBERI

quem etiam à Willhelmo à Loon de Manumiss. relatum videmus. K

Hoc idem ex verbis Livii elicitur lib. XX. cap. 1, *Decemvirorum monitu decretum est, Iovi primum donum fulmen aureum pondo quinquaginta fieret, Iunoni, Minervæque ex argento dona darentur; & Iunoni Reginæ in Aventino, Iunonique Sospitæ Lanuvii majoribus hostiis* L

A *stiis sacrificaretur; matronæque pecuniâ*
collatâ quantum conferre cuique commo-
dum esset, donum Iunoni Reginæ in
Aventinum ferrent, lectisterniumque fie-
B *ret: Quin & Libertinæ ut ipsæ unde Fe-*
roniæ donum daretur, pecuniam pro fa-
cultatibus suis conferrent: Quæ integra
referre placuit; ut insuper, nostram prio-
C rem sententiam de Feronia, eâdem cum
Iunone, roboraremus: Quia post trinam
Iunonis mentionem, prioris scilicet quæ
cum Iove & Minerva in Capitolio com-
D muniter venerabatur, Sospitæ, & Regi-
næ; Feronia, quasi altera quarta Iuno re-
censeretur: Nec enim aliud ullum ex in-
numeris Romanorum numinibus ad tot
E prodigiorum procurationem exquiritur.

XV APOLLINI·LATON·
AD THEATR·MARC
FELICITATI·IN·CAM.
F MART·IOVI·STATOR.
IVN·REG·AD·CIR·I LAM.

Nihil spernendum inesse vetustis mo-
G numentis, minimum hoc Kalendarii frag-
mentum istic repertum, & ab optimo
Cive nostro Marino Arcovarino mihi
oblatum, abundè docet. Infertur hinc
H etenim Municipii Vrbinatis splendor,
quòd Fastis etiam sacris instructum foret;
qualium, vix tria in toto Orbe Romano
monumenta, eaque pariter mutila, con-
I gessit Gruterus pag. CXXXIV. & CXX-
XV. Tum etiam (quod eruditionem spe-
ctat) Delubrum Apollinis ad Porticum
Octaviæ, in quo Latonæ quoque signum
K fuit, teste Plinio Hist. lib. XXXVI. cap. V.
Theatro item Marcelli proximum fuisse,
hinc apparet, atque ex Festo lib. XIII.
& Ovidio de Art. Aman. lib. I. vers. 69.
L *Aut ubi muneribus nati sua munera*
Mater
Addidit,
quem locum ita eruditè explicat Andreas
Dacerius in Not. ad Festum, *muneribus nati, idest Theatro Marcelli, cui fuit Octaviæ Porticus contigua, unde eam, Porticum Marcelli nominat Festus*; Ita ille; Sed ubinam id Festus tradiderit, nec ipse dicit, & ego sanè ignoro.

De Templo Felicitatis infeliciter ratiocinati fuerunt duo celebres rerum antiquarum Scriptores, Donatus, atque Nardinus. Ille cap. XXII. libri III. ita ait, *Hujus Templi Sylla primus videtur auctor, qui se Felicem cognominavit: Refectum id fortasse est ab Antonino Pio; vidimus enim in ejus nummis, cum inscriptione, TEMPLVM FELICITATIS*: conjecturâ quidem non improbabili, nisi compertæ jam veritati adversaretur; quandoquidem scimus ex D. Augustino lib. IV. de Civ. Dei cap. XXIII, non Syllam Felicem, sed *Lucullum, primùm inter Romanos Aedem huic Deæ constituisse*. Errorem hunc de fundatione consequitur alius de refectione ab Antonino Pio procuratâ, & ex nummis elicitâ; cùm nusquam TEMPLVM illud FELICITATIS in nummis nactus fuerim; sed solùm inscriptionem illam TEMP. FELIC, quæ TEMPORVM FELICITAS (sic persæpe expressa) adulatoriè dicta, miserrimis quamvis temporibus, explicatur.

Nardinus & ipse rectè sanè in Regione VIII, Rufum hic mutilum supplendo, Templum Felicitatis reponit ex Dione, qui lib. XLIV. illud in parietinis Curiæ Hostiliæ, Rostris proximæ, à Lepido tunc Magistro Equitum absolutum dicit; & jure Panvinium, qui nullo authore in Esquiliis, & V. Regione collocat lib. IV. cap. III. reprehendit. Verùm non benè ex D. Augustino ibidem colligit, *non essere stato in Roma più d'un Tempio di quella Dea*; quia D. Augustinus, tempus quo primùm constitutum huic Numini Templum fuit (ut vidimus) indicat; sed nîl ul-

nîl ultrà determinat; neque hoc aliud in Campo Martio, quod ex nostro lapide inducimus, excludit.

Iovis autem Statoris delubrum ad Circum Flaminium, agnovit Macrobius Saturnal. lib. III. cap. IV. ex hoc loco Varronis lib. VIII. Rer. Divin. *Delubrum alios æstimare in quo, præter Aedem, sit area assumpta Deûm causâ, ut est in Circo Flaminio Iovis Statoris*; & Iunonis Reginæ Templum Livius lib. XL. cap. 52. *Et alter ex Censoribus M. Aemilius petiit à Senatu, ut sibi dedicationis Templorum Reginæ Iunonis, & Dianæ, quæ Bello Ligustino ante annis octo vovisset, pecunia ad Ludos decerneretur. XX. M. æris decreverunt: dedicavit eas Aedes utramque in Circo Flaminio.* A B C

XVI

P·SVFENATI·P·F·PAL·MYRONI
EQVITI · ROMANO · DECV
RIALI · SCRIBARVM · AEDILI
VM·CVRVLIVM·LVPERCO·LAVRENTI
LAVINATI·FRETRIACO·NEAPOLI·ANTI
NOITON · ET · EVNOSTIDON · DE
CVRIONI · IIII · VIRO · ALBA
NI · LONGANI · BOVILLEN
SES · DECVRIONES · OB · ME
RITA · EIVS · L · D · D · D

D E F

Tertiam totius lapidis partem hæc inscriptio constituit, aliis successivè duabus comitata.

74 P · SVFENATI · P · F ·
PAL · SEVERO · SEMPRO
NIANO · DECVRIALI
SCRIBARVM·AEDILIVM·CVRV
LIVM·FRETRIACO·NEAPOLI·EV
NOSTIDON·DECVRIONI·ET·
SACERDOTI · APOLLI
NIS · ALBANI · LONGA
NI · BOVILLENSES · DE
CVRIONES · OB · MERI
TA · SVFENATIS · HER
METIS · PATRIS · EIVS
L · D · D · D

75 P·SVFENATI·P·F·PAL
MYRONI
EQVITI·ROMANO·DECVRI
ALI·SCRIBARVM·AEDILIVM
CVRVLIVM·LVPERCO·LAVREN
TI·LAVINATI·FRETRIACO·NE
APOLI·ANTINOITON·ET·EV
NOSTIDON.·DECVRIONI
IIII·VIRO·ALBANI·LON
GANI · BOVILLENSES
MVNICIPES · OB · MERI
TA·EIVS · L · D · D · D G

Basim ingentem, cujus lateri, non quidem erectæ, sed jacentis, concreditæ erant, primò apud Bovillas stetisse, ipsa dedicatio & locus, decreto Decurionum Bovillensium datus, apertè clamant. Locus tamen ex quo anno superiori effossa fuit, est prope Mœnia Vrbis inter Portam S. Sebastiani aliamque clausam, quam Viam Campanam emisisse credidi, & descripsi in Ichnographia Vrbis & Viarum circa eam Differt. III. pag. 140. de Aq. & Aquæd. Pars hæc nostra, quæ iisdem omnino titulis àc tertia concepta est; imò eisdem verbis, (si dedicationem ibi per Municipes, hìc per Decuriones factam excipias) longo terrarum divortio secessit à cæteris, quæ ornatui Villæ Carpineæ ad Viam Aureliam addictæ fuerunt. H I K L

Post

A Post Collegia ordine alphabetico digesta, postque Feroniæ inscriptionem, & nostri verè Vrbinatis Kalendarii fragmentum; Luperci Ministerium, quo Su-
B senas inter primos Sacerdotales titulos decoratur, marmori locum hunc dedit.

De Lupercis adeò multa multi dixerunt, ut ea quæ trita sunt omittere con-
C silium sit, quò aliqua selectiora, quæ uberrima inscriptionum seges subministrat, depromamus,

Inque suo noster pulvere currat Equus.

D Non Romæ tantùm, sed in Coloniis quoque, Lupercorum Sacerdotium hinc extitisse patet: nam inscriptio Nemausensis apud Gruterum pag. CCCCLXX. 6.
E de Q. Solonio Luperco, atque alia Prænestina pag. CCCXLVII. 6. de L. Aeliano Luperco designato, cùm locum Sacerdotii gesti (prout hęc nostra) non deter-
F minent, Lupercos Vrbanos eosdem esse potuisse non excludunt. Temporarium verò, non perpetuum fuisse Lupercorum
G munus, hæc alia suadet epigraphe:

76 T·PVPIVS·T·F·ANI·TADIANVS
LVPERCVS·ITER
PVPIA·HILARA·FECERVNT
IN·FRONTE·PEDES·XII
H IN·AGRO·PEDES·XIIX

è schedis Barberinis.

Modò tamen non fuerit iste ex adiectis, & honoris caussâ adscriptitiis, de quibus
I Festus in Verb. *Quintiliani*: Certum est enim, duas olim extitisse Sodalitates Lupercorum, *Fabianos* nempe, & *Quintilianos*, ut ait ibi Festus; quorum antiqui-
K tatem à Romulo usquè, sub quo Quintilii, & Remo, sub quo Fabii, deducit Ovidius Fastor. lib. II. vers. 317, & generatim Lupercorum ab ipso Evandro
L Arcade vers. 211. Accessit postea tertium Collegium Lupercorum, in honorem C. Iulii Cæsaris adhuc viventis institutorum, qui ab ipso *Iulii* vocati sunt, ut aperit Dio initio libri XLIIII.

Ad distinctionem igitur inter utrosque Lupercos, puto hunc Q. Considium se *veterem* inscripsisse in lapide quem exscripsimus ad Tabernam *del Fornaro* usum Mensæ Viâ Tiburtinâ;

77 Q·CONSIDIVS·Q·L·ERO
VIATOR·AED·PL·L·PAPIRIA
LVPERCVS·QVINCTIAL·VETVS
ACCENSVS·COS
MAGISTER·TRIVM·DECVRIAR
CONSIDIA·Q·L·AMMIA·L

tanquam ex vetustiori institutione illâ; ejusdemque Sodalitii fuisse L. Crepereiũ, qui *insignis Lupercus* dicitur in Epigrammate allato Cap. II. num. 230, obsoletis jam Iulianis Lupercis; cùm & forma literarum, & titulus ille C.V, *Clarissimi Viri*, posteriora Imperii tempora redoleant.

Veteres istos Lupercos, *Germanos* dici à Cicerone pro Cælio præfatæ distinctionis ab hisce *Iulianis* gratiâ, vult Turnebus, illa verba interpretans Adversf. lib. VII. cap. 3. *Neque verò illud me commovet, quòd sibi in Lupercis sodalem esse Cælium dixit: fera quædam Sodalitas, & planè pastoritia atque agrestis germanorum Lupercorum, quorum coitio illa silvestris ante est instituta, quàm humanitas, & leges &c:* sed minùs rectè, & cum insigni anachronismo; nam defensio illa Cælii paucis diebus post absolutionem Clodii perorata fuit; ita enim subdit ibi Cicero, *Quare oro, obtestorque vos Iudices, ut qua in Civitate paucis his diebus Clodius absolutus sit &c.* hoc est Pisone & Gabinio coss. anno Vrbis DCXCVI, ut colligitur ex Plutarcho in Vita Ciceronis; institutio autem Iulianorum Lupercorum contigisse videtur Iulio Cæsare V. & M. Antonio coss. juxta Dionem, & sic XIV. post Cælianam orationem annis.

Terga mulierum Lupercos percutere

ſolitos, refert Ovidius Faſtor. lib. II. verſ. 385.

Ille caprum mactat, juſſæ ſua terga puellę
Pellibus exſectis percutienda dabant.

Plutarchus verò in Cæſaris Vita manus feriendas præbuiſſe ait, his verbis, *Multæ verò nobiles Matronæ de induſtria occurrunt, manuſque verberibus veluti in Ludo Literario præbent, ad facilem partum gravidis, fecunditatem ſterilibus id conducere perſuaſæ:* quem pariter morem tangit Iuvenalis in II. Satyra, ubi invehitur in deſperatam ex improbo atque infami coniugio prolem,

Nec prodeſt agili palmã præbere Luperco.

Poſt primum hunc Sacerdotii titulum, qui inſcriptioni locum fecit, ad præcedentem *Decurialis Scribarum Aediliũ Curulium* regredior. Scio equidem Scribas non eodem honore apud Romanos, àc apud Græcos habitos, ut Aemilius Probus in Vita Eumenis animadvertit; & præſertim apud Græcos Aſiaticos, ubi ſingularis dignationis munus Scribarum fuiſſe, oſtendit Ill. Spanhemius Ep. II. ad Morellium poſt iſtius Specim. rei numm: Non tamen, ut inter viliores è ſervis, & mercenariis aſſumptos, cum Kippingio lib. II. cap. IV. num. 1. centuriari meruerint. Honeſtum enim fuiſſe eorum ordinem, & Tribunis Aerariis honore proximum, pluribus oſtendit Sigonius de Antiq. Iur. Civ. Roman. lib. II. cap. IX; indeque Aediles Curules, & Prætores ex iis lectos, conſtat apud eundem. Accedit, (ut hoc munus Equite Romano non indignum judicemus) quòd, juxta Turnebi obſervationem Adverſ. lib. XI. cap. X., *pro dignitate Magiſtratuum, quibus ſcriptum faciebant, ipſis honos accreſcebat; Quæſtorius enim Scriba inferior ordine quàm Aedilicius, aut Prætorius cenſebatur.* Vnde in hac quoque inſcriptione, ſimile munus Equiti pariter Romano è Iulia gente honori fuiſſe legitur, in A
Sarcophago ad uſum Fontis in novo Vrſulinarum Parthenone:

78 D · M ·
C · IVLI · IVSTI · EQ · R B
SCRIBAE · DECVR
AEDILIC · MAI
DEFVNCTI · IN · PROV · C
BRITANNIA
IVL · CALPVRNIA
IVSTA
PATRI · DVLCIS D

Eòque magìs æſtimanda eſt prærogativa horum Scribarum Aediliciorum, quò cęteri Quæſtorii vel Tribunicii libertinæ conditionis apparent apud Gruterum, E
pag. DCXXVII. num. 7. & 8. Quid ſi dicamus, Suſenatem noſtrum uti & hunc C. Iulium Eq. R. dum non ſimpliciter *Scribæ*, ſed *Decuriales Scribarum Aedilium Curulium* nuncupantur, quaſi qui F
Decuriæ alicui ipſorum Scribarum præeſſent, dignitate Scribas ſuperaſſe? Ita enim propemodum Ti. Claudius Severus G
Equitis Romani pater, *Decurialem Lictorem* (viliſſimum aliàs miniſterii nomen) ſeſe inſcribi nequaquam abhorret in Grutero pag. CCCXCI. 1. H

Ita tamen ex Forenſi turba indiſtinctè omnes omnino Scribas accipit Vrſatus Marm. Erudit. Epiſt. IX., ut *L. Cornelium L. F. Pal. Terentianum* Scribam pariter I
Aedilicium, ex eo ſolùm quòd Tribui Palatinæ adſcriptum reperiat, non dubitet Libertinum pronunciare, hoc inſtituto argumento, *I Libertini erano raſſegnati nelle Tribu Vrbane; Cajo Terenzio* K
Deſtro ſi trova ſcritto nella Palatina, che era una di quelle; adunque Cajo Terenzio Deſtro era Libertino: Infirmo ſanè argumentandi genere, à particulari ad univerſale fallaciter concludens. Verum L
enim eſto (argumentationis adverſus Vrſatum

A ſitum gratiâ) Libertinos in quattuor Vrbanas redactos fuiſſe jam indè uſque à Servio Tullio Rege, authore Dionyſio lib. IV.; & iterum cùm reliquas omnes
B occupaſſent, in eaſdem per L. Aemilium Papum, & C. Flaminium Cenſores in Luſtro XLIII. coniectos, reſtitutoſque, ut habetur in Epitome Livianæ hiſtoriæ
C lib. XX, quod ævo quoque Dionyſii vigebat, ut ipſe ibidem ſubdit Non tamen proinde ſequitur, è quattuor iſtis Vrbanis ingenuos & nobiles omnes ejectos
D fuiſſe, itaut non niſi ſentinam ac fæcem Populi Romani reciperent, ut Vrſatus de ſuo addidit, ac perperam commentus eſt; cùm paſſim inter tribules Vrbanarum
E Tribuum clariſſimi quique Viri, & ſummis Magiſtratibus decorati legantur. Exemplum ſit in hac eadem Palatinâ de M. ARTORIO Flamine D. Auguſti, &
F Patrono Coloniæ, in Grutero pag CXXX. 1; de M·CORNELIO. VALERIANO Flamine & Prætore pag. CCCXVIII. 6; de C· VERATIO· PATER-
G NO Flamine & Equite Romano pag. CCCXXI. 11; de A· QVINTILIO· PRISCO, Pontifice, & Præfecto Fabrûm pag. CDLXI; de variis Municipiorum,
H ſeu Coloniarum Patronis pag. CCCLXXIV. 5, CDXLVI. 7, CDXLVIII. 8, & MXCIII. 7; de Aedilibus Curulibus pag. CDXL. 7, MXCI. 12; & demum,
I ne tot continenter repetitis in re obvia, documentis obtundam, de ipſa ſplendidiſſima gente Claudia Neronum inſcriptione apud eundem Gruterum pag. C-
K XCV. 2. de Ti. Claudio Ti. F. Pal. Nerone Aedili Curuli, Cenſore, ac Prætore loquente. Vltra præallatas Gruterianas, haſce alias poſtea detectas, ex noſtris,
L de more ſubnectimus, à L. Succonio Cap. antecedentis num. 263., & Sex. Albio Cap. III. num. 9. tot titulis inſignitis initium ſumentes.

79 PAVLLO · AEMILIO
PAVLLI · F · PAL
REGILLO · XV · VIR
SACRIS · FACIVNDIS
PRAEFECTO · VRB
IVRI · DICVNDO
QVAESTORI
TI · CAESAR · AVG
PATRONO

Morviedro inter ruinas Sagunti, ex ſchedis Vatican.

80 ... P · CVTIO ...
P·F·PAL
... ABVRIANO
PRAEF·EQ
ALAE·I·CL
... GALLOR ...
P·AELIVS
VLPIANVS
AMICO
CARISSIMO

Vinea Puellarum Mendicantium.

81 C·ACILIO·C·F·PAL
POLITICIANO
EQVO·PVB·AED
Q·IIII·VIR·I·D·IIII·VIR
QQ·PATRON·MVNC
DEC·VI·VIR·PLEBS
VRB·OB·MERITA
EIVS·L·D·D·D

è ſchedis Barberinis.

82 ET·Q·ANNIO·M·F·PAL
ANNIANO·POSTVMIANO
QVAESTORI·VRB·PRAETORI
PROCOS·PROVINCIAE SICILIAE
PRAEFECTO·AERARI·MILITAR

Fragmentum, all'Orto di Napoli.

83 SEX·SATRIO·SEX·F
PAL·IVSTO
PRAEF·FABR·AVG
QVAESTORI·AEDILI
II·VIR
PLEBS·VRBANA·PECVN
SVA

è ſchedis Barberinis.

84 M·FABIO·M·F·PAL
PRAEF·MIL·LEG·XIII
COLON·PATR
'ACCIA·M·F·MARITO·IN
COMPARABILI·ET
'ACCIA·FABVLLA·PATRI
KARISSIMO·M·F

In Castro Candelariæ prope Pisaurum.

85 D · M
· · MACERIANO·C·F
PAL·SECVNDO·IIII·VIR
Q·Q·BIS
PONTIF·PATRONO
MVNICIPII
LIB·QVI·ET·HERED
EX·TESTAMENTO

è schedis Vaticanis.

86 Q·FVFICIO·Q·F
PAL·AVG·II·VIR
L·D·D·D

87 FVFICIAE·Q·F·TERPNAE
Q·FVFICI·PRISCI·II·VIR
AVGVRIS·VXORI
L·D·D·D

Sarsinæ ex Antonino utraque.

88 C·VELLEIO·C·F·PAL·VRBANO
MAG·FAN·DIAN·TIF
HONORATO·EQVO·PVBLIC
AB·IMP·ANTONINO·AVG
CVM·AGERET·AETATIS·ANNVM·V
C·VELLEIVS·VRBANVS·ET·IVLLIA
NICE·PARENTES·D·D·D

Ad D. Angeli ad Formas, ex Capaccio.

Et quod ex se sufficeret, habemus ex hac Tribu M. Nomeicium Salium Martialem in inscriptione Cap. II. pag. 90. A, P. Aelium Tironem Salium Arcis Albanæ Cap. eodem pag. 116. A, & L. Manlium Severum Regem Sacrorum,

89 D · M
* L·MANLIO·L·F·PAL
SEVERO·REGI·SAC
RORVM·FICTORI
PONTIFICVM·P·R·IIII

VIRO·BOVILLENSI A
* VM·* COLLACTANE
O·DVLCISSIMO·ET
INDVLGENTISSIMO
ERGA·SE·FECIT B

In Museo Magnino.

quos, non modò ex ingenuis, sed è solis patriciis creari solitos, perspicuè significat Cicero in Orat. pro Domo sua, *Itaque Populus Romanus* [Patriciis passim ad plebem transeuntibus] *brevi tempore neque Regem Sacrorum, neque Flamines, neque Salios habebit, nec ex parte dimidia reliquos Sacerdotes.* C D

Non igitur Sufenas hic noster ideo Libertinus, quia Palatinæ Tribui adscriptus, ex Vrsati paralogismo; sed contrario argumento, ideo Scribatus Aedilicii dignitate cæteros superans, quia ab Equitibus Romanis hoc munus exercebatur; unde in Grutero inter hosce Scribas, Fabrûm Præfectos, & Coloniæ Patronum numeratos cernimus pag. CCCXXVI. 5, CCCCXV. 9, & CCCCLXXXIII. 3. E F

Si verò ex istis Dionysii verbis, *Tullius etiam servos manumissos in quattuor Vrbanas Tribus distribuit; in quas, & nostro tempore mos est referri quidquid est Libertini generis*, Vrsati sententiam tueri quis posse credat; quasi gratiâ hujus secretionis Tribus Vrbanę primùm repertæ fuerint: meminerit, quæso, jam pridem Tribus Vrbanas constitisse, non *per gentes* ut antea, sed *per locos* digestas, ut Dionysius paullò suprà præmiserat. Et sic, cùm totam & integram Vrbem complecterentur, stultum est, omnes & quoscumque Vrbis incolas libertini generis fuisse, asserere. G H I K

Cuinam modò Familiæ Sufenas iste adscribendus veniat, ex Vrsino coniicere possumus, qui SEX·NONIVM·SVFENATEM in Gente Nonia recenset, plebejâ quidem, sed præturâ & consulatu insigni; L

A insigni; nomen verò compendii gratiâ
prætermissum, passim in nummis, & non
rarò in inscriptionibus videmus, ut apud
Gruterum in L. Pisone, M. Marcello,
B Cn. Lentulo, M. Agrippa, L. Planco,
C. Blando, aliisque, quos non vacat conquirere,
relictis nominibus Calpurnii,
Claudii, Cornelii, Vipsanii, Munatii
C atque Rubellii. Vetustissimam autem
fuisse hanc formam nomina gentilitia omittendi, (ut etiam versâ vice de cognominibus suprà Cap. III. pag. 181. E probavi) ostendit inscriptio hæc, à Hieronymo Aleandro brevi Commentario, sed multa cum eruditione, tum in iis quæ ad Grammaticam, tum in iis quæ ad Historiam pertinent, explicata:

90 HONC · OINO · PLOIRVME · CONSENTIONT · R
DVONORO · OPTVMO · FVISE · VIRO ·
LVCIOM · SCIPIONE · FILIOS · BARBATI
D CONSOL · CENSOR · AIDILIS · HIC · FVET · A
HEC · CEPIT · CORSICA · ALERIAQVE · VRBE
DEDET · TEMPESTATEBVS · AIDE · MERETO

Sirmondus ita legendam censuit;

E *Hunc unum plurimi consentiunt Romæ*
Bonorum optimum fuisse virum
L. Scipionem. Filius Barbati
Consul, Censor, Aedilis hic fuit
F *Hic cepit Corsicam Aleriamque urbem*
Dedit Tempestatibus Aedem meritò.

eò plurimi facienda, quò per ipsam insigne habetur indicium de eo qui Tempestati
G Aedem dedicaverat, de quo Ovidii Interpretes, ad carmina illa libri VI. Fastor.

Te quoque Tempestas meritam Delubra fatemur,
Cùm penè est Corsis obruta Classis aquis.

in varia distrahuntur, aliis à M. Marcello, aliis à Metello, (cum quibus Dona-
H tus & Nardinus transierunt) aliis demum à Claudio Nerone votum fuisse Templum credentibus.


Paullò ab hoc diversum elogium tri-
I buit Cicero lib. II. de Finib. Calatino (Atiliæ Gentis) ibi, *Uno ore cui plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum*; unde hanc Scipionis Barba-
K ti laudationem, alteri veluti formulam dedisse agnoscimus.

Neapoli, tanquam in Græca Urbe, suas more Græcorum Fratrias extitisse,
L author est Strabo lib. V. *Plurima tamen ibi etiam nunc Græcorum institutorum superfunt vestigia, ut Gymnasia, Ephebeorum cœtus, FRATRIAE, & Græca nomina Romanis nominibus imposita*: & è nostris Varro de L. L. lib. IV. ait, *FRATRIA est græcum vocabulum partis hominum, ut Neapoli etiamnum.* Intercidisset omnium memoria, nî eam lapides servassent; in quibus apud Gruterum pag. CXII. 8. habetur Fretria ΘΕΩΤΑΔΩΝ, aliaque ΑΡΙΣΤΑΙΩΝ pag. CXXV. 1; atque in Reinesio ex Capaccio Class. I. num. 156. ΕΥΜΗΛΕΙΔΩΝ, & num. 204. ΟΙΝΕΟΝΑΙΩΝ, & Class. VI. num. 37. ΑΡΤΕΜΙΣΙΩΝ.

Sponius, singulari quadam opinione, profanos hujusmodi cœtus esse vult ad dictam inscriptionem *Eumelidarum* Sect. III. pag. 108, ubi gentilitiam quandam, ac familiarem Fratriam Eumelidarum inter se cognominum somniat, sensum æquivo-

æquivocum verbi illius ΦΡΗΤΟΡΣΙΝ non ad Sodalitium, sed ad commune genus referens; quamvis in ipsa inscriptionis fronte *Deus patrius Eumelus*, sacrum illum suorum cultorum cœtum fuisse indicet: prout in nostris *Antinoitis* & *Eunostidis*, cùm uterque, Antinous scilicet, & Eunostus inter Heröas adnumeratus fuerit, ab eisdem, jure Fratriæ conventus istos tanquam sacros denominatos fuisse videatur.

De Antinoi Templo apud Mantinenses, unde Græca superstitio in Græcam hanc Vrbem permanare valuit, testatur Pausanias in Arcadicis lib. VIII, ejusdemque Heröis religione divinis ibi honoribus sancitâ; additque rationem, quia Bithyni, è quibus Antinous, ex Arcadia Oriundi, Mantinenses olim fuere. Bithynos verò ipsos templum Çivi suo struxisse probat rarissimus nummus maximæ magnitudinis olim in Museo Braccesio à me conspectus, cujus aversa pars continet Templum cum inscriptione KOINON ΒΕΙΘΥΝΙΑC; nec minùs æstimabilis est alius sub eadem epigraphe cum Templo VIII. columnarum in Hadriano, novæ & plenioris collectionis Numismatum Eminentissimi Carpinei A Tabulâ I. In nummo apud Tristanum To. I. pag. 547. Antinous apertè Deus enunciatur. Divinum pariter cultum innuit præclarus itidem maximi moduli nummus Christinæ Reginę, Hostilio B Marcello eidem pudendo numini Sacerdote attributo:



à quo genuino, certum est apud peritos, confictum fuisse illum, qui cum Crocodilo circumfertur.

De Eunosto Tanagræ Beoticæ culto, F Plutarchus quæst. XL. Rer. Græcar. narrationem fusè explicat, ejusque castitatem celebrat, per quam mulieribus Templum ac Lucum ipsius ingredi vetabatur. G Vnde temerarium forsan non esset conjicere, fragmentum istud inscriptionis, quę in Hortis Iustinianeis visitur;

91 ICI · SODALITAS · PVDICITIAE · SERVANDAE H

hanc Fratriam Eunosti innuere.

Albani isti *Longani Bovillenses*, ipsi Bovillenses profectò erant, qui, ut suam ab Alba Longa vix XXX stadiis distante originem jactarent, sese titulo suæ quondam Metropolis (eversæ quamvis usque à Servii Tulli temporibus) insigniri gaudebant.

Honores illi Decurionatus, & Quattuorviratus, quos Sufenas ibi gessisse fertur, ambigui sunt ad Coloniam, vel Municipium Bovillas vocandum. Quoniam ex una parte Decuriones ad Colonias pertinere vidimus ex Ciceronis loco Cap. antecedemti pag. 406. K relato, & ex Pomponio I.C. in l. Pupillus 232. D. de verb. signif. *Decuriones quidam dictos* I *ajunt, ex eo quòd in initio cùm Coloniæ deducerentur, decima pars eorum qui deducerentur, consilii publici gratiâ conscribi solita sit*; & quamplurimæ inscriptio- K nes apud Gruterum coarguunt, quæ in Indice Magistratuum cap. V. per Scaligerum coacervantur. Atqui è contrà, hoc non ita certum est, quin in Municipiis L quoque suos Decuriones reperiamus, ut in DECVRIONE MVNICIPII CAERETANI pag. XXXVI. 2, & MXII. 5,

MVNI-

A MVNICIPI APVLENSIS pag. LXXXIX. 11, MVNICIPI AELIAE AVGVSTAE pag. CXXIX. 4, MVNICIPI ALETRINI pag. CDXXII. 3, MVNI-
B CIPI PRIVERNATIS pag. CDXCIV. 10, & in lapide *muni*CIPII nostri VRVINATIS pag. CDLXXXV. 8; atque etiam post Gruterum in istis Municipiis TEATINO, CASTRI MOENIENSIVM, PETELINO, & SASSINATE.

92 M·BAEBIO·M·F·Q·N·ARN·SVETRIO
MARCELLO · EQVO · PVBLICO
C AED·Q·IIII·VIR·I·D·IIII·VIR·QVINQ·II
PATRONO·MVNIC·FLAMINI·DIVI
VESPASIANI
M·BAEBIVS·SVETRIVS·MARCELLVS
D ET·SVETRIA·RVFA·PATRI·OPTIMO
HVIC·DECVRIONES·FVNVS·PVBLICVM
STATVAM · EQVESTREM · CLIPEVM
ARGENTEVM·LOCVM·SEPVLTVRAE
E DECREVERVNT·ET·VRBANI·STATVAM·PEDESTREM

Ex Lucio Camarra de Teate antiq.

93 M·MECONIO·M·F
M·N·M·PRON·COR
LEONI
F AED·IIII VIR·LEG·COR·Q·P·P
PATRONO·MVNICIPII
IIII VIR·QQ·
DECVRIONES·AVGVSTALES·POPV
G LVS·EX·AERE·CONLATO
OB·MERITA·EIVS

Strongili ex Gualthero.

supra allatæ pag. 404. *A. focia.*

H 94 T·VETVRIO·T·F
LONGO · EX
SEN ······ NS
DEC ···· NES
I MVNICIPESQVE

Saffina ex Antonino.

95 FAVSTO·C ···········
SEX·T ··········· COS
K L·CORNELIVS·A·F·FA··VPILIVS
VT ······ CVM·M·IVNIVS
SILANI·L·MONIMVS·EX
ORDINE·SIT·NOSTRO·ET
L VTILIS·REI·PVBLICAE
ET · AMATOR · MVNICIPI
MVNERAQVE·EIVS
MVNICIPIO·CONSPICIAMVS
CENSEO·LOCVM·QVI·EST·EXTRA
PORTAM·MEDIANAM·AB
EO·LOCO·IN·QVO·SCHOLA
FVIT·LONG·P·LXVII·AD
RIVOM·AQVAE·ALBANAE·ET
A·VIA·INTROSVS·IN·QVO·ANTEA
COLVMNAR·PVBLICVM
FVIT·LAT·P·X·HONORIS·CAVSSA
M·IVNIO·SILANI·L
MONIMO·POSTERISQ·EIVS·DARI
TVM·VNIVERSI·CVM·M·IVNIVS
SILANI·L·MONIMVS·IN·ARA·ET
MVNICIPIVM·ET·REIP·SIT
VTILIS · ET · MVNIFICVS
AD·MVNERA·OMNIA·EIVS
MVNICIPI · FACIENDA
LOCVM·QVI·EST·EXTRA
PORTAM · MEDIANAM
IN·QVO·COLVMNAR·FVIT
AB·EO·LOCO·IN·QVO
SCHOLA·FVIT·LONG·P·LXVII
AD · RIVOM · AQVAE
ALBANAE · LATVM
A·VIA·PVBLICA·IN
AGRVM·P·X·M·IVNIO
SILANI·L·MONIMO
POSTERISQVE · EIVS
HONO-

HONORIS · CAVSSA
DARI · CENSVERVNT
IN·DECVRIONIBVS·FVERVNT·XXVI
Vinea Bevilaqua sub Marino.

Idem de IIII viris dici potest: quippe Quattuorvirum in Municipio Petilinorum paullò suprà advertimus, & *IIII virum in Colonia Signina* repræsentat nobis Gruterus pag. CDX. 5, ut cæteris probationibus colligendis abstineam.

Quòd tandem MVNICIPES se appellaverint in tertia inscriptione Bovillani; neque hoc ex communi usu, sive abusu hujus vocis, Municipium conficit; *Quotus enim* (ut ait Gellius lib. XVI. cap. XIII.) *ferè nostrûm est, qui cùm ex Colonia Populi Romani sit, non & se Municipem esse, & populares suos Municipes esse dicat?* cui adstipulatur Vlpiani I. C. dictum in l. 1. D. ad municip. & de incol. *Sed nunc abusivè Municipes dicimus suæ cujusque Civitatis cives, ut puta Campanos, Puteolanos, Coloniæ nempe utriusque incolas.*

Litera longa, & coacta harum inscriptionum, atque usus elementi G in hanc formam C, eas circa finem secundi sæculi scalptas indicant. Vnde credibile est, Bovillas, olim Municipium ex Cicerone in Orat. pro Cn. Plancio, jam tunc in Coloniam evasisse, in quarum numerum Frontinus huic Oppido locum facit.

XVII

MINERVAE
CVSTODI

Bibliothecam nostram, supra ejus limen apposita hæc inscriptio custodire videtur: at limen interius meliori custodiæ commendavimus, imaginibus scilicet Beatæ Virginis Mariæ, cum puero Iesu, Sanctæ Catherinæ studiorum præsidi apud nostros, ut illa apud Ethnicos, annulum porrigente. A

Segmentum hoc ex integra basi rotunda abstraxi, quæ Minervæ signum olim sustentasse videtur: quis scit an illud, quod Cicero ab Vrbe profugus, post- B quam *diu domi dedicatum habuerat, atque coluerat, in Capitolium portavit, ibique dedicavit hac inscriptione MINERVAE VRBIS CVSTODI*, ut C refert in ejus Vita Plutarchus? Sed ne me seriò loqui putato.

XVIII

ORIENTI D
FRVCTVS · PONTI
CVM MYRONE · E
SVB · M · AEMILIO
CHRYSANTHO E
MAG·ANNI·PRIMI

Geminæ apud Gruterum aræ pag. XXXIII. 10, & XXXV. 5, nostram hanc F explicant, (arulæ namque frons hæc fuit) in quarum utrâque Marcus idem Aemilius Chrysanthus, Magister anni primi Sodalicii Solis Invicti Mythræ in- G scribitur. Oriens igitur, est ipse Sol, nusquam alibi in marmoribus, quòd viderim, sed sæpe in nummis ita vocari solitus, ut habetur in Oiselii Tab. XXXIIX, H & pleniùs apud Ill. Mediobarbum, qui XXV ad usque nummos cum tali epigraphe sub variis Imperatoribus observavit.

Dedicantes sunt *Fructus* & *Myro*, I quorum prior Pontii, (intellige Seruus) alter E·· *ejusdem* pariter seruus erat; nisi spatium literæ extremæ abrasæ notâ S supplendum esse opinemur; itaut E·S K *è suo* posuisse dicantur, quemadmodum easdem siglas explicat Scaliger in lamina Spoletana Gruteri pag. XCV. 6. Ministros verò servilis conditionis fuisse, sub L Magistro præsertim libertino, patet ex inscriptionibus apud Gruterum paginâ CVII. 1, CLXXIX. 6, CLXXXIX. 4,

& ex

A & ex hisce nostris.

96 * LARIB · AVG
MINISTRI
B QVI · K · AVG · PRIMI · INIERVNT
ANTIGONVS · M · IVNI · EROTIS
ANTEROS · D · POBLICI · BARNAE
EROS · A · POBLICI · DAMAE
C IVCVNDVS · M · PLOTIANI · EROTIS

97 LARIB · AVG
MINISTRI
QVI · K · AVG · PRIMI · INIERVNT
D ANTEROS · D · POBLICI · BARNAE
EROS · A · POBLICI · DAMAE
IVCVNDVS · M · PLOTIANI · EROTIS
ANTIGONVS · M · IVNI · EROTIS

E Binæ istæ inscriptiones in unica basi insculptę & in Insula Tiberina repertę fuerunt anno MDCLXXVI. quarum prior Viam inter Pontes, alia Ecclesiam Sancti
F Bartholomæi respiciebat.

98 AISCVLAPIO
AVGVSTO · SACRVM
PROBVS · M · FICTORI · FAVSTI
G MINISTER · ITERVM · ANNI · XXXI
In eadem Insula effossa.

99 APOLLINI · AVGVSTO
SACRVM
H MAGISTER · ET · MINISTER
ANNI · LII · D · D
L · LABERIVS · L · L · FELIX
I TERTIVS · QQ · NVNNIORVM
LVNENSIS · ET · MONTANI
è schedis Barberinis.

XIX
K
D · M
IVLIA · POLITICE
DOESE
OSIRIS
TO PSYCRON
HYDOR
L

Contrariâ prorsus ratione ab illis, quas Cap. antecedenti à num. 249. exposuimus, inscriptiones latinas græcis characteribus concinnandi, nostra ista, latinis literis græca verba reddit. Nec tamen solitaria remanet; quia similem dant schedæ Barberinæ apud Bassanum in Aedibus Excell. Principis Iustiniani Loci Domini.

100 D · M
EVRESIN ENTHADE
GE CATECHI THA
NATOEO LACHVSA
METERA TEN EVTE
CHNON EVDEMONES
PARHODITAE
Euresim hic
terra continet mor-
tem sortitam
matrem fe-
cundam felices
viatores *i. procedatis.*

Huic integræ sequentem addimus, quæ in duabus tantùm postremis lineis barbarum morem retinet,

101 BETVRIA PAV
CLA · F · DOMI
HETERNAE QVOS
TITVTA QVAE BI
XIT · AN · LXXXVI · MESES · VI
PROSELITA AN · XVI
NOMINAE SARA MATER
SYNAGOGARVM CAMPI
ET · BOLVMNI
BENIRENAE AY CYMISIS
AVTIS

& interpretatur, *in pace dormitio ipsius.*

E schedis Bagarrianis producit hanc Sponius in Miscell. Sect. X. num. 120: sed nos eam ex ipso autographo MS. Peniæ damus, unde Bagarrius per plagium sua Adversaria compilavit.

Malè græcizans hæc Iulia Politice, sive is qui eidem epitaphium posuit, non levis indaginis occasionem Eruditis præbuit, aliis aliud sentientibus.

Reinesius; qui sequentem, huic nostræ inscriptioni similem offendit;

102 Θ • K.

ΑΥΡΗΛΙΑ ΠΡΟCΟΔΩ
ΔΙΟCΚΟΥΡΙΔΗC ΑΝΗΡ
ΤΗ ΕΑΥΤΟΥ CΥΝΒΙΩ
ΧΡΗCΤΟΤΑΤΗ ΚΑΙ ΓΛΥ
ΚΥΤΑΤΗ ΜΝΙΑC ΧΑΡΙΝ·
ΕΥΨΥΧΕΙ ΚΥΡΙΑ·
ΚΑΙ ΔΟΙCΟΙ Ο ΟCΙΡΙC
ΤΟ ΨΥΧΡΟΝ ΥΔΩΡ·
ΕΠΟΙΗCΕ. ΕΑΥΤΩ
ΚΑΙ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΩΝ
ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΙC

ita eam interpretatur Clas. XIV. num. 31. *Versus 7. 8. & 9. sunt* ἐμβολιμαῖοι, *& extra inscriptionis seriem legendi: continent autem alloquium dominæ à servo Osiride, qui eam bono animo esse jubet; & quod vivæ, sive ad mensam, sive ad balneas fecerat, aquam frigidam ei, quippe* ἐν ᾅδου *moranti, ministraturum se offert. Ejus mentio in Rom. Græco alterò 3. DCCLXXXIV*. In eandem sententiam inclinaverat primò, literis ad me datis A. D. Id. Iuliis MDCLXXVII. Ill. Cuperus: sed tandem in eam opinionem mecum consentiit, ut Osiridi, sive Plutoni, aut Serapidi (quæ omnia numina ad unum referuntur) preces conceptas perspiciamus; ita enim subdit Vir eruditissimus, *Hæc ita scripseram, cùm ecce de DOESE etiam mihi aliquid dicendum* A
esse videbatur; cujus vocis si interpretatio vera est, certè OSIRIS nomen erit Dei. Videbatur mihi igitur ex DOESE duas voces esse faciendas, & quidem græ- B
cas. Attici aorist. secundum optativi verbi δίδωμι *efferunt per* δώην δώης δώη; *atque ita DOE erit* det, *vel* utinam daret, *&*
Σε, *vel SE* tibi, *quia iidem Attici accu-* C
sandi casum pro dativo usurpant; ubi quando dicunt ἵνα με ποιεῖς, *pro* ἐμοί, qualia mihi facis. *Optat igitur is qui monumentum hoc posuit, ut Osiris det Mani-* D
bus Iuliæ Politices aquam frigidam. Quòd si ita marmor explicari debet; Osiris procul dubio erit Pluto inferorum princeps: Nam ut Diodorus docet lib. I. E
Osirin modò Serapin, modò Bacchum, interdum Plutonem, interdum Ammonem, quandoque Iovem, non raro Panem esse putant: & Martianus Capella lib. II. F
canit,

> *Te Serapin Nilus, Memphis veneratur Osirin,*
> *Dissona sacra Mitram, Ditemque* G
> *ferumque Typhonem.*

Quin & Plutarchus lib. de Isid. & Osir. pag. 382. tradit, Sacerdotes trepidè significare, Osirin mortuis imperare, neque à H
Plutone alium esse. Neque aliud nos docere existimo elegantem hanc inscriptionē quæ extat apud Grut. 3. DCCLXXXIV

103 ΦΛΑΟΥΙΑ ❦ CΕΡΟΥΑΝΔΑ ❦ Η ΚΑΙ I
ΑΓΡΙΠΠΕΙΝΑ ❦ ΠΑΝΑΡΕΤΕ
ΕΥΨΥΧΙ ❦ ΜΕΤΑ ΤΟΥ ΟCΕΙΡΙΔΟC

id est, bono animo sis cum Osiride, vel apud inferos, apud Plutonem te exhilara.

Idem arbitrari Isaacum Vossiū, aliosque doctissimos ex Anglia & Hollandia viros, postea A. D. scilicet IX. Kal. Sept. nunciavit, quorum etiam lucubrationes miserat quidem, sed ad Tiberis Ostia cum navicula mersas, dolenter admodum accepi.

Admisso quòd Osiris & Serapis unum idemque numen sub diverso tantùm no- K
mine signent, ut, præter expensas à Cupero authoritates, ipsemet Plutarchus apertè alibi, & adductis rationibus docet,
pag. 362. A, *Præstat autem Osirim cum* L
Baccho eundem facere, & cum Osiri Sarapin. sic dictum postquam naturam mutavit, quia omnibus communis est Sarapis;

A *rapis: quomodo autem Osiris sit appellatus, norunt qui sacrorum sunt facti participes*. Rursusque pag. 375. F, *eandem*, scilicet, *facultatem quæ vento præest ab*
B *aliis Osirin, ab aliis Sarapin, Aegyptiçè Sothi, vocari*. Expressius denique pag. 376. A, *minimè equidem de nominibus est contendendum: Ego tamen Sarapidis*
C *potius quàm Osiridis nomen Aegyptios sibi vindicare sinam; illud enim peregrinum, hoc græcum, ambo unius Dei, seu facultatis, vocabula censeo*. Quæ verba
D dubium illud non nemini innatum auferunt, Cur tot Sarapidi Templa, * vix unum Osiridi statutum legamus: Externum quippe numen *Sarapidis*, peregrino
E suoque patrio nomine vocari, par fuit.

Admisso (inquam) Sarapin & Osirin synonymos dici, id quod è nostris Minucius quoque Felix expressit in suo
F Octavio ibi, *inanem tui Serapidis sive Osiridis tumulum considera*; faciliùs Sarapidem eundem esse cum Plutone probamus; tum ex Porphyrio apud Eusebium de Præpar. Evang. lib. IV. cap. ultimo, *Serapis autem apud Aegyptios is Deus est, qui apud Græcos Pluto*; tum ex Archemacho & Heraclide apud Plutarchum pag. 361. D, atque ex successiva narratione de Plutonis Colosso ex Sinope Alexandriam advecto, & sapientissimis Aegyptiorum Timotheo & Manethone suadentibus, Serapidis nomen & cultum adepto, quorum traditiones ipsi postea Sinopenses ratas habuerunt; dum in nummis Hadriani & Gordiani junioris Serapidis puram putam effigiem retinuerunt, ut apud Vaillantium in erudito de Numism. Colon. opere; tum denique ex hac nostra marmorea basi, in qua Serapidi Cerberus, triceps ille Orci janitor, perinde àc Plutoni communiter fingunt, adstare conspicitur:

XX


G
H
I
K
L



simili omnino figurâ, illi, quam sarda ista nostra gemma affabrè incisam servat.



Hanc, aliamque indiſtinctę ſimilitudinis apud V. Cl. Philippū Bonarrotum, dixerim vel exēplum vel exemplar numiſmatis illius, quod Eminen. Noriſius in eruditiſſimo Opere de Epoch. Syro-Maced. Diſſ. III. Cap. IX. §. 6. noviſſimè vulgavit. Similem ſub Antonino Pio cuſum obſervavi, ita inſcriptum,



Alterius ſub Caracalla meminit Spanhemius, cujus averſam partem ita ex Indice Cameli ſupplemus *Serapis ſedens cum Cerbero* MIΔAEΩN *mediæ magnitudinis*. Qua potiſſimùm ratione ZETC CEPAΠIC in hoc fragmento inſcriptionis vocatur, tanquam Numen cui ſit ſummum imperium:


104 EIC·ZETC·CEPAΠIC A
BACKANOC ΛAKHCETΩ

Apud Lapicidam ad DD. Sergi & Bacchi.

nam ſic apud Omerum ζεὺς καταχθόνιος, *Iuppiter* nempe *infernus*, & *æquoreus* B
Iuppiter Claudiano Neptunus audit.

Eſto igitur in noſtra, aliiſque allatis inſcriptionibus Oſirides ipſe Pluto, qui propitius invocatur. Affuſionem porrò C aquæ frigidæ, reſpicere putabam ad refrigerium quoddam ex ignitione Rogi; ſed ex altiori & nobiliori principio idem Cuperus deducit, cujus ſcriptis mea orD nari glorior. *Non diſplicet* (ait ille) *mihi conjectura tua; hæc nempe verba*, Det tibi Oſiris aquam frigidam, *reſpondere ignitione Rogi; & adverſùs eam tanquam* E *refrigerium concipi: ſed tamen mihi potiùs inſcriptionis auctor umbram, animamvè corporeis vinculis liberam, & apud inferos verſantem, videtur ante oculos ha-* F *buiſſe; illique aquam frigidam peti arbitror, ut refocilletur igne purganda, id quod Gentiles crediddiſſe patet ex Virgilii VI. Aeneid.*, *Servio ad I. Georg.* 389, *nec non* G *ex Platonis Phædone p.* 84., *& ejuſdem Gorgiæ extremo, ubi narrat, Rhadamantum animas in Tartarū demiſiſſe, & obſignaſſe*, ἐάν τι ἰάσιμος, ἐάν τι ἀνίατος δοκῇ εἶναι, H *quarum illa ſcilicet igne purgabatur, hæc verò perpetuo afficiebatur ſupplicio.*

XXI I



K

L

A Eandem superstitionem tacitè videtur innuere hoc pariter nostri Musei marmor in calce paginæ antecedentis positum, situlam aquæ Niloticæ, & Sistrum
B (quod utrumque instrumentum in donario Onesimi Isidem gestare vidimus) insculpta servans.

In eo Sistrum rudíter in priori desi-
C gnatum, * expresso quattuor chordarum numero ostenditur: hunc enim congruere mystico ejusmodi organo, additâ physicâ ratione, docet Plutarchus in sæpe
D memorata Differt. de Isid. & Osir. pag. 376.C, *Et Sistri superiore parte rotundi conspectus admonet de quattuor corporibus quæ concutiuntur: Nam, quæ pars*
E *Mundi ortui & obitui est obnoxia, ea continentur globo Lunæ, inque ea omnia moventur, ac mutantur, ratione quattuor elementorum, ignis putà, terræ,*
F *aquæ, & aëris.*

Votum ab Onesimo pro salute Serapidi solutum EX VISV, explicat vetustam illam superstitionem, à Serapide, nimi-
G rum, per somnium curationem valetudinis expectandi, de qua ita Cicero lib.II. de Divin: *An Æsculapius, an Serapis potest nobis præscribere per somnium cura-*
H *tionem valetudinis, Neptunus gubernantibus non potest?* Et Suetonius in Vespas. c. 7. *Orantes opem valetudinis, demonstratam à Serapide per quietem*: Unde
I colligere possumus, alias omnes ab hoc Numine somniatas curationes, de quibus Gruteriana pag. LXXXIIII. 8, nostræque hę inscriptiones extant eodem pacto
K se habuisse.

105 ISIDI·ET·SERAP
SACRVM
EX·VOTO
L PRO·FILIOLI·SALVTE
SVSCEPTA
SAVRANA·FECIT

Ex Thomasino de Donar.

106 INVICTO DEO
SERAPI·ET·ISIDI
REGINAE
PHILETVS·AVGG
LIB··RO·····
MILATES·GAL
·MARILIAE·CVI··
··VILIANAE
····AM CVM BA
··ET SIGILLA DVO
VOTVM·LIBES
SOLVIT

In Basi sesquipedali Aed. Iustinian.

107 IOVI
SOLI
SERAPI
ΔΙΙ
ΗΛΙωΙ
CΕΡΑΠΙΔΙ
C·OPPIVS
IRENION
V·S
L·M

Honuphr. Antiq. Auxim.

108 ISI
MYRIONIMAE
ET SERAPI
EXPECTA·····
METIS·AVG·D···
V·S·L····

Ex Mabillonio in Anal. To. IV.

Morbum ex quo idem Onesimus evasit podagram fuisse indicat infimi cruris articulus, ubi maximos ejus invaletudinis dolores fieri ajunt, à Serpente laceratus: Confirmaturque hinc Ioannis Argoli observatio, lib. Thomasini de Donar. cap.II. inserta, repetitaque cap. XXXIV, partium olim infirmarum imaginem repræsentandi; quod ex ipsis nostris cimeliis non uno exemplo ostendere potes: è pedibus scilicet, capitibusque fictilibus, thorace anatomicè secto ad hepatis, ventriculi, & intestinorum laborantium demon-

demonstrationem, è ruderibus Templi Iunonis Argivæ apud Vejos per me repertis: ut sileam de aliis ibidem passim prostantibus, maleque affectis humani corporis membris; è quorum genere est id, quod pag. 17. tertium in ordine expressum visitur, quódque Argolum præ rei incogitabili novitate ita decepit, ut pro *arvo* illo *genitali*, (sic cum Poëta III. Georg. vers. 135. pudenter vocare liceat) pro muliebri inquam utero rugoso & infecundo, cui utplurimùm ad majorem evidentiam supernè vesica adheret,(quorum ingens copia inter Vejentana anathemata!) *urnulam* nescio quam *lustralem* commentus fuerit.

Stat cum suo Serapide Isis, sive si mavis cum Plutone Proserpina: inter multa siquidem ejus nomina, unde MYRIONIMAM suprà, & apud Gruterum pag. LXXXIII. 11. appellatam videmus, hoc illi præcipuè juxta Siculorum nuncupationem tribuit Appulejus lib. XI. Metamorph.; dixeratque Plutarchus paginâ 361. D, *Neque enim alium esse Serapidem, quàm Plutonem, aut Isidem quàm Proserpinam*; quam & ipsam sanitati restituendæ præesse putarunt, unde & Servatricis nomen apud Arcades ex Pausania lib. VIII, & postea in hisce quoque Latinis inscriptionibus meruit; A

109 PROSERPINAE
SERVATRICI B
SEX · VOLVMNIVS
PRO · AEMILIA · PETE
LINA · CONIVGE · SIBI
RESTITVTA C
EX·VOTO·SVSCEPTO
ARAM·CONSECRAVIT

Nemausi, ex D. Graverolio.

110 PROSERPINAE D
SERVATRICI
C · VETTIVS · SIL
VINVS · PRO · EV
NOIDE · PLAVTIL E
LA · CONIVGE · SIBI
RESTITVTA
V · S · A · L · P

Gruterus pag. XCVII. 6. F

quod huic ISIDIS SALVTARIS epitheto respondet.

111 I · S · I · P · D · M *Iovi Sereno Ium. Placidæ Diis Magnis* G
ISIDI · SALVTARI
PRO·SAL·Q·VERGILII
MODESTI·CASSIA·MAT
V · S · D

Hortis Iustinianeis. H

112 SAECVLO · FELICI
PHISIAS · SACERDOS · ISIDIS · SALVTARIS
CONSECRATIO I
PONTIFICIS·VOTIS·ANNVANT·DII·ROMANAE
REIP·ARCANAQVE·VRBIS·PRAESIDIA·ANNVANT
QVORVM·NVTV·ROMANO·IMPERIO REGNA CESSERE

Gruterus pag. LXXXIII. 15. K

Et quidem inter ἰατρικὰ καὶ ἐπικούρια numina proinde habitam, tangit eruditissimus Cuperus in Harpocr. pag. 145. & 157., ostenduntque vota pro incolumitate eidem persoluta, ut ex præmissis, & in subiecta quoque Aquilegiensi inscriptione habetur.

113 ISI · SACR
L · MAIVS
PHILEAS · VI · VIR L
AQVIL · OB
SALVT · GRATTIANI
FILII · ET · GRATTIAE


Apud Thomasinum ad Cecropii votum.

Idem

A Idem ostendit ista apud eundem Thomasinum de Donar. cap. VII.

114 * ISIDI
FRVCTIFERAE

B



C

D

POSVIT

suppletis pedum vestigiis, in Grutero
E pag. LXXXIII. 10. deficientibus, quorum curatio Isidi referebatur accepta, à me repositis ex schedis Lilii Vaticanis, & ex memoria visi lapidis redeunte, antequam
F supprimeretur, & vulgari errori medela procurata fuerit, juxta tradita per Dominicum Macrum in Hierolexico verb. *Litania*: Qua etiam ratione in marmore
G anaglyptico Hortorum Nobb. de Palumbariis ad veterem Portam Esquilinam, Isis cum Situla, Calatho, & Perseæ folio, Serapidi suo in Serpentem desinenti (salutare
H & ipsum animal) copulatur, ut hic vides.

I



K

Affert sæpe laudatus Thomasinus hoc
L aliud donarium, cum impressa pariter plantarum figura; quod tamen, non Isidi, sed Hygiæ Aesculapii filiæ oblatum putat, ex τῷ h, decurtato quamvis, initiali nominis ipsius, oblatum putat:

115 QVIE IANAE



H D

contradicente sanè Ruperto ad Reinesium Epist. XXXIV, & inscriptionem tanquã corruptam in DIVAE IANAE; emendante; quasi ex Vossio lib. IV. Instit. orat. DIVA IANA eadem Latinis veteribus quę *Diana* fuerit; rursusque eadem DIANA quæ ISIS. Sed ne Thomasini, atque Casalii, à quibus primùm productus fuit hic lapis, fidem infringamus, scripturam, quam genuinam non dubito, retinere placet; & QVIE IANAE tanquam QVIE*scenti* Lunę donarium exhibitum cum Thomasino interpretari: seu forsan quiescenti Lunæ, hoc est *silenti*, non sine aliquo mystico sensu oblatum. Ita namque Luna silens hanc inscriptionem à me inter Ostiæ rudera inventam circumplectitur.

116

NVMINI
DOMVS
AVGVSTI
OP · PL · P

in cujus explanatione Viris eruditissimis aqua hæsit; ut proinde mihi jam pudori non sit eandem attingere vereri.

Poterit quoque absque ulla vi verbis adhibita, (in quo Rupertus imitatione sui

ſui Reineſii pronus apparet) τὸ QVIE retineri, & QVIE*talis*, vel QVIE*tulus* (ita enim Feſtus ab antiquis Orcum nominatum ait) cum ſua Iana, Pluto nempe cum Proſerpina, aut Iſide invocatus cenſeatur, atque eo pacto pedum tutela Iſidi præcipuè aſſignetur. Quæ ſi vera ſunt; jam marmor hoc noſtri Muſei,



illiteratum quamvis, in ruderibus Templo Pacis proximis, hoc eſt in Horto Puellarum Mendicantium nuper effoſſum, indicio erit, Iſidis ibi & Serapidis Templum conſtitiſſe, quod Regioni illi nomen attulit. Eandemque Iſidem reſpiciet, tum ſimile quattuor plantarum ſurrectarum marmoreum donarium in Vinca Nobb. de Bolognettis Viâ Nomentanâ repertum; tum ſequens inter Schedas Vaticanas inſcriptio A

117 LICINIA·PHILETE
PRO·SALVTE·SVA·ET·SVOR B

 D· S · P 

C

Ideò autem (ut ad noſtram Baſim num. XX. redeamus) Serapi ſuo Iſis, in inſcriptione quamvis minimè nuncupata, jungitur; quia individuus erat utriuſque D Numinis cultus; ut ex Gemma Abraxea num. 112. Chifletius in erudito ad eaſdem Commentario cap. XV. pag. 135. pluribus adſtruit, & ex nummis atque E inſcriptionibus Oiſelius ad nummum Iuliani 2. Tab. XLIII; quibus adde nummum Hadriani, in quo aquila alis expanſis, dextrâ Serapim, lævâ Iſim ſubſtinet F apud Choulium pag. 47; noſtraſque ſuprà allatas inſcriptiones adiunge. Neque hoc abſque ratione fieri monſtrat Plutarchus in Opuſc. de Facie in Orb. Lun. G pag. 942. E.

Hæc quoque jam noſtri Muſei inſcriptio, olim Grutero cognita p.MLXV. 11,

XXII

TI·CLAVDIO·CAESARE
AVG·GERMANICO·V̄
SER·CORNELIO·ORFITO·CoS H
ISIDI INVICTAI·ET SERAPI
MAIDIVS·SERℲILIAI·AℲIOLAI I
LIB·AMERIMNVS
EX·ℲISV

K

ISIDI invictæ ſuum SERAPIM junctum habet.

Ad hanc inſcriptionem, poſtquam omnibus quæ de Iſide & Serapide dicenda videbantur, finis datus eſt; nil aliud notandum ſuppetit, præter formam novæ illius literæ Ⅎ loco V conſonantis, ex tribus, quas Claudius tanquam maximè neceſſarias veteribus addidiſſe dicitur à Suetonio cap. 41. Et quoniam rara admodum, utpote tempus Claudii parùm L excedentia ſunt ejuſmodi monumenta; non pigebit paucis illis Gruterianis hæc adnectere.

118 DO-

A 118 DORVS · CAESARIS · Ɐ ... Ɐilicus

Ex schedis Barberinis.

119 SECVNDVS · ꟽIXIT · MEN · VIIII · DIES · XXVI
PETRONIA · NOE · SOROR · EIVS
B ꟽIX · ANNVM · MENS · III · DIES · XII
HIC · SEPVLTI · SVNT

Ex schedis Penia.

120 TI · CLAVDIVS
C CAISAR
AVG · GER · PONT · MAX
TRIB · POT · VIII · IMP · XVI
COS · IIII · P · P · CENSOR
D ꟽIAM · CLAVDIAM · ꟽALERIAM
A · CERFENNIA · OSTIA · ATERNI
MVNIT · IDEMQVE
PONTES · FECIT
E XLIII

Ex Holstenio ad Cluverium pag. 154.

Consulatus iste quinctus Claudii Cæsaris cum Servio Cornelio Orfito habe-
F tur etiam in alio marmore Vaticano (cui hac occasione * fragmentum nuper repertum, in supplementum dabo in Notis) apud Gruterum pag. CCC. vers. 5.
G Vnde P. Pagius, qui ita laterculum concipit in sua Differt. Hypatica

Claudius Aug. V. & Cornelius Scipio.

poterat prænomen *Servii* desumere, (Ser-
H vii, inquam, non *Sergii*, ut ad A. Ch. 33. in hoc prænomine Galbæ lapsus est) & solo, ac certiori *Orfiti* cognomine Cornelium afficere: Si enim dicat, Rickio quoque sibi suffragante in Not. ad Tacit. lib. XII. Annal. cap. 41., se sequutum Dionis Indicem, in quo collega Claudii Κορνήλιος Σκιπίων vocatur; sciat, librum LX. Dionis, gesta Claudii continentem, Indice carere, & per Leunclavium ex Xiphilino qualitercumque confarcinatum, ut ostendi in Descriptione Lacus Fucini Memb. II.

Quonam tempore (ut jam rivos claudamus) Sacra hæc Aegyptia Romæ recepta, & quomodo vetita primùm, ac deinde veluti postliminio restituta fuerint, multâ cum eruditione docet sæpe memoratus Cuperus in Harpocr. p. 149: cujus præclaris animadversionibus si quid addi meretur, illud est, tortuosum illud, quod supra brachium sinistrum elevatur, Aspidem forsitan esse, ita ab Appuleio lib. XII. Metam. descriptum, *Leva verò cymbium dependebat aureum, cujus ansulæ, qua parte conspicua est, insurgebat Aspis, caput extollens arduum.*

I XXIII. SILVANO · FLAVIORVM
CASSIANVS · T · FLAVI · AVG · LIB
CELADI · LIBERTVS · FECIT · VNA
CVM · FLAVIS · CASSIANO · ET
K AMANDO · FILIS · INCHOATA
ANTONINO · AVG · PIO · P · P
DEDICATA · XV · KAL · APRIL
SCIPIONE · ORPHITO · ET
L SOSIO · PRISCO · COS

A tertio lap. Viæ Labicanæ, unde Sponius in suas Miscellaneas eam transtulit pag. 85., quæsita mihi est hæc inscriptio, jampridem Cap. VIII. mei Syntagma-

tagmatis de Col. Traj. exposita, ad probandum, Numina frequenter dedicantium nominibus insignita fuisse.

Nimis autem præcipitanter ex hoc nostro lapide *Fastos Capitolinos* (melius Panvinianos dixisset, quia Capitolini tempora Augusti non excedunt, & istorum consulatus A. V. CMII. contigit) emendare se posse putavit idem Sponius hisce verbis, *Corrigit hæc inscriptio Fastos Capitolinos, qui sub Antonino hunc consulatum his verbis statuunt, Ser. Cornelius Scipio Orfitus & Q. Nonius Priscus, ubi loco Nonii repono ex lapide Sosii: sunt enim duæ familiæ Nonia & So-*

Nam ratio quæ Sponium ad immutandum movit contra ipsam lapidum authoritatem, *duas*, scilicet, *esse Familias Sosiam & Noniam*; in ea, ut sic dicam, Romanæ Reip. fæce locum sibi non vindicat; & probabiliùs utraque scriptura conciliatur, dicendo, Quinctum nostrum, Nonium simul & Sosium appellari potuisse. Et ne exempla, quæ in aliis Familiis abundè suppetunt excutiamus; in hac ipsa Nonia gente extant Nonia Arria Hermionilla, M. Nonius Arrius Mucianus, M. Nonius Arrius Paulinus Aper apud Gruterum; & inter nostras L. Tettius Nonius Cæcilius Lysias de quo Cap. antecedenti num. 207. Mutilos etiam titulos istorum Noniorum describi solitos, in allato M. Nonio Arrio Muciano patet, qui M. Nonius Mucianus alibi dicitur: Et in hoc eodem pari consulum, utriusque prænomen in nostro marmore, & in omnibus nomen ipsum gentilitium Ser. Scipionis Orfiti desideratur; quod propterea dubium reliquit Emintiss. Norisium, an *Corneliæ* (ut Panvinius, & post eum Sponius, & Pagius, antecedentis forsan inscriptionis XXII. laterculo inducti, & non nisi Corneliæ genti Orfiti *sia*. *Adde quod Priscus sit in aliis locis* A *nomen Sosii attributum, ut alteri consuli sub M. Aurelio*. Accuratiùs enim, & studiosiùs Henricus Cardinalis Noris in sua Epist. Consf. pag. 89, in qua alias ex Sponio emendationes accepit, hanc suo silentio rejecisse videtur: Et meritò quidem, B quia terni concorditer lapides cum *Ser. Scipione Orfito* (omisso ubique *Cornelii* C nomine) *Q. Nonium Priscum* apertè copulant apud Gruterum pag. XXXII. 9, CCCXI. 4, & XLVIII. 1; quorum ultimum, egomet in Delphinorum Aedibus recognovi, ita minutioribus chara- D cteribus in ima basi inscriptum;

SER · SCIPIONE · ORFITO · Q · NON · PRISCO · CoS

cognomen adiungendum fore putantes) E an verò *Gaviæ* seu *Vettiæ* sit annumerandus.

Titi Flavi Celadi Augusti liberti Titus Flavius Cassianus libertus hìc apertè F dicitur; ut in hac alia Titi Flavii Blasti Augusti liberti Flaviam Restitutam libertam esse deprehendimus.

121 D · M G

FLAVIAE · RESTITVTAE
T · FLAVI · AVG · LIB · BLA
STI · LIBERT · FECIT
TI · CLAVDIVS · ONESI H
MVS · CON · B · M · F

è schedis Barberinis.

Ex quo intelligitur, quomodò legendæ sint eæ inscriptiones, in quibus nota I L. vel LIB. plùs quàm semel repetitur, unde primi domini liberti, à secundariis (ut sic vocem) libertis ejusdem liberti distinguuntur: ut exempli gratiâ, in ea K quam suprà attulimus num. 77., si ultima nota L. non adesset *Ammia*, conliberta *Erotis* credi debuisset; atqui L. repetita efficit, ut *Considia Ammia* non L ejusdem *Quincti* cujus *Eros* libertus extitit, sed ipsius *Erotis* liberta sit: quod & ad inscr. 40. Cap. III. animadverti.

Hanc

A Hanc regulam ad seqq. accomodato.

122 A·GABINIVS·A·L·FELIX
SIBI ET
GABINIAE·A·F·CELSAE·FILIAE
B P·VIBVLEIO·P·F·CELSO·NEPOTI
NOVIAE·A·L·PRIMAE·VXORI
A·GABINIO·A·L·HILARO
GABINIAE·A·L·IRENE
C NOVIAE·Ↄ·L·OPTATAE·L
A·GABINIO·A·L·PHILEROTI

Capuæ è schedis Barberinis.

123 M·IVNIVS·M·L·ACHILLES
D IVNIA·M·L·PALLADIO·L
M·IVNIO·M·L·FAVSTO·P
SIBI·ET·SVIS
LIBERTIS·LIBERTABQ·
E POSTERISQ·EORVM

Inter Marmora Oxoniensia.

124 C·ALLIVS·C·L·MYRO·PAT
ALLIA·C·L·MEGISTE·L
ALLIA·C·Ↄ·L·NICE·L
C·ALLIVS·C·L·MARIO·L

In Grutero pag. CMLIX. 14.

Emendavimus tam primam, quàm postremam lineam ex autographo Villæ Carpineæ. At verò, si Scaligero credendum est, inanis redditur nostra ad hanc inscriptionem observatio pro libertis libertorum dignoscendis: quia ipse utramque notam L quæ secundam & tertiam lineam claudit, pro prænomine sequentis libertæ usurpat in Indico. Duplici sanè lapsu, dum prænomen feminæ frustra tribuit; dumque *Luciæ* suæ *Alliæ Niceni*, *Lucioque Allio Marioni* Patronum diversi prænominis nempe *Caii* affingit.

125 L·IGNIVS·L·L·THESEVS P·BAEBIVS·P·L·SYNEROS
CORNELIA·M·L·SYSTASIS BAEBIA·P·Ↄ·L·THELVSA·L
F IGNIA·L·L·CLYMENE·L P·BAEBIVS·P·L·CHRYSEROS·L
M·CORNELIVS·M·L·FELIX SIBI·ET·SVIS·OMNIBVS
LIBERTIS·LIBERTABVS·POSTERISQVE·EORVM

Villa Carpinea, ubi alia eadem prorsus epigraphe.

G 126 TERENNIAE·SEX·L
QVARTAE·LIB
M·GALLIVS·M·L·PROTVS

è schedis Barberinis.

H Huc pertinet etiam inscr. 463. Cap. III. Planiores verò, & sine ambiguitate sunt istæ de libertorum libertis.

I 127 C·OVIVS·C·L·TERTIVS
SIBI·ET·C·OVIO·C·L
AVFRONI·PATRONO
. . . . C·L·MYRTINE
K MATRI

Ex schedis Barberinis.

128 D · M
T·AELIO·AVG·LIB
PEREGRINO·PEDA
L GOGO·PVERORVM·FEC
AELIA·NICE·PATRONO
B·M

Ex eisdem.

129 T·TVLLIANVS
T·L·PHILOSTRATVS
SIBI·ET·TVLLIANAE·T·L
PAMPHILAE·ET·T·TVL
LIANO·T·L·ANTIOCHO
PATRONO·SVO

Venusiæ in pariete Domus Canniorum.

130 DIS·MANIBVS
L·OCTAVIO·L·L
PROTO·L·L·OCTAVI
CLYTVS·ET
PRIMITIVOS·PARON
BENEMERENI·FECERVN

In Æde SS. Cyri & Ioannis.

131 PACTVMEIA·D·L
VRBANA·SIBI·ET
D·PACTVMEIO·D·L·STRABON
PATRONO·SVO

Villa Corsina.

132 L · ARLENO · L · L · PHILOGENI · PATRONO A
L · ARLENVS · L · L L · ARLENVS · L · L
DEMETRIVS HERACLIDA
L · ARLENVS · L · L L · ARLENVS · L · L
ARTEMIDORVS PAMPHILVS B
ARLENA · RVFA ARLENA · IVCVNDA
CONIVNX CONIVNX
L·ARLENVS·L·L·HELENVS ARLENA · SATVRNINA
SIBI · ET · SVIS · FECERVNT C
Vinea Ottina ad Portam Latinam.

133 M· TOFELANO· CATVLLAE · L· MVRRANO · AVG
DOMITIAE· Ↄ·L· NAIDI· TOFELANAE· MVRRANI
L·FORTVNATAE·M·TOFELANO·M·F·HONORATO D
ET · SVIS · POSTERIS · LIBERTIS · LIBQ · OMNIBVS
Suessæ ad D. Bartholomæi.

134 C· IVLIVS· C· IVLI · FABI
AFRICANI·EQVITIS·ROMANI
LIBERTI · LIBERTVS
SVCCESSVS·ET·IVLIA·HYGIA
CONLIBERTA·EIVS·FECERVNT·SIBI
ET· SVIS· LIBERTIS · LIBERTABVS
POSTERISQVE · EORVM
è schedis Barberinis.

135 P · SEPTIMIO
P · L
HERMAE
LIBERTI·PATRON
FECERVNT
VIXIT · ANNIS
X L
Apud Lapicidam ad Turrim Speculorum.

136 IVLIAE · APOLLONIAE
C·IVLI·AVG·L·MENDI·LIBER
IVLIAE · MENIPPI
CAESARIS· AVGVSTI
LIBERTI · LIBERTAE · APOLLONIAE
Museo Sabbatino.

137 D · M
M·VLPIO·PLACIDO·AVG·LIB
TABVLARIO · A RATION
MENSAE· GALLIARVM
VLPIA·CAPRIOLA·PATRO
NO · BENEMERENTI
FECIT
è schedis Barberinis.

138 D · M
C · ANNI · C · L E
CAMPESTRIS
C· C· ANNI· CHRES
TVS · ROMVLVS
EROS· PROCES F
SIANVS · LIB
ET ·HERED· PATRO
NO · B · M · FECERVNT
Ex eisdem. G

139 P · LVCRETIVS
P · L · STEPHANVS
PATRONVS
P · LVCRETIVS · P · L H
ANTHVS
IN · FRO · P · XII
IN · AGR · P · XVI
Ad D. Sebastiani. I

140 DIS · MAN
T · FLAVIO · AVG · LIB
PHILOMVSO · DEC
VNCTORVM · VIXIT · ANN K
LXXI · HERMES·LIB·PATRONO
B · M
Vinea Bevilaqua sub Marino.

141 IVLIA · FAVSTA L
ALEXIONIS
AVGVST · LIB · LIB
è schedis Vaticanis.

142 L·FV-

A 142

L·FVRIO·L·L	FVRIAE
FRVCTO	CHRYSARION
L·FVRIVS	MATRI
NARCISSVS·LIB	PIISSIMAE
PATRONO	L·FVRIVS
BENEMERENTI	NARCISSVS
FECIT	FECIT;

B

Villa Corsina.

C 143

malleus *incus* *forcipes*
capita *utrinsque*
fasces cum securi & virga P·LICINIVS·P·L PHILONICVS P·LICINIVS·P·L DEMETRIVS·PATRONO *scalprum* *arcus* *incus* *cultrum*

In Villa Tusculana Nobb. de Rocciis.

D

144 GERMANICO·CAERARE·C·VISELLIO·COS
XIII·K·OCTOBRIS·OSSA·CONDITA
TITIAE·T·L·PHOEBENIS
E T·TITIVS·T·L·ANTEROS

Hortis Matthaiis.

Ex Fastis Capitolinis cum Germanico Cæs. cos. ordinarius processit A. V.
F DCCLXV. C. Fontejus Capito, cui suffectus legitur ex K. Iuliis Visellius iste cognomine Varro.

145 P·VARIVS·P·L
G STRABILIO
MINVCIA·M·L
ARBVSCLA
P·VARIVS·P·ET·MINVC·L
H HERMIA
LOCVM·MONVMENTI
IN·FRON·P·XIV·IN·AG·P·XII

In muro Villæ Corsinæ.

I 146 TRIVIAE·M·L·CRESTE
TRIVIA·Ɔ·L·PRIMA·PA
TRONAE·SVAE·BENE
MERENTI·FECIT

è schedis Barberinis.

K

147 PLOTIA·L·L·HILARA
SIBI·ET·L·PLOTIO·L·L
DASIO·PATRONO·SVO·FECI

è schedis Barberinis.

L

148 L·MATRINIVS·L·L·DIOCHARES
SIBEI ET
MATRINIAE·L·L·APHLEAE
LIBERTAE·SVAE

Spoleto ad D. Mariæ.

149 L·SAENIVS·L·L·CERDO
SIBI·ET
L·SAENIO·L·L
ALEXANDRO·PATRON
FIERI·IVSSIT
INFR·P·XII·INAGR·P·XX

Luceriæ ex schedis Chisiis.

150 DIADVMENVS
AVG·LIB
A RATIONIBVS
ANICETO·LIB

Vinea Nobb. de Rusfolis.

151 Q·APPVLEIVS·Q·L·SALVIVS
VIGELLIA·M·L·ARESCVSA
Q·APPVLEIVS·Q·L·NICO
M·VIGELLIVS·M·L·SERVIVS
PATRONVS·ARESCVSAES

è schedis Barberinis.

NOTAE

NOTAE A

• pag. 439. H. *In Theophane Mytilenæo*] Rationem hanc, nominis cum Civitate donandi, ignorasse videtur Vir in primis eruditus Io: Fridericus Gronovius ad Livium lib. XXXVIIII. cap. 19, dum ad communem illam, Libertorum à Patrono nomen accipiendi, in Pompeja Macrina è Theophanis progenie, recurrit istis verbis, *Gens Libertorum non erat alia quàm Patroni, à quo nomen accipiebant, & ejusdem gentis novam humiliorem familiam ordiebantur. Sic Tullius Tiro, sic Pompeja Macrina, descendens à Theophane, liberto Magni Pompeii*: Libertus ne Theophanes Magni Pompeii, vir inter suos princeps, & ferè dixi, ipso Pompejo major, ac nobilior? *cui* quippe *defuncto*, ut ait Tacitus Ann. lib. VI. c. 18, *cælestes honores græca adulatio tribuerat*. Certè non ita Cicero, qui Epist. XI. libri V. ad Attic. *valere AUCTORITATEM Theophanis apud Pompejum plurimùm*, dicit; sive ubi in Theophanem, tanquam *Fabrûm Præfectum* jocatum refert Plutarchus in ejus Vita, quorum neutrum libertino viro convenit. De hac Pompeii gratitudine erga *virum civilem*, *suum familiarem*, *suarum rerum Scriptorem, & Græcorum omnium clarissimum*, ut de Theophane prædicat Strabo lib. XIII, ita sentit Valerius Maximus lib. VIII. cap. XIV. num. 3, ut *gratiam potiùs relatam, quàm inchoatam* crediderit.

At verò Gronovio ea excusatio proderit fortè, quòd Antonium Augustinum suæ assertionis ducem habuerit, qui in libro de Famil. Roman. Genteque Pompeja ita ait, *Iulius Capitolinus auctor est D. Cælium Balbinum patricium, nobilissimumque fuisse, quòd originem suam à* B *Cornelio Balbo Theophane deduceret. Theophanem Pompeii Magni libertum fuisse credo, aliumque à Cornelio Balbo: Propinquum fuisse tamen indicat Cicero* C *in Oratione pro Balbo, & ab eodem Theophane adoptatum*; quasi excusabile sit, cum tanto viro, & rerum Romanarum consultissimo, errasse. Fatalem itaque D hunc scopulum præstantissimis ingeniis fuisse videmus, itaut unius lapsus alium quasi in ruinam pertraxerit; postquam discrimen quidem inter utrumque Theo- E phanem approbat Gherardus Ioannes Vossius de Historic. Græc. lib. I. cap. 23, ex eo præsertim, quòd *alter homo Lesbius græcè scripserit, alter autem Romæ vixe-* F *rit, Romanâque scripserit linguâ*: Sed in eo labitur, ut Cornelium quoque Balbum Mytilenæum vocitet; Gaditanus quippe certè Balbus & Corneliæ Gentis, uti G Pompejæ Theophanes Mytilenæus, quia *filium reliquit Pompejum Macrum*, ut subdit Tacitus, & *Pompejam Macrinam* neptem habuit ex eodem, patri scilicet H atque avo cognomines ambos. Rectè aliàs Augustinus adoptionem Balbi per Theophanem agnoscit ex Cicerone in laudata Oratione, ibi, *Et adoptio Theo-* I *phanis agitata est, per quam Cornelius nihil est, præterquàm propinquorum suorum hereditates, assecutus*: quam etiam adoptionem innuere videtur idem Cice- K ro in Epist. 6. lib. VII. ad Atticum, ubi inter dissensionum Civilium incommoda & absurda, recenset *adoptatum patricium à plebejo* (patricia nempe Gens Cor- L nelia, at plebeja Pompejorum) *Gaditanum à Mytilenæo*.

Suspecta quoque mihi est assertio Vossii de

A sii de Balbo Gaditano historicis Latinis annumerando: quia licet Capitolinus de eo ita habeat in Vita Balbini, *Familiæ vetustissimæ (ut ipse dicebat) à Balbo Cor-* B *nelio Theophane originem ducens, qui per Cn. Pompejum Civitatem meruerat, cum esset SVAE PATRIAE NOBILISSIMVS, IDEMQVE HISTORIAE* C *SCRIPTOR*; postrema tamen hæc verba à præallatis Strabonis SVARVM RERVM SCRIPTOREM, ET GRAECORVM OMNIVM D CLARISSIMVM, desumpta & detorta arbitror: nec enim hoc temerè credas de Capitolino, authore non magni nominis, qui post quattuor ferè sæ- E cula ab utroque Theophane scripsit; cùm non aliunde (quòd noverim) Balbi hujus *historici* notitia suppetat, Theophanis verò Mytilenæi, duplici testimonio Stra- F bonis & Valerii firmetur.

Ex una in aliam incurrit difficultatem ibidem loci Gronovius; quandoquidem Clientium conditionem cum Libertis G parem facit. Quod enim malè probasset de patronis erga Libertas, ut scilicet absq; eorum permissu nubere nequeant (quod tunc tantùm obtinet, cùm divortium in- H ter ipsos seqvutum est l. eo jure 45. D. de Rit. Nupt. l. libertæ tuæ 8. C. de oper. libert.; nam cæteroqui, nec juramentum de non nubendo à liberto, vel liberta I Patronus exigère valet, aliàs à bonorum possessione submovetur l. communi liberto 24. D. de bon. libert., l. fin. D. qui & à quib., l. adigere 6. D. de jure patron.) K Quod, inquam, in libertis cessat, id nullatenus in jure cautū reperisset, ut Cliens neque de se ipso, neque de liberis ingenuis quos in potestate habebat maritan- L dis inscio Patrono disponere posset. Et quod exemplo Catonis & Salonii conatur inferre, nullius est roboris; quia tum interrogatio illa Catonis ad Salonium, *num filiam suam sponso pactus esset*, tum preces Salonii, *ut ipse rem curaret, filiamque suam, clientemque ejus nuptum cui vellet daret*, Catonis de ea re authoritatem excludunt: Cur enim pactam dubitasset puellam Cato, si ejus assensus priùs expostulandus erat? & cur precibus detulisset ad Catonem Salonius, id quod mero & legitimo jure ad eum pertinebat? Vnde urbanitatis ultroneæ, & non obligationis ex somniata lege Clientelæ, sunt Salonii infimæ sortis hominis ad virum Consularem Censorium ac Triumphalem verba per Gronovium expensa. Et tandem, cùm de *gentis enuptione* Fecenniæ Hispalæ libertinæ mulieri per S. C. concessâ, quæstio cum Gutherio agitata sit, exemplum Saloniæ non libertinæ sed clientis cum Catone patrono, nihil prorsus rationi Gronovii conducit.

Aequè infirmo probationis genere infelicem eam controversiam concludit, ubi jam assumens, Libertos, ejusdem Gentis Libertas authoritate communis patroni duxisse uxores; ex loco Taciti Annal. lib. VI. cap. 18. quem in confirmationem adhibet, prioris dicti imprudentiam corroborat: Sic enim ratiocinatur, *Nec leve argumentum ejus rei præbet Tacitus lib. VI. Annalium; ubi, qvum Pompejam Macrinam, & maritum ejus Argolicum, socerum Laconem, patrem item, fratresque appellasset, subiungit, Datum erat crimini, quòd Theophanem proavum eorum Cn. Magnus inter intimos habuisset. Communis omnium proavus Theophanes, quia ex eadem Gente personæ junctæ connubiis*. Atqui orationis in Tacito decurtatæ contextus, nodos in hoc scirpo quæsitos expedit: ita enim ille, *Etiam in Pompejam Macrinam exilium statuitur, cujus maritum Argolicum, socerum Laconem è primoribus Achæorum Cæsar adflixerat. Pater quoque in-*

que inlustris Eques Romanus; & frater Prætorius, cùm damnatio instaret, se ipsi interfecere: datum erat crimini, quòd Theophanem Mytilenæum proavum eorum Cn. Magnus inter intimos babuisset &c. Quæ verba PROAVUM EORUM ad Macrinam & Pompejum Macrum, ejus fratrem (virum quippe Prætorium, de quo idem Tacitus Annal. lib. I. cap. 78.) propriè & proximè referenda esse liquet, quos è Theophanis posteritate fuisse plùs quàm certum est, non ad Argolicum virum, de quo obiter fit mentio; cujus Gens ignota quidem remanet, sed certè, cùm *è primoribus Achæorum* dicatur, simili ac de Theophane errore, ad libertinam conditionem descendere facit nullo authore Gronovius; quem, non injuriæ, (sat enim iravum, calidæque rixæ cum filio) sed honoris causâ hìc compellasse, bonâ fide profiteor.

* *pag.* 440. B. ΙΟΥΛΙΑΝ ΒΕΡΕΝΕΙΚΗΝ] Berenicem hanc Agrippæ filiam, eamq; ipsam esse, quam pater Herodi fratri, qui regnavit in Chalcide, nuptui tradidit, ex Iosepho de Bel. Iudaic. lib. II. cap. X. satis compertum est. Alterius etiam Agrippę germana soror fuit, qui mortuo patre Herode, in eodem Chalcidis Regno à Claudio Imp. substituitur, ut initio subsequentis cap. XI. idem Iosephus exponit.

Nomen porrò Gentis Iulię ex Civitate Romanâ adeptum, jam pridem, à temporibus nempe Herodis Magni, Agrippæ per Aristobulum filium, avi paterni, assumi potuit; monumento scilicet amoris, quo, ut ait Ioseph lib. I. cap. XV. *Herodes à Cæsare quidem post Agrippam amabatur, ab Agrippa autem post Cæsarem.* Et certè jam olim ante Claudium pro civibus Romanis Agrippam & Herodem habitos constat, ex consularibus honoribus, quos initio sui imperii, hoc est anno post Christum XLIII. Claudius priori,

secundo autem Prætoriam dignitatem concesserat, teste Dione lib. LX. A

An verò hæc eadem Berenice sit, quæ Titum *ex instituto ad Urbem itinere accensum ejus desiderio, revocavit*, ut ait B Tacitus Hist. lib. II. cap. 2., Sponio & Ryckio fides habenda videtur, cùm aliam nullam cognominem tunc temporis Reginam in ea regione referant historiæ. C Turbat tamen alius Taciti locus cap. 81, ubi *florentem ætate formâque* hanc Reginam vocat Ser. Galba II. & T. Vinio cos. anno Urbis DCCCXXII. Christi LXIX, D quam, ut minùs, annos XLII. tunc natam considero, quâ ætate, inclinatâ potiùs quàm florenti, jam formæ decus cessare solet. Adstruitur hoc ex Iosepho simul & Dione; ille enim tunc temporis E quando Claudius Dynastiam, & Præturæ honorem in Herodem contulit, eundem jam in conjugio Berenices extitisse F subdit: quod per Dionem lib. LX. ante consulatum II. ipsius Claudii cum Largo (Longum vocatum fuisse vult Eminentissimus Norisius Epist. Cons. pag. 29.) G contigisse narratur, hoc est anno Urbis DCCXCV. Christi XLII. Ponamus nupsisse eodem anno; adhuc ad Titi amores annos XXVII. intercessisse videmus: qui- H bus si XV. plùs minùs annos nubilis ętatis adjicias, fient anni XLII. ut dixi, senio magis quàm floridę ætati proximiores.

* *pag.* 443. E. *crassiores lapsus notarum ipsius Sponii*] Inhæsit Sponio non semel, I ut paullò suprà ad nostri Musei inscriptionem XXIII. obiter notavimus, ea opinio, quòd Fasti Panviniani idem ac K Capitolini forent; unde fit, ut in aperta luce hujus optimæ notæ lapidis, in quo L. Cejonius Commodus & D. Novius Priscus consules describuntur, caliget L adhuc, & *necesse dicat*, ut *C. Cornelius Priscus* secundus consul Panvinii *fit consul ordinarius*; & *D. Novius consul suffectus*,

A *suffectus*, *vel*, *ut sit erratum in Fastis Capitolinis*. Sic igitur Sponius *consulem fictitium* (ita C. Cornelium Priscum vocat Card. Noris in Epist. Consf. pag. 49.)
B sincero prȩponit; & ridendo, nec usquam audito subterfugio, verum consulem post solum processionis biduum somniati illius consulis Ordinarii, ipso anni ini-
C tio suffectum arbitratur.

De Dea Dia, in hac & aliis Fratrum Arvalium inscriptionibus sȩpe nuncupatâ, frustra Basileensem interpretem con-
D suluit idem Sponius, cùm magis ad manum esset Strabonis lib. VIII. testimonium, qui Heben Phliunte ac Sicyone sub DIAE nomine cultam, scriptum re-
E liquit. Hanc Cicero & Livius *Iuventatem* vocant; sic enim Romani Heben Grȩcanicam vertunt, unde *Graja Iuventa* Ovidio dicitur Eleg. X. lib. I. de Ponto:
F quamvis Latinis quoque nomen *Hebes* usu fuerit. Iure itaque pro incolumitate & salute Imperatorum sacrificia huic Numini indicebantur, non tantùm quia
G Iuventas ipsa bonam valetudinem roburque ministrat; verùm quia ætatem, ejus munere, provectam quamvis, renovari posse credebant: unde Ovidius Meta-
H morph. lib. IX. ita de Iolao in senili ætate rursus pubertati restituto elegâter cecinit,

— *nam limine constitit alto*
Penè puer, dubiâq; tegens lanugine malas
I *Ore reformatus primos Iolaus in annos.*
Hoc illi dederat Iunonia muneris Hebe.

Hujus Deæ Diæ Lucum *apud lapidem V. Viæ Campanæ* determinat inscriptio
K apud Gruterum pag. CXXI. frag. I. At quænam fuerit hæc Via Campana, in incerto versatur. Holstenius nimiâ confidentiâ in Annot. ad Cluver. pag. 192.
L inter Latinam & Labicanam statuit, & ab Esquilina Porta deducit in campos suburbicarios: Sed nullum hujus cogitationis suæ vestigium, vel levissimum, restat, nec in derivatione Viæ à Porta, neque in ipsius tractu per campos, *unde in Campaniam*, ut ait ipse, *divertit*: Quin & omnino superflua fuisset; cùm Prænestina, Labicana, & Latina, quæ omnes in Campaniam tendunt, ita inter se proximæ sint, ut nulli alteri intermediæ locum relinquant. Verum quidem est, inter Latinam & Labicanam aliam Viam aperiri, quæ à Porta Cœlimontana, hodie Sancti Ioannis, in Latinam fertur. Sed cùm Latinæ citra III. lapidem jungatur, Campana dici nequit, quæ ad IV. lapidem ex Suetonio in Augusto cap. 94, vel etiam ad V. ex dicta Gruteriana inscriptione suum adhuc nomen retinebat. Quodnam ergo nomen illi esse putaverim, in antecessum exposui in Charta Topographica III. Dissertationi de Aq. & Aquæd. præmissâ, ubi *Asinariam* vocatam vides; cui assertioni evidentem postea demonstrationem comparavi ex veteri MS. quod eruditissimus, meique amantissimus P. Ioannes Mabillonius è latebris Bibliothecæ Einsidlensis publicum fecit inter sua Analecta (quæ vocat) quibusvis conquisitissimis epulis pretiosiora To. IV. pag. 514. Continet inter cætera Codex ille Manuscriptus catalogum Portarum Vrbis, enumeratis Turribus intermediis, per quem, Portarum locus, & præcipuè (omissis aliis) Asinariæ de qua quæritur, & consequenter Viæ Asinariæ cognominis, ante oculos proponitur. Sic

A Porta Tiburtina cum ipsa Porta usque ad Prænestinam [intellige Majorem, quia Prænestina clausa visitur, & ab hac pariter Majori, Prænestina Via citò lævorsum aditur] *Turres XVIIII. Propugnacula cum Porta Prænestina CCCII. Necess. I. Fenest. major. forinsecus LXXX. minor. CIIII.*

A Porta Prænestina usque Asinariam

Turres XXVI. [respondet numerus usque ad veterem Portam S. Ioannis, quę *Asinaria juxta Lateranas* dicitur quoque ab Anastasio] *Propugnacula DIIII. Nec. VI. Fenest. major. forinsf. CLXXX. minor. CL.*

A Porta Asinaria usque Metroviam Turres XX. [in ipso scilicet ingressu Aquæ Marianæ in Vrbem] *Propugnacula CCCXLII. Nec. IV. Fenest. major. forinsf. C. minor. CLXXXIII.*

Cur modò Campanæ Viæ inter Appiam & Ostiensem in eadem Tabula locum fecerim, pro coronide hujus digressionis dicendum remanet. Præmissis itaque hisce Livii verbis lib. V. cap. 21. quòd, *in rebus tam antiquis si quæ similia veri sint, pro veris accipiantur satis habeam*; duplici argumento rem breviter concludam. Alterum est negativum, ut vocant, repertis quippe undequaque Viis Româ exeuntibus, Viæ huic anonymiæ remanenti, quæ ex Porta clausa inter Ostiensem & Appiam se aperit, longeque per loca in Charta descripta diffunditur, nomen hoc vacans applicasse, non incongruum videbatur. Affirmans est, hoc aliud indicium procurationis Viæ Campanæ simul atque Ostiensis M. Basso Axio commissæ in inscriptione 5. pag. CCCLXXIV. apud Gruterum, eadem scilicet vicinitatis utriusque Viæ ratione, qua proximarum inter se Viarum *Aureliæ veteris & novæ, Corneliæ, & Triumphalis* pag. CDLVI. 6., *Aureliæ, Corneliæ, & Triumphalis* pag. CDLXV. 5, *Clodiæ, Anniæ, Cassiæ, Ciminæ, trium Trajanarum, & Amerinæ* pag. CDXLVI. 4, atque *Clodiæ, Anniæ, Cassiæ, Ciminiæ, & novæ Trajanæ* pag. MXCI. 8. concredita legitur.

* *pag.* 446. D. *Dum toga per quinas gaudet requiescere luces*] Septem integros ides videtur Saturnalibus assignare Macrobius lib. I. cap. X. ex hoc Nonii versu, A

Olim expectata veniunt septem Saturnalia,

sed ipsemet postea se explicat, ut *Sigillariorum adiecta celebritas in septem dies* B
discursum publicum, & lætitiam religionis extenderit : continuatos quippe & admixtos Sigillariorum cum Saturnalibus dies, habetur etiam ex Suetonio in C
Hortis Iustinianeis.

11 LVCRETIAES·Ɔ·L
SABBATINIS
VIX·AN·XXVI
NVNC·EST·HIC···
····*deletum*····
Museo Sabbatino.

12 D · M
POPILIES·PRISCES
POPILIVS·SECVNDVS
CONIVGI
BENEMERENTI
FECIT
V·A·XXXVI·D·V
M·XI
è schedis Vaticanis.

A pag. 210. num. 111; non ad Servilianam aliquam Figlinam, qualem PUBLINIANAM jam legimus, vel Camillianam, Domitianam, Marcianam, Sec-
B nianam, Terentianam, Tonnejanam, Viccianam, aliasque similes ostendemus; sive ad Serviliam fundi dominam retulit; sed re tritissima, quasi monstrosa stupens ita exclamat; *Quid Serviliæ cum Figulo?* Ut putet, *tegulam illam, nomen vel Serviliæ gentis, cujus fortasse ibi sepulchrum; vel saltem mulieris cujusdam ibi conditæ locum designasse*: Quàm falsò, tot infrà mulieres, imò & ipsæ Augustæ, prædiorum, in quibus Figlinæ constitutæ erant, dominæ, demonstrabunt.

C 28 OP DOL EX PR AVGG NN FIG TERE
o NTIANA AELI VICTORIS
In tegula ad D. Agnetis Via Nomentana.

D 29 EX PRAED M AEMILI PROCVLI
Apud D. Blanchinum.

Præmonendum hic semel est, pluries in hisce signis, uni literæ alteram, quin & quandoque ternas complicari: at nos
E divisim unamquamque notaturos, ut in ista inscriptione fecimus.

30 AGAB SVC·SAL·D C
Villa Corsini Eteris duarum unciarum.

F 31 EX PREDIS QVINTANESIB
o AGATHYRSVS AVG LIB
F
Ibidem.

G 32 L · AGILLI
SABINI

Vetustatis imitatione signatas tegulas
H omnes tecti S. Balbinæ videre est, cum nomine & gentilitio emblemate Alexandri PP. VI.

III



33 L · ALFI · PRIMIGENI
I *Ad Caveam Circi Maximi.*

34 M · A L L I ·
CLEMENTIS ·
Ad D. Priscæ.

K L. Alli Onytesi figlinam in Vaticano fuisse, *ex vetustiis inscriptionibus seu vasis*, colligit Holstenius ad Ortelii Thes. Geogr. verbo ONYTESIA. Quomodo assertum probetur, ignoro; quia nihil prorsus ad Vaticanum hæc, quam affert, inscriptio pertinet.

35 OPVS DOLEAR·FIGLINA·L·ALLI ONYTESI

IV OP DOL EX PR AVGG NN FIG SV
o PERIOR L ANI RVFINI
L *Mercurius dex. crumenam, sin. caduceum.*

Figlinam *superiorem* ad inferioris, *veterem* ad novæ, *majorem* ad minoris distinctionem observabis. Numerum, ubi plures, suis numericis notis signatum, ostendit Falconerius in Epist. ad Carol. Datum post Nardinum, ibi *F. I*, & in

Grutero pag. CLXXXIII. 11. *F. VI.*

36 ANNI · ZABDAE

Sub Cœlio Hortis Theophili.

V

ANNV
NOVVM
FAVSTV
FELICE
TIR

In lucernæ, vel calicis fictilis fundo hanc precationem inveneram; cùm & aliam in simili orbiculo totidemque versibus

37 ANNVM NOVM FAVSTVM
FELICEM MIHIC

ex suo Museo ostendit Vir Cl. Philippus Bonarrotus: Vnde, non fortuitò, sed veluti ex more talia munuscula bene ominata vel Saturnalibus, vel Strenæ loco ineunte anno præparari coniecimus. In Strenis vix hæc reposuerim; cùm vel nummos, vel dulciaria in eis oblata reperiamus, ut habetur ex Ovidio in Fast. lib. I. vers. 185.

Quid vult palma sibi, rugosaque carica dixi,
Et data sub niveo condita melle cado?
Omen, ait, caussa est; ut res sapor ille sequatur,
Et peragat cœptum dulcis ut annus iter.
Dulcia cur dentur video; stipis adiice caussam,
Pars mihi de festo ne labet ulla tuo.

Ex quibus ultimis verbis colligitur, nihil aliud in commercio Strenarum præter dulcia, stipemque nummariam fuisse; licèt Martinus Lipenius in suo de Strenis tractatu cap. III. §. 50, dubitet, (nullo quamvis testimonio corroboratum fateatur) *ea omnia quæ in Saturnalibus exhibebantur, potuisse etiam in Strenis offerri.* Inter Apophoreta igitur Saturnalibus mitti solita cum eodem omine faustitatis in proximo anno novo, talia munuscula recensebo cum Martiale lib. XIV. epigr. 36, ubi de Lucerna cubicularia, epigr. 94. & 96. ubi de Calicibus Vatiniis & Vasis Arretinis, epigr. 106. ubi de Calicibus Saguntinis &c. A B

37 L · ANTONIVS
SVMFILON

In latere sub Aventino. C

38 A · APISTI · MENANDRI
o DOLIAREM
V · Q · F

Siglas illas V. Q. F, ita in aliis explicatas vidimus Cap. antecedenti p. 489. A, VALEAT QVI FECIT. D

39 C · AQVILI APRILIS EX PAEDI
o CAES BIPEDALE DOLIA E

nux pinea.

Bipedale opus, sunt ipsi lateres bipedalis exactæ mensuræ, unde BIPEDAM pro latere vocari infrà videbimus. F

40 DOL · ANTEROTIS SEVERI
o CAESARIS · N̄

Gallus

Seqvuntur alia hæc ejusdem Figuli signa vario modo disposita. G

41 DOL · ANTEROT · SEVER · CAES
o *Ad D. Priscæ.*

42 DOLIARE H
o ANTEROTIS
SEVERI CAE

Ad Thermas Titi in aliqua refectione.

43 o ANTIMACHI I

44 *Capricornus*
APRILIS CN · DOMITI AGATHOBVLI
o *caput bubulum cum palmis*

45 APRILIS K
o AGATHOBVL DOMITI TVLLI

46 DOL EX PR CAES N̄ AB APRILE
o AQVILIAE SOZOMEN

Aquila alis expansis L

47 DOL EX PRAED CAES N AB APRILE
o AQVILIA ZOSOMEA

Cervus

48 EX

A 48 EX PRAED ARRIAES FADILLAES
o MBASSI
ramusculus palmæ

B 49 *sic* W · ARRI · RVFIONI

52 EX FIG ASINIAE QVADRATILLAE O DC NVN
o NIDI FORTVNAT · LVCIO
QVADRATO COS

C *nux pinea*
Later in Thermis Diocletianis.

Circa tempora hujus ædificii, nullum talis cognominis Consulem Ordinarium D invenio: unde aliquem è suffectis fuisse, necesse est.

53 C · ATIL · VEST
In fundo lucerna.

E 54 M · ATI · ERONIS
In tegula apud Genzanum.

55 P · ATTI
In fundo Vasculi.

F 56 AVGVST

Hoc antiquissimum præ cæteris Figlinæ signum (si ad Augustum Divi F. ut credo referri debet) inveni in latere sub Op- G pido Arsularum, ad primum Castellum Aquæ Marciæ.

57 OPVS · DOLIARE · EX PRED
o DOMINI · N̄ · AVG
H *Aper, seu Canis gradiens*

58 EX PRAEDIS DOMINI NO
o STRI AVGVSTI
Sub Cælio ad D. Gregorii.

I 59 o OFF P AVGG ET CAESS NN
Ad Thermas Diocletianas.

Numerus *Primus* huic Officinæ apponitur, juxta ea quæ suprà in ultima linea K paginæ 499. notavimus.

60 AVRELI RVFI
o *palmæ ramus*
Inter rudera Templi Iunonis Lanuvinæ.

L 61 EX PRAED L AVRELI VERI AVG
o O · · · · LVRI IANV

62 EX FIGLI DOMIT VETERI
o OPVS DOL AVXIM

50 Q · ARTICVLEI · PAETI
o SA · · TIASI

51 ASINIAE · MARCEL · F
o CORINT · O D

63 EX FIG DOMIT VETERI
o OPVS DOL AVXIMI
palma jacens

64 Q · BASILI · MINNAE

65 o C · BEBI · PRIMI
Via Latina III. lap.

66 BRVTIANA
S · V ·
In Museo Sabbatino.

67 L · BRVTTIDI AVGVSTALIS
o OPVS DOLIAR
nux pinea cum duabus hinc inde palmis

68 L BRVTTIDI AVGVSTALIS
o DOL · EX · FIG · OCEA · MIN
CAE · N̄

69
L BRVTTIDI AVGVSTALIS FIG OP DO
o EX FIG OC M CAE N PAET
COS

Hi primùm consules ad notandum tempus inscriptionis istorum laterum, & ędificiorum ex eis constantium, occurrunt, M. VLPIVS TRAIANVS SEX. ARTICVLEIVS PAETVS; legendas siquidem puto postremas illas notas CAE*sare* No*stro* & PAET*o* Consulibus.

Seriem Consularem paullò post ordine instituam; sed ne Bruttidi lateres dissociarem, locum huic consulum pari feci, qui A. V. DCCCLIV. Christi CI. processerunt; ut ex Fastis Vindobonensibus calculum posuit Eminentiss. Norisius.

70 OPVS DOL DE PRAED AVG N EX FIGL
• VET CAECILIA AMANDA
Fortuna cum palma & cornu copiæ

71 OPVS

71 OPVS DOL DE PRAED AVGG NN EX
o FIGL VET CAECILIAE AVDA
Fortuna cum Cornuc. & Gubernaculo.

72 EX FIGLINIS
CAECIL. QVINTAE
SVLPICIANI

73 C · C
C · CAECILI
PECVLIARIS
Ex Arcubus Anionis Novi III. M. P. supra Tibur.

Supremæ illæ notæ C. C. denotant forsan Cajum Cæsarem operis authorem, prædiique, in quo hæc Figulina, fortasse dominum.

74 SEX · CAEC · PRO
In latere etiamnum arcubus Aquæductus Alexandrini inhærente, de quo in Differt. I. de Aq. & Aquæd. num. 109.

75 CASR
In latere, Vinea Angeloniæ Via Salaria.

76 C · C · H ·
In alio Villa Carpinea.

77 o HERMETIS·C·CALP·FAORIS

Lineis falcatis tria sequentia signa ita inscripta sunt,

78 IMP·CAE·TR·O·AVG
o EX·FIGLI·MARC·DOLI
C · CAL · FAVORIS ·

79 IMP CAE TRA · AVG
o EX FIGLI MARC DOLIA
C·CALPETANI FAVORIS

80 IM·CAES·NER·TRA·AVG
o EX FIGLI MARCIANIS
CALP FAVORIS

quorum alterum ab altero explicatur. Figlinæ autem istæ Marcianæ hoc alio latere ad Circum Maximum reperto memorantur; indicio scilicet refectionis hujus Circi ab Trajano procuratæ, ut ex nummis quoque ejusdem colligitur.

81 OPVS DOLIARE DE FIGLINIS MARCIAN
o SIVP FAVRIANIS PR DOMNI

82 OP D EX PR AVG N FI DOMITI A
o ANAS · · CALPVRNI
In Cœmeterio B. Castuli.

83 o L·CALPVRNIVS·EROS·F
In vite Dolii Villa Peretta. B

84 OP DOL EX PRAED CAES N
o C CALP MNEST
In Aquæd. ad Sanctam Helenam, & Thermis Titi.

85 OP·DOL·EX·FIGLIN·CAES·N C
o · C·CALP· MNEST

86 OP DOL EX PR AVGG NN FIG LAV
o RIAN CALP VERNAE
palma jacens D

87 OP DOLIAR DOM AVGG NN FIG FAOR
o IAN CALVENTIA MAXIMA
Virstans

88 EX PRAED AVG N OP DOL FIGL DOM E
o MINOR CALVI CRESCENT
Equus gradiens

89 EX FIGLINIS CAESARIS N
o CAMILLIANIS F
palma surrecta

90 T CANIDENI ATIMETI
o *tres palmæ* G

91 SEX CASTRICI
HEBENI
In labro Sarcophagi Villæ Corsinæ.

92 EX·OFF·P·CAVLI·VALENTIS H
o C·STATI·CAPITONIS
In Portu Trajani.

93 EX FIGLIN MACEDONIANIS
o C CESENIVS CLEMEN I
S FEC

94 o CESORINI OF SOFFORIA
Via Tiburtina ad Templum D. Symphorosæ.

95 T · CEST · K
SEVERI
In Vrna fictili sepulchrali.

VI ☧ CLAVDIANA
o ☧ L
Super Cœmeterio B. Castuli.

Hinc patet, sub Christianis quoque Imperato-

A peratoribus morem istum lateres & tegulas insigniendi perdurasse; ut habetur etiam ex hoc signo tegulæ ad dexteram Tiberis ripam super novum Navale de-
B tectæ, literis exterioribus circa octagonum dispositis:

VII SECVLO CONSTANTIANO
o ... PISONIS ...

C alioque ad Divi Eusebii, in typo rectis literis, ut hic,

VIII ✣ DE STATIONE SVRRENTINI
o ✣

D in ectypo inversis efformato.

96 o CLAVDI HERODOT ..
Ad Thermas Titi.

E idem iste forsan, atque hic alius SVL notis adumbratus.

97 · CL·HER·SVL·
Ad D. Eusebii.

F 98 TI·CLAVDI
SABINI
Villa Corsina.

99 T·COCCEI
G FORTVNATI
Ad os Dolii inter Babianæ rudera.

100 COLI
Ibidem i. lap. XVIII. Via Aureliæ.

H 101 OPVS DOLIARE EX PRAEDIIS AVG N
o C· COMINI SABINIANI
Ad D. Agnetis in tegula.

Consules hic omnes, quorum memo-
I ria in Figlinis reperitur, eodem ordine alphabetico jam subdam.

102 OP DOL EX PR C IVLI STEPHANI
o APRO ET CATVL COS
corona ex duabus palmis inflexis
K *In Museo Sabbatino.*

In hoc primo laterculo, de reciprocatione nominum Consulum, controversia insurgit; quomodo nempe ji, qui nunc
L *Aper & Catullinus* inscribuntur, è converso Catullinus & Aper apud Gruterum pag. DLXXVIII. 1, & in hac etiam alterius lateris inscriptione legantur.

103 Q FAB CAT M FL APR COS D F
o Q SER PVD CVR ED
Eqvus currens

Rem tangit, non tamen difficultatem explicat Reinesius Epist. LI. pag. 477. Ego autem putabam, quia alternis mensibus Fasces apud alterum ex Consulibus asservabantur, ut legitur apud Suetonium in Vita Iulii cap. 20.; hinc forsan, prout quis Fascibus potiebatur, ejus nomen præmitti potuisse. Ex lapsu enim id contigisse, excludunt frequentes admodum præposterationes ejusmodi. Et ne longiùs quæramus; in nostra serie alphabetica, sese offert Aproniani & Pætini exemplum: quos eosdem Consules (ut Fasti quoque recensent) Pætinũ & Apronianum ordine inverso infrà dispositos suo loco videbimus.

104 T·OCTAVENI GRATI EX P ACA
o AVG·L·APR·ET·PAET
COS

105 APRON·ET·PAET·COS·
o COS CHERM
Ad D. Vitalis in Valle Viminali.

106 APR ET PAET COS EX F
o COR MAI SAL P P B

107 M VINICI OPTVMAT EX POSS
o P P APR ET PAET
COS

108 ...SVLP EX P DOMITIAE...
o ..RONIANO PAETIN
COS

IX APR ET PAET COS
o EX PR CL MARC
Ad V. lapidem Via Latinæ.

Extraxi ex parietinis ingentibus Villæ, quam *Hadriani prope Vrbem* vetus Latii Charta indigetat.

Convellit tamen meam hanc opinionem incertitudo ejus assumptionis, quòd Fasces alternis mensibus Consules permutaverint; cùm non desint probationes,

alternis

alternis non jam mensibus, sed diebus, Fasces sedem mutasse, quas vide apud Tiraquellum de Primog. quæst. XVII. in V. opin. num. 10; præsertim cùm huic diurnę commutationi faveat lapis (modò sincerus sit, quod, ne pejus dicam, ambiguum habeo) à Pighio Tomo II. Annal. lib. XI. insertus. Labantem adhuc impulit Eminentissimus Norisius, tum authoritate sui testimonii, tum eâ efficaci ratione additâ, in omnibus nempe subscriptionibus Legum, quę in Codicibus tam Theodosii quàm Iustiniani occurrunt, semper eodem ordine, diversis quamvis mensibus, Consules nominari: & sic quoque (ut alias inscriptiones missas faciam) in ea quæ extat apud Gruter. pag. XVIII. num. 8. CN. ACERRONIVS & PONTIVS NIGRINVS cum ordinem servant die XIV. Februarii, quo ex Fastis omnibus, & præcipuè ex Tacito Annal. lib. VI. cap. 45. Kalendis Ianuarii antecedentis annum Vrbis DCCXC. aperuerant. Quare nec pudeat nec pigeat incompertam mihi hujus variantiæ caussam fateri; nihilque aliud addere, quàm, quidquid in privatis hisce laterum monumentis conspicimus, id forsan è privato tantùm inscribentium favore ortum habuisse.

109 · · · · · I STEPHANI A
o ASIATIC II ET AQVIL COS

X DOL EX PR AED CAES N C AQVILAR
o ASIATIC II ET AQVILI B
COS

Hic laterculus biennio subsequens Pætini & Aproniani consulatum, benè cum Fastis convenit, & cum alio Figlinæ signo, C quod ex Panvinio Gruterus refert pag. MLXXXII. 17, nisi quòd ibi *Titi*, in Fastis autem *Quinti* per eundem Panvinium Vettius Aquilinus prænomen habet. D

110 T ATIL TIT M S·Q VILCA COS
o EX PR Q SER PVD F M M V

111 T ATIL TI TIAMSQVICA COS E
o EX PR Q SER PVD FACI C E E

Apud D. Abb. Bianchinum.

Vtramque inscriptionem idem Vir doctus ad par consulum de Gente Atilia F alterum, alterum de Villia intelligendam putat. Sunto quidem consules, sed suffecti, non ordinarii; quoniam ex Atiliis consulibus nullus prænomine Titi poti- G tus fuit, neque ex Villia gente collegam habuit: ex Villiis verò P. Villius Tappulus cum C. Cornelio Lentulo consul legitur Anno Vrbis DLV. in Fastis Capi- H tolinis.

112 BARBAR ET REGVLO COS EX OFIC FAVI
o FL APRI OP DOL F AD EVHEB I

Aper decurrens

Apud eundem.

Nomen primi istius consulis, emendato Panvinio, ostendit ex ea inscriptione, quam suprà Cap. III. num. 138. attulimus, Card. Noris in Epist. Consul. pag. 98. Plaudat illius emendationi nostrum K hoc quoque signum.

113 EX OF AVTR FORT OP FIG EX PRA
o COS GRAT CLA ET SEV · COS

Lunula L

Fasti omnes vulgati Clarum II. cum Severo habent: Noster autem later primum Clari consulatum confirmat, Fastis Vindobonensibus ad A. V. DCCCIC. suffragantibus; binisque illis inscriptionibus apud Gruterum pag. CLXXXIII. 1. 2.

A 114 L·IVN·CLARO·ET·AVR·SEVERO·COS
CASTRVM·PRAETORIVM·P·LXX
In tubo plumbeo.

115 CLARO·ET·SEVERO·COS·QVADRAT·SER·FEC
B CASTRVM·PRAETOR·P·CC
In alio simili.

ex quarum priori, nomina quoque gentilitia *Iunii* & *Aurelii* pro *Erucio* &
C *Claudio* suppositis per Panvinium & sequaces, emendantur. *Clari* verò & *Cethegi* nomina, qui per sex integras Olympiadas ab inito per Clarum & Severum
D consulatu consules processerunt, malè ex dicta prima inscriptione desumpsisse Panvinium, optimè detegit idem Emin. Norisius in Epist. Cons. pag. 108; quia
E non ex *Iuniis* atque *Aureliis*, sed è Corneliis atque Eruciis eos fuisse, evincit hæc Foroliviensis apud Nobb. de Albicinis inscriptio, quam amici ope recognitam, veriori quam apud Marchesium lectioni restituo.

116 I·O·M·OPSEQVE
M·VARENVS
POLYBIVS·PRO·SE
ET·SVOS
V·L·S·I
M·CORNELIO·CAETEGO·C·ERVCIO·CLARO
COS

117 OPVS DOL EX P L LIC ··· VLPIN
o COMMOD ET LATERANO COS
Cerva Serpentem devorans

XI



F Meminit hujus lateris Cardinalis Norisius in Epist. sua Consul. pag. 95, ubi Panviniū & asseclas emen-
G dat de nomine Sextii Laterani (quod ipsis Sextilius audit) supletque de ignorato prænomine *Titi*, ex
H græca apud Gruterum inscriptione pag. MXXI. 9.

118 ASINIAE QVADRATILL OPV ····
I o MINIM GALLICA ET VETERE
Botrus è suo traduce pendens

119 GALLICANO ET VETERE COS OPVS FIG
o OFFIC IVLIAE SATVRNIN
K *caput Bubulum*

120 EX PR L AELI AVG PII F OP DOLI AB ARISTIO
o SVCCESS GALLIC ET VETER COS
caput alatum Mercurii

L Legit Sponius in Miscell. pag. 302. *ex PALatio Aelii*, quod nos ex PRædiis Lucii Aelii indubiè legendum monemus; nîl enim Graculo cum fidibus, & Palatio cum Figlina.

Gallicani & Veteris (cui Antistio nomen faciunt) meminit inscriptio ista, in Basi Hortorum Iustinianeorum existens,

121 GALLICANO · ET · VETERE · COS A
VII · ID · IAN · COH · I · PR · 7
SATRI · GENIO · 7 · MISSI
HONESTA · MISSIONE · VII
HIBERO · COS B
P · CENSORIVS · IVSTVS · VIRVNO
L · VOLCEIVS · SEVERVS · SESTINO
Q · SEXTILIVS · VETVS · FLANONA
C · VALERIVS · VERANVS · TRIDENT
SERVIANO · III · COS C
T · ANNIVS · CRISPINVS · CVPRAMAR
T · ANTONIVS · PRIMVS · PERINTHO

quam veriori lectioni, tanquam à Smetio apud Gruterum pag. CVIII. 7. malè exceptam restituo, ut Ruperti & Reinesii altercationibus, de reformatione cognominis *Hiberi* in *Vibium Varum* Epist. XXXIV. pag. 224, & XXXV. pag. 267. intercedam.

Ex hoc etiam marmore firmatur praxis, quam suprà pag. 501. B. observavi, unicum consulem brevitatis gratiâ inscribendi: ut in eodem *Serviano* hæc quoque Tegulæ in Mausoleo D. Helenæ nota præbet exemplum.

122 OP DOL EX PR DOM LVC · · ·
o SERVIANO III COS

123 EX PR AGATHYRSI AVG LIB
o GLAB ET HOMVLO D
COS

Insignis ille lapis qui lateri occidentali Ostiensis Episcopii adhuc inhæret, in fronte gerit, M · ACILIO · GLABRIONE · M · VALERIO · HOMVLO · COS E
Hoc utitur Eminentiss. Norius pag. 90. ad emendanda prænomina, utrique per Panvinium & Pagium affixa. Nostrum hoc signum cum *Homulo* inscriptionis Ostiensis concordat, & *Omollum* aliorũ reformat. Consules hi fuerunt Anno ab Vrbe condita DCCCCV. Christi autem CLII. F G

124 EX PRAED ARRIAE FADILLAE CAEPIONIAN
o GLABRION ET TORQVAT H
COS
D

Horum quoque nomina cum prænominibus monstrat lapis olim Cecchinorum, modò Musei Carpinei, de quo Gruterus pag. CCCXXXVII. hoc est M. ACILI GLABRIONIS ET C. BELLICI TORQVATI A. V. DCCCLXXVII; Christi CXXIV.

125 HIB ET SISEN COS PEDVC LVPVL
o EX FIG · RHODIN · CAES N
rosa septem foliorum

Opportunè per hunc Hiberi cum Sisenna consulatum lectura præcedentis baseos num. 121. substinetur, deleto *Vibio Varo*, jubente Reinesio reposito.

126 MARCELL ET CELS II COS I
EX PR VLP · VLPIANIS · A L
In Vinea Raudenina ad Viam Tiburtinam.

Notam istam secundi consulatus post Celsum appositam, ad utrumque Consulem distributæ pertinere, docet alius hic later Musei Ciampini: K

127 IVVENTIO II ET MARCEL-
(LO II COS EX PR L
o Q SER PVD CVR HEDYN
caput Africæ

Nec enim hoc novum; nam consulatus multi-

A multiplicati Valentiniani cum Valente seniorum, unico post Valentem numerò designantur apud Gruterū pag. CLXIV. 3, MLXI.7; & in hac nostri Musei Christiana epigraphe,

B

XII AMANTIO BENEMERE
NTI IN PACE QI VIX
XIT AN XVIII M II D VII
C II D X KAL SEPT VALENTINIA
NO ET VALENTI
IIII

Item alia penès Arringhum in Rom. Subterr. To. II. pag. 177.

D

128 DEPOSITA PRI KALENDAS DEC
COSS. VALENT. ET. VALEN. III

Et sequentibus recentioris inventi.

E 129 BONIFATIE BE
NEMERENTI
IN PACE
QVE VIXIT ANN
F IS XXVIII DEPOSI
TA IN PACE XII KAL
SEPT VALENTINIANO
ET VALENTE III CONS
In Cœmeterio Pontiani.

G

130 PVER. RVFIN .....
QVI. VIXIT. ANN ...
XVIIII. D. LVIIII. D. PRID
H IDVS. OCT. DD. NN. VA
LENTINIANO. ET. VALENTE
AVG. III. CONSS.

I *Vinea Morona ad Viam Appiam.*

Consules hujus anni ab V.C. DCCCLXXXII, Christi verò CXXIX. ita signant Fasti anonymi Vindobonenses,

K MARCELLO II ET MARCELLO II

proximè ad nostrorum laterum fidem: At Panvinius fidem Ligorii secutus, cum eodem, & inscriptione ab ipso productâ,

L inter Gruterianas pag. DLXXIII. 2, *P. Iuventium Celsum II. & Q. Iulium Balbum* intrudit. Quantùm autem Ligorio credendum sit, pluribus ostendi in meo de Aq. & Aquæd. libello, & de Col. Traj. cap. VIII; Et in hoc eodem imposturę genere, tria persimilia fraudis exempla hominis inscitiâ & vafritie confictâ, refert Card. Noris in Epist. Consf. pag. 55, quibus & quartum addit pag. 89.

P. Iuventius Celsus, quem Panvinius hìc inopportunè consulatus honore decorat, Fastos anni DCCCCXVII. Christi CLXIV. implet cum M. Pompejo Macrino. Nomina & prænomina eorundem frustra sollicitasse Panvinium qui *L. Cornelium Celsum & C. Iulium Macrinum* eos vocat, optimè advertit Eminentissimus Norisius in sępe laudata, atque ingeniosissimi laboris plena Epist. Consf. pag. 105, *quousque eorundem Familiæ ex vetustis monumentis apparebunt.* Ipse tamen genti Nonię sub prænomine Marci, Macrinum inserendum pag. 103. proposuerat P. Pagio cui librum nuncupat, his verbis, *Gruteri pag. CCCCXLI. 10. laudatur M. Nonius M. F. Macrinus consul, XV VIR. SAC. FAC. PR. LEG. AVG. &c. In Græco elogio Gruteri pag. MLXXVIII. 2. laudatur M. Macrinus, M. Aurelii legatus consularis ac proprætor: Visne hunc Macrinum verum consulem hoc anno substituamus, in locum erasi è Fastis Macriani militis?* Hanc conjecturam, quamvis ei Eminentissimus Norisius non acquieverit, sed veluti ludenti similis proposuerit, avidè Pagius arripuit in sua Critica Hist-Chronolog. in Annal. Baronii Secul. II. pag. 60. At ego certiùs tria utriusque consulis nomina pando, ex sequenti nempe lateris signo Emin. Norisii omen me adimplevisse summopere gaudens. Observaveram illud pluriès, sed semper imperfectum & mutilum, modò inter rudera Templi Iunonis Lanuvinæ, modò in ædificio V. lapide Viæ Flaminiæ Ergastulo imminenti, modò in Museo Sab-

batino; donec tandem integrum ex Museo Ciampino habitum, extra sortem, quod ajunt, typis in sua ipsamet forma subiicere volui, quò M. POMPEI MACRINI & P. IVVENTII CELSI laterculus plenus & sincerus habeatur. A

131



B

C

D

E

F

132 O DARIS·THA·EX PR L·CEIO·COM C F
o NIGRO ET CAMERIN
COS

Cum hoc latere, Fasti omnes veteres ad A. V. DCCCXCI. Chr. CXXXVIII, Eusebiani scilicet, Alexandrini, Anonymi Vindobonenses, & Cassiodori consentiunt, fragmentumque Gruterianum pag. CCLVI. 5. Vnde nescio quibus auctoribus.. QVINCTIVS NIGER··· CAMERINVS MAGNVS Panvinio irrepserint; atque P. Pagius in sua Dissert. Hypat. rursus laterculum inverterit, cognomen MAGNI quod alter Camerino tribuit, in Nigrum transferens. Ipsi tamen viderint, dum nos, nominibus ac praenominibus eorum in medium relictis, recepta tantùm cognomina cum Fastis, & latere hoc nostro amplectimur.

XIII BRVT···
MAR·LVPI···
ORFITO·ET
PRISCINO
COS

Convenit haec inscriptio cum Fastis G
Anonymi in Bibliotheca Caesarea, in quibus A. V. DCCCLXIII. Christi CX. ita legitur *Priscina & Orfito*; & cum Haloandro, nisi quòd iste, secundos Fasces Priscino tribuit, & annū Christi CXI. H
cum Panvinio computat: Atqui Panvinius & sequaces jisdem literis retentis anagrammatizant, & *Crispinum* pro *Priscino* reddunt: quos ego certiori hoc lu- I
mine destitutus caecos duces, caecum me secutum fateor de Col. Tr. cap. IX. p. 282.

Debitâ jam serie, prout in Fastis, consules Paetinus & Apronianus hìc colloca- K
buntur. Vtriusque integrum nomen Panvinius in antiquę Figlinae signo apud Gruterum pag. MLXXXII. 16. se reperisse professus est: Sed, ipsius, & sequa- L
cium pace, emendandum est praenomen secūndi consulis, & pro *Cajo*, *Titus* ex hoc latere reponendus.

A 133 ···Q AMAR OP · DO ·······
o Q·AR·PAET·T·VEN·APRON
COS
Ad III. lap. Via Labicana.

B
134 PAETINO ET APRONIA
M·VINIC PANTAG SVLP^NI
In Thermis Agrippæ.

C 135 EX PR SENT SATR CAEPIO
o PAET ET APRON
COS

136 ABASCANTI CN DO ··· PR··
D o PAETINO ET APRON
COS

137 C·L·M·C·O ···· E·K·D·L
o PAETIN ET APRONIAN
E *Caput Mercurii*
COS

138 G·CALPETANI ····· EX FIG CAE N
o PAETIN ET APRONIAN
F COS

139 EX PR ANN VER EX OF ANAOS
o PONTIANO ET ATILIANO
COS

G Mirâ varietate in hoc consulum pari Chronologi discrepant. Eos hujus nostri lateris ope conciliavit Card. Noris
H pag.83. ut cum Idacio *Pontianum*, cum Prospero autem *Atilianum* veris cognominibus expresserit. Laterem exhibui in Syntag. de Col. Traj. cap. VII. pag.198.

I 140 PONT·ET·RVFIN COS
EX FIG A VITI AERI
T F P R I
Vinea Randanina ad Viam Tiburtinam.

141 EX PRAED Q·SER·PVD SVC HEDYNS
o PONTIAN ET RVFINO
COS

P. Antonius Pagi, qui ad annum Christi CXXXI. *Rufum vel Rufinum* nominat, dubium apud hosce lateres deponere poterit.

142 ····IVLI·IVLIAN
o ···ES ET RVFI····
Inter rudera Babiana XVIII. lap. Via Aurelia.

Præsentem, primum hujus laterculi consulem sinè nota geminati magistratus scribendum advertit Card. Noris pag.93, ex inscriptione apud Gruterû pag. CCC. ···BRVTTIO· PRAESENTE· A·IVNIO· RVFINO· COS· P· R· C· ANN· DCCCCVI; idemque ex hoc nostro fragmento adstruitur.

143 QVINTILLO·ET PRISCO·COS· OF EX
o PR·PLAVTI·AQVILINI
O D

Later iste inter construendum novum Telonium in Platea Petræ repertus, non levi indicio, Templum Divi Antonini Pii, erectum ibi fuisse, in ejusque Foro, probabile reddit, juxta P. Donati opinionem de Vrb. Rom. lib. III. cap. XVI. Signat idem annum V.C. CMXIX. Chr. CLIX, Imperii autem ejusdem Antonini XXI.

K 144 EX·FIG·TVRSEI·ISAVR·O·D·AB·L·FADPAS
o SERVIANO·III·ET·VARO
COS
Ibicis figura

L Hujus signi exemplar dedi pag.197. mei Syntag. de Col. Trajani, cui, ut exactius evadat, addo ex alio evidentioris ectypi latere, mediam illam, esse Ibicis vel alterius avis longi-cruris figurâ. Hinc Emin. Norisius pag.82. Fastos Panvinii & aliorum depravatos emendat. Iunge & sequentia postea reperta.

 A

145 EX FIG Q A M O D C N Y N FORTVNA
o SERVIANO III ET VARO
COS

146 EX FIG CAESAR O·D·OPPI STABILIS B
o SERVIANO III ET VARO
COS

In Museo Ciampino.

147 SEVERO ET ARRIANO COS : EX C
o FIGL DOM DOMIT

148 F·IVL STEP·GOD
D LVP·SEVERO
T ARRIAN COS

Non ad Severum & Herennianum, neque ad Severum II. & Pompejanum consules annorum Christi CLXXI. & CLXXIII. ne Fastis bene se habentibus vis fiat; sed longè antea, ex figlina expressa DOMitiæ DOMITiani, Consules istos retroducendos, & inter suffectos, incerto quidem tempore, enumerandos puto.

149 SEVERO· ET STLOGA COS· OPVS FIG
o IVLIAE SATVRN
Corona

150 O D EX ····· X P F Q F A
o L·STO ···· C RVT
COS

In Insula Sacra.

Ignotum & mutilum hoc par consulum, perfunctoriè indicatum esto.

XIV o COSS·AMB·SVLP

In Cœmeterio ad duas Laurus.

De duobus Sulpiciis, nullam in Fastis memoriam invenio. Inferiorum temporum esse hanc inscriptionem, geminata litera S in consulum nota, satis inducit.

151 EX PR CAES OP DOL Q P P
o TORQ ET IVL COS

Ad Caveam Circi Maximi.

Torquati & Iuliani consulatus in annum Christi CXLVIII. cadit. Panvinius eundem Torquatum esse putavit, qui cum Attico quinque elapsis annis consul fuerat; unde notã numeralem secundi consulatus tam ipsi, quàm collegæ Iuliano apponit. Atqui noster hic later alium à D superiori Torquatum esse ostendit, tollendasque proinde geminationis notas.

152 TORQ II ET LIBON COS EX PR Q SE
o R PVDENT CVR HED E
YN SER

Museo Ciampino.

Alterius Torquati Asprenatis II. consulis cũ Annio Libone A. V. DCCCLXXXI. F Christi CXXVIII. meminit istud signum, per quod emendatur Panvinius, qui eundem Torquatum III. cos. Fastis suis inscribit: quamvis merus ibi Typographi G error agnosci debeat; cùm in Indice nominum tam *Nonii Asprenatis Torquati*, quàm *Annii Libonis*, nota geminati Asprenatis consulatus legatur: nec enim H ignota esse potuit Panvinio sæpe memorata illa Cecchinorum inscriptio apud Gruterum pag. CCCXXXVII. quattuor consulatibus insignis, ubi lineâ 5. TOR- I QVATO·ASPRENATE·II·ET·ANNIO·LIBONE·COS habetur. Magis autem mirum est, quòd Pagium, cæterosque Panvinii asseclas id fugerit, quo- K rum nemo secundos hosce Fasces Torquato tribuit, in quo etiam vetustiores Fastos Anonymi mendosos videmus. Quin & ipsos Eusebii à Scaligero illustra- L tos; qui illis plùs æquo fidens in suo Indice Gruteriano prædictam inscriptionem Cecchinorum ad probationem con-

sulatus

A sulatus Torquati & Libonis referens, adversus illius indubiam fidem, notam secundi consulatus in Torquato omisit.

153 EX PR ······ AVG LIB
B o VETERE ET GAL
COS

In pluribus lateribus ad D. Anastasiæ in Circo.

Gallicanum & Veterem (malè *Venustum* C Halloandri) nominari hos Consules Aeræ Christianæ CL, suprà pag. 505. observavimus. Vnde nominis tantùm utriusque præposteratio advertenda remanet.

D XV VETTIO RVFO COS
ET POMP MATER
DE PR *Aper* ARR
E FAD *gradiens* CEPIO

De his consulibus tempore Arriæ Fadillæ, Imperatoris Antonini Pii matris (ita eam vocat inscriptio Grut. p. DCVII. 1.) F nec volam nec vestigium inveni. De eadem *Arria Fadilla*, prædiisque ejus *Cæpionianis*, meminisse vidimus aliud Figlinæ signum, quod sub consulatu Gla- G brionis & Torquati suprà num. 124. recensuimus.

Absolutis Consulibus, ordinem interruptum post inscriptionem num. 101. H ita prosequimur.

154 L·CORNELI PRISCI
Ad Caveam Circi Maximi.

155 TEG·C·COSCONI
I FIG·ASINI·POLL
In Vinea Mileti ex schedis Barberinis.


156 o COSMI·M·H·R·S
Caduceum alatum

K 157 o CHRESIMI·L·M·C
Caput Mercurii & Caduceum ponè
simile signum absque adspiratione.

158 o CRESIMI·L·M·C
L *Caput Mercurii*

159 FVNDVS CRIS
PINIANI BIPEDA
Museo Carpineo, literis inversis.

Nomen hoc *bipedæ* Lexicographis omnibus incognitum producimus, quamvis Palladius eo usus, imò & abusus sit; dum absolutè *bipedas* pro tegulis intelligit lib. VI. cap. II. ibi, *Tunc, antequam rudus siccetur, bipedas, quæ per omnia latera canaliculos habeant digitales jungemus*: Vitruvius namque, (unde illud accepisse Palladium lib. VII. cap. I. observat Philander in Annot.) non *bipedas*, sed *bipedales tegulas* nominat. Nec enim tegulæ omnes bipedæ, quoniam & sesquipedales tegulas idem Vitruvius memorat lib. V. cap. X., & passim minoris majorisque magnitudinis reperire est. Idem de lateribus dico, qui & ipsi (prout hic noster) ut plurimùm bipedales, non raro minores existunt, ut notavi in descriptione Arcuũ Neronianorum de Aq. & Aqued. Dissert. I. pag. 23. Vtrosque, bipedales



scilicet, & sesquipedales, solidissimâ firmitate commixtos hac specie video in fornicibus Porticus inter Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Planctu & Aediculam Beatæ Mariæ in Caccabariis, quam Cn. Octavii Cn. F. Nardinus, Philippi verò P. Donatus, fuisse credunt.

160 C CVLDIASV
In latere sub Hortis Matthæiis.

Hujus ejusdem signi fragmentum memini me videre in ruderibus Circi Gallieni ad Viam Appiam;

161 M·CVSONI

sub ansa vasculi utrinque ansati, pampinis & botris ornatis Vineâ Scafettâ ad Viam Latinam.

162 DAEDALVS·DD
LVCETTVL·S·F·

163 DO-

163 DOMITIAE DOMITIANI SVLPICI XIIC A
o PAETINO ET APRONI
COS

Vinea Nobb. de Molaria ad Portam Latinam.

164 CRESCENTIS DOMITIAE
o LVCILLAE P F SER
nux pinea

Domitiam hanc Publi filiam Lucillam eandem esse credo cum Domitia Calvilla M. Antonini Philosophi matre: apertè siquidem Spartianus initio Vitæ DIDI IVLIANI, matrem Marci *Domitiam Lucillam* vocat. Et licèt Capitolinus in Vita Marci *Domitiam Calvillam* eidem in matrem dederit; paullò tamen infrà ita ait, *Quum Lucillam matrem Marci in viridario venerantem simulachrum Apollinis vidisset*: itaut cognomen illi duplex fuisse hinc habeatur; & *Calvillæ* abjecto, hoc potiùs *Lucillæ* usurpaverit. B C D

165 OPVS D EX P DOM LVC CN DOM ADIEC
o PAETINO ET APRONI
COS

Ex Musio Sabbatino. E

166 TERTIVS
DOM LVC

Ad D. Laurentii extra muros.

167 OP D TERTI DOMIT P F LVCIL
o PAET ET APR COS

In Ædibus Nobb. de Severoliis ad Thermas Agrippæ.

Patet hinc verior explicatio signi sequentis apud Falconerium, post Nardinum:

168 TERT·D L EX·F·CAN·OP·DOLI·I
o TIT·ET·GALL·COS·

in quo lapsum credimus excellentis aliàs doctrinæ Virum, ut de *Tertullo Decimi* cujusdam *liberto* intelligeret eum, quem *Tertium Domitiæ Lucillæ*, idest *servum* agnoscimus, & plures alios idem fictile opus exercentes damus.

169 APRILIS AGATHOBVLI
o DOMITIAE LVCILLAE
caput diadematum

Ad D. Anastasiæ.

170 PRIMITIVI
DOMITIAE LVCILL

In Ædibus Severoliis.

171 OPVS FIG FORTVNATI
o DOMIT LVCIL

Ad Cæmeterium B. Tertullini Via Latina.

172 NICOMACHI DOMIT LVCIL
o *nux pinea inter duas palmulas*

173 EX PR DOMITIAE LVCILLAE OP DOL
o FORTVNATI LVC F
duæ palmulæ

Quin & sexto post consulatum Titiani & Gallicani anno, idem Tertius Domitiæ Lucillæ servus occurrit Hibero & Sisenna consulibus. G

174 HIB·ET·SISE··· PR DOM
o LVCIL·TERT H
FEC

175 ···O·D·LVCIL·FEL···
o ····ET ATILIA·····
corona quercea I

Inter rudera Templi Iovis Latialis.

Consules sunt Pontianus & Atilianus, quorum nomina suprà expressa vidimus in eo latere, in quo mentio prædiorum Annij Veri, hujus Lucillæ, ut credimus, viri habetur. K

176 O DOL EX PR D P F LVC P ALEX L
o NIGRO ET CAMER
COS

Ad Thermas Titi.

177 EX

A 177 EX PR DOM LVCILL · O D SER MODES
o IMP · ANTONIN ET VERO
COS
Sub Aventino ad Caveam Circi Maximi.

B 178 EX · PR · DOMITIAE · LVCILLAE EX FIG DOMIT
o MINORIB · OP · DOL · AELI ALE
XANDRI
palmula

C *Ad Mausoleum D. Helenæ.*

179 QOPPI VERECVND · · · · OL DOM LVCILL
o APRON ET PAETINO
COS

D 180 EX PR DOMITIAE P F LVCILL OF POMPEI
o L AELIO CAESARE II ET LAB
COS
Sub Hortis Cœliis Matthæiorum.

E In quo latere error in consulatu L. Aelii Veri Cæsaris secundo cum LAB emendandus est, inverso literarum LAB ordine, ut BAL, scilicet BALBINVM, ejus
F juxta omnes Fastos collegam anno Christi CXXXVII, notare debeant.

181 OP DO CL QQ ET C MAPT
G o EX PR DOM LVC
nux pinea
Ad Bivium Latinæ & Asinariæ.

Notæ illæ CL QQ in hisce aliis signis
H explicantur.

182 EX PR DOM LVCILLAE OP DOL
o TI CL QVINQVAT
Ad Thermas Titi.

I 183 ODEXPRDOMLVCMERCLQV
o ANT IIII ET VER II
COS

184 OPV · DOL · EPAGATH TI CLAVDI
K o QVINQVA SER
nux pinea

En ipsum Epagathum cum simili nota.

185 EPAGATHI CL QQ·
L o DOL·
Ad Ædiculam Domine quò vadis?

nempe Tiberii Claudii Quinquatralis, noto jam ex hac quoque inedita inscriptione cognomine,

186 Q · PETILIO · QVINQVA
❦ TRALI QVI VIX · ANN VI ❦
MENSES VIII DIES
XXVI PETILIA EVTY
CHIA MATER FILIO
DVLCISSIMO
Apud Perinum Lapicidam in Sarcophago.

tanquam ipsis fortasse Quinquatribus nati. Quinquatria (quod obiter dictum sit) XIV. Kal. Aprilis Kalendaria consignant, tam Gruterianum pag. CXXXIII, quàm Vindobonense apud Lambecium: Vnde corrigendus venit Passeratius Lexico-graphus, qui ex Ovidio perperam intellecto, die unâ, nempe ad XIII. Kal. Aprilis protrahit.

Hic idem Claudius Quinquatralis, non jam in prædiis Domitiæ Lucillæ, verùm LVCILLAE VERI Figlinâ habuit;

187 OD EX PR LVCILLAE VERI
o FEC MERC CL QVIN
Ad Caveam Circi.

unde certum videtur, eandemmet Domitiam, omisso nomine gentilitio à cognomine Annii Veri mariti sic dictam: cui propterea hæc alia signa tribuemus.

188 OP DOL EX PRAED LVCILL
o VERI Q F A
Villa Corsina.

189 OP DOL EX PRAED LVCILL
o VERI Q L V
Vinea Nobb. de Cavaleriis ad Antoninianas.

190 TI CLAVDI SECVNDI EX PR
o LVCILLAE VERI·
campanula
Hortis Matthaiis sub Cælio.

191 OP·DOL CLAVDI SECVND
o EX PR LVCILLAE
VERI
Ibidem.

Potuit quoque sub hoc *Lucillæ Veri* nomine alia junior Lucilla Marci ex Faustina filia Luciique Veri Cæsaris uxor, latère. Et certè, nisi ad hanc, nescimus ad quam pertineat hoc aliud signum;

192 FAVSTI DOMITIAE C N F
o LVCILLAE
Sub Aventino.

Domitiam enim seniorem PVBLII filiã fuisse ex pluribus deprehendimus: Quapropter explicandæ erunt tres illę ultimę prioris lineæ notæ C N F *Cæsaris nostri filiæ*, & dicendum, huic quoque Lucillę ex avia paterna nomen Domitiæ inhęsisse.

Sed jam in duas Domitias Lucillas incidimus, adversus Bellorii definitam legem in Addit. ad Angelonium in Aelio Cæsare, ita perfractè asserentis, *Una sola, e non più Lucille si trovano, e questa figliuola di M. Aurelio Antonino fù moglie di Lucio Vero.* A Atqui pace tanti Viri, non dicam probabile, sed necessum est duas Lucillas concipere: illa enim quæ B in inscriptione Gruteri 12. pag. MIX. L. Aureli Veri coniux dicitur Pudente & Pollione cos. Anno Christi CLXVI, alia proculdubio est ab ea, quam nostræ in- C scriptiones sub Pætino & Aproniano, hoc est XLIII. antea annis reponunt. Nummi quoque opinionem hanc promovent, in quibus Lucilla junior semper D ANTONINI AVG F dicitur ad Aviæ distinctionem quæ LVCILLA AVGVSTA denominatur, eã prærogativã qua cæterorum Augustorum matres insignie- E bantur, ut adnotat Ill. Spanhemius Diss. VII, *licèt aliàs nunquam Augusti coniugii consortes.* Et inter hujus Lucillæ senioris nummos, is qui *Fecunditatem* in- F scriptam habet, ipsi soli convenit; quoniam, ut bene ratiocinatus fuerat Angelonius (licèt & ipse de hac priori Lucilla falsus) *l'altra Lucilla non fece figliuoli*, G *ne le si doveva perciò stampare il rovescio con la Fecondità che si vede in questa.*

193 DOMITIAE RESTITVTAE S
o *corona* H
Sub Thermis Titi.

194 o EX OF DOMITIANA
Ad Caveam Circi Maximi. I

XVI o OPVS DOLIAR EX PR · · · · FIG DOMITIANI
Hercules Cervam æripedem sternens

195 OP D EX F AVG N FI DOMITI
o ANAS CALPVRNI

196 OPVS DOLIARE EX PRED
o DOMITIANI AVGV
Aper

197 OP DOL EX PR DOM AVG N FI
o LINAS CENIANAS
caput Minervæ & jaculum
In tegulis Ædis S. Constantiæ:

198 OP·D·EX·PR·AVG·N·FL·DOMITI
o ANAS·MAIORES· K
nux pinea
Ex Templo Domitiani in Via Appia lap. VIII.

199 OPVS DOLIAR EX PRAED DD NN
o EX FIG DOMITIANIS MINOR L
Scorpio
Ad Caveam Circi Maximi.

200 L·DOMITI
Via Flaminia ad D. Leucii rudera.

201 C N

A 201 o CN DOMITI AMANDI
CN D A
in rectum in medio, repetito per notas Domitii Amandi nomine

B 202 CN DOMITI AMANDI
o VALEAT QVI FEC
palmula

C 203 CN DOMITI AMOENI
o VALEAT QVI FECIT
corona è qua palmę hinc indè exeunt
In Hortulo D. Mariæ in Plantis.

D 204 CN DOMITI ARIGNOT
o FEC
Ad D. Anastasiæ in Circo.

205 o CN DOMITI CHRYSERO
ramus palmæ

E 206 o CN DOMIT DAPHNI
caput Minervæ
In Cœmeterio B. Castuli.

207 o OF SOF DOM DECEMB
rota

208 CN DOMITI
EVARISTI

209 CN DOMITII EVARIST
o V ⏀ Q ⌀ F ⏀
Ad Sacellum Domine quò vadis?

210 o DORI SERVI SECVN
caduceus
Villa Carpinea.

211 OPVS DOLIARE EX P· L·EDISTI
o *Leo gradiens*
Ad D. Agnetis in tegula.

212 L·FABRIC·MASO
In fundo Lucernæ Musei Ciampini.

213 OP DOL EX PR DOM AVGG NN FIG
o ORIAN P AELI DEMETRI (FAV
Equus gradiens
Museo Sabbatino.

F 214 OP DOLI EX PR DOMINI N AVG
o EX FIGLINIS FAVRIANIS
Minerva cum hasta

215 o OPVS DOL EX PRAED FAVSTINAE AVG
G o · · · · · · · MI · · · S · ·
In S. Maria de Celsano prope Viam Claudiam.

216 OPVS DOLIARE EX PRAED FAV
o AVG N CAI VI CRESCEN
H *Puer globo insistens dex. hastam sin. arcum*

Aliud jisdem literis in orbem, & in medio *Neptunus*
Museo Sabbatino.

217 OPVS DOLIARE EX PRAED FAVSTINAE AVG
I o N̄ EX FIGL FAVN IVL PRIS
Canis currens

218 · · PR FAVSTINAE A · · · · · ·
o · · · BRVTTIDIA · · · · · · ·
K *Villa Carpinea Via Aurelia.*

219 · · · FAVSTINAE AVG
o · · · VLP · · · ·
In tegulis S. Constantiæ.

L 220 EX PR AV · · · · I C FAVSTINA AVG
o OPVS DOL EX FIGL PONTI
L F P
inter duos ramusculos
Ibidem.

221 o FAVSTVS DOMIT·TVLLI
FECIT

222 o C FLAVI ABASCANTI CN DOMITI HERMETIS
In Cœmeterio B. Castuli.

223 o EX·PR·FLAVI APRI
ODFADVHE

224 o EX·PR·FLAVI·APRI·OPVS
DOLIA·LARGIO

225 o EX PR FLAVI APRI FIG PVBLIL
OP·RVSTI FELIC
In ruderibus Basilicæ Antonini.

226 o FL CORINTHI EX PRAED D N IMP
Cervus decurrens
In tegulis S. Constantiæ.

227 T·FLAVI
EVCHRI
Ad Bivium Latinæ & Asinariæ.

228 o T·FLAVI·IANVARI

229 FLORENT
In fundo lucernæ.

230 o FONTEI FIRMI EX PRIVNCIN
Aper currens

231 o OP·DOL·EX·PR·AVGG·NN·FIG·NOVAS
FONT·PROCLI·ET·INGENVA
caput Solis radiatum cum flagello ponè

232 ❧
FORTIS
In fundo lucernæ.

233 o OPVS DOL EX FIG FVLVIAE LVCILLAE
Victoria gradiens cum corona

234 o OPVS DOL EX FIGLIN DOMIT MAIOR
FVLVIAE SVABILLAE
Vir seminudus dex. pateram super ara extendens
Inter rudera Lanuvii.

235 o T GREI IANVARIV
Ad D. Anastasiæ.

236 o T GREI IANVARI EX F C D
❧ V·Q·F ❧
Ibidem.

237 o HERMETIS
caduceus inter duos ramusculos.

238 o HERMETIS
C·CALPETA FAVOR
inter duas stellulas
In Horto D. M. Sanitatis in Viminali, ubi plures.

239 C·HILARI
ROMANI

240 o EX PR HONORATI
MACRINI

241 o EX PREDIO HORTESI PAVLI
NI NEG METILI PROCL
Luna silens
Ad D. Anastasiæ.

242 C·HOSTILI
NICANORIS
Sub Aventino.

243 C·HOSTILI
NIPHETI
In Cœmeterio ad duas Lauros.

244 IANVARI
corona & palma eâdem linea
In Museo Sabbatino.

245 o EX P IVLIAE ALB OP HERMIAE
APR ET PAET COS
Ad Aquam Transversam.

A 246 EX PR IVLIAE IXPVLAE EX FIG MVLI
o ONIS OP DOL T RAVI FELICIS
Cervus currens
Sub Cælio Hortis Matthaiit.

B 247 TEG DOL DE FIG · IVLIAE PROCV
o FLV · NEG ·
caput diadematum.

C 248 EX · PEREDIS · C · IVLI · APOLLINARIS
o FAC · ET · MAGNIO
Ad D. Vitalis ubi plures.

249 C · IVLI · NICI
In fundo lucernæ.

D 250 OPVS DOL · IVLI · THEODATI · EQ · R · FIG
o SAL · EX · P · FL · TITIANI C · V.
Equus currens
Vinea Angelonia ad Viam Salariam.

E 251 C · IVNNII
In fundo lucernæ.

252 LEG·I·A·P·F *adiutrix pia felix, seu fidel.*
Ad Castrum Iacæ in Hungaria ex sch. Vatic.

F 253 C· LICINI DONACIS
Museo Sabbatino.

254 L · LICIN
G SVCCES
Præneste.

255 EX PRAED ARRIN··· OTIM
o LVCIFERI CAVRION
H *palmæ ramus*

XVII L·CAESAR

in fundo lucernæ apud me, in cujus parte superiori visitur imago Lucii Aelii affa-
I bre impressa in corona laurea.

256 EX OFFICINA
LVRI MARTIALIS
K *Ex D. Abbate Blanchino.*

257 o L LVRIVS MARTIALIS FE
Apud Montem Portium.

258 L LVRIVS PROCVL
L o FECIT
In tegulis D. Constantiæ.

259 DOL XV LYCIVS LIICII
Villa Carpinea.

In dolio maximæ mensuræ; in cujus labro hæc nota numeralis XLI adest, urnarum scilicet, quas culleare istud vas capiebat, cui Plinius dat amphoras XX; seu (quod idem est) urnas XL; aliam verò addit Cato *accessionis loco*, *& pro detrimento*, ut bene explicat Paetus de Mensur. lib. III. pag. 50.

260 EX PRAE MAGIAE MARCELLAE
o FIGVL ORTENSI PROCI
duæ palmulæ

261 M · MARI
PRIMIGENI

262 EX·PR·Q·MARCI·HERMOGE
o FEC·NVNNIDIVS
RESTITVT
Inter rudera Portuensia.

XVIII L·MARMI
In fundo lucernæ.

263 OP DOL EX PR GRAVS AVG N SER
o VI MATI RESTITVTI
Ad D. Agnetis in tegula.

264 Q METILI

265 o C·MILASI·CVPITI
nux pinea

266 OP D FIGLINIS AVGVST L MVNA
o TI CRESCENTIS
In tegula ad D. Agnetis.

267 C · MVRRI
In vase, & forma plantæ pedis inclusum.

268 o C NAEVI GAMI
palma

269 NEPOTIS· CN DOM TROPH
nux pinea inter duas palmulas

270 OPVS DOLIARE EX PRAEDIS
o DOMINI N ET FIGL NOVIS
duo pisces

271 EX PRAED M AVR ANTONINI
o OP DOL NVMERI IVSTI
Inter rudera Templi Lanuvini.

272 OP DOL EX PRAED AVG N FIG
o OCEANAS MAIORES
rota

273 OP DOL EX PR AVGG NN FIG OCE
o AN MINOR T RAVIO FELICE
Ad Aggerem Servii.

274 o C · OPPI · FELICIS A
cymba

275 o Q · OPPI · NATALIS
Mercurius cum caduceo
è ruderibus Palatii. B

276 o Q · OPPI · PRISCI
caput diadematum
In Aventino ad D. Priscæ. C

277 C · OPPI · RES
In fundo lucernæ.

278 o C · OPPI · VIIENTI
Mercurius cum crumena & caduceo; Gallus D

279 o OPTATI · M · FORTVNA
Aquila ore palmam gestans
In Amphitheatro Flavio. E

XIX



Stellatinum Agrum, à quo Stellatina Tribus dicta fuit, F in Etruria collocat Festus per hæc verba, *Stellatina Tribus non à campo eo qui in Campania est, sed eo qui* G *parùm abest ab Vrbe Capena, ex quo Tusci profecti Stellatinum eum Campum appellaverunt.* Pagum ejusdem H Agri primùm hęc nostra inscriptio memorat: ex Livio namque in Samnitium, vel Campanorum I finibus fuisse dignoscitur.

280 EX FIG OCEAN MAI CAES N OP DO
o Q · PERVSI PVDE
palmæ ramus K

281 T · PETISI
APRILIS
Inter rudera Amphitheatri Trebulani.

282 EX·PRE·C CVRI···· ANICE··
o PHARNACA · P · A ·

283 PHRONINI
Ad Caveam Circi Maximi.

284 ··· CAEPION · PLOTIAE · ISAVRICAE
o FOR·PECVLIARIS·SER

285 PLOTIAS
PHOEBE L
Præneste in latere.

286 o PLOTINAE AVG QVIN
Vinea Fidentii inter Appiam & Ardeatinam.

Quin-

A *Quincta* fortè ex pluribus hujus Augustæ figlinis hîc designatur, ut ex Falconerio suprà pag.499.L.animadvertimus; plures quippe habuisse, ex sequentibus
B constat,

286 M·VALERI·PRISC·EX·PRAEDI
o PLOTINAE AVG
nux pinea
C *In Thermis Agrippæ.*

287 EX PRAED PL AVG LICINI PVDEN
o PAETIN ET APRONIA
COS

D 288 T CAMIDIE ATIMET DOL
o EX PR PL AVG
Vinea Guglielmina sub Cœlio.

289 EX··· VALERIAES NICES
E *o* EX PR PLOT AVG
DOL
Ad D. Agnetis in tegula.

290 *o* CATVLLI PLOTINAE AVGVSTI
F *In Cæmeterio Priscillæ.*

291 EX FIGIL PLOTINAE AVG DOL
o MOCI ANTIOCHI
nux pinea inter duas palmulas

G 292 L · POMPEI
FORTVNATI
Præneste in latere.

293 EX PRAED POMPONIAE Q·F·BASSI
H *o* ····SCAITENI ····
palma

294 EX PR POMPON·BASSIL
o BENEDICTVS
I FEC
Vinea Guglielmina.

295 OP DOL EX PRAED AVG N FIG
o LIN PONTI CLANASI
K *Luna silens & Stella*
Inter Palatii rudera.

296 OPVS DOL EX FIGL PONTI
o CLIANA EX PRAED CAES
L *caput Bubulum*
Ad D. Agnetis in tegula.

297 OP DOL EX PR M AVRELI ANTO
o NINI AVG N PORT LIC
Mars cum clypeo & hasta

Aliud iisdem literis, eodemque pacto in orbem dispositis, & in medio *Mercurius cum crumena & caduceo.*

298 OPVS DOLIARE EX FIG FVL
o VIANIS POR LIC
duo ramusculi

299 PRIMIGENI DVO
DOMITIOR S P F
Ad D. Anastasiæ.

300 PRIMIGENI
DOMITIOR·S
In Cæmeterio ad duas Lauros.

301 PRIWIGENI *sic*
DOMITIOR·SE
In Cæmeterio B. Tertullini.

302 OP DOL EX PR AVGGG NNN FIGL
o BVCCABAN C PRISCO
Minerva cum hasta & clypeo ad pedes

303 PRISCI GAVIAE AIMYLIAE
o ABNEP
Ad D. Priscæ.

304 OP DOL EX PR AVGG NN FIG BVCCO
o NIAN PVBLICI CONSORT
Biga cum Victoria

305 M·PVBLICI IANVARI
o EX OFFI·DOLEARIA
MAIORIS
Ad D. Priscæ.

306 M·PVPIVS DE FIGLINA
o V·P·RVTILI AEGIALI
Via litterali sub Turri Perna.

307 Q·T·S
Præneste.

308 R · S · P
OF·DOM
S · IIII
In lateribus Thermarum Diocletianarum.

309 R · S · P
OF·PVL
S · II
Ibidem.

310 C·RABIRI·TIBVRTINI
In ruderibus Templi Lanuvini.

XX C·RA-

XX C · RABIRI · TIB
VRTINI · VICTORIAE
Ibidem.

311 *o* ROSCIANI DOMIT AGATHOB
caput galeatum inter duas palmas

312 C·RVFELLI VERECVNDI
o FIG·MED·Q·A·M
duo palmæ
Ad D. Bibianæ.

313 DOLIARE L RVSTI LYGDAMI
o PAETIN ET APRONIANO
COS
Præneste.

314 O DO EX PAVST AVG FIG RAVINIA-
o RVTILI SACESSI (NAS
palma transversa
Ad Thermas Titi.

315 S · P · C
OF · PVL
S · II

316 S · P · C
OF · TEM
S · II

317 *o* OFFS R F DOM
In Thermis Diocletianis omnes.

318 OP DOL EX PR AVG FIGL NOVA
o SABINIA INGENVA
palma
Inter Palatii rudera.

319 *o* EX F CASTRICIA C SATRINI CELE-
Gallus (RIS

320 *o* EX F OCEANI C SATRINI CELERIS
caput Mercurii cum crumena & caduceo

321 EX FI. OCE · M
o C·SATRINI CLEMENTIS
caput galeatum

322 C · SENTI HILARI

323 *o* EX·F·C·SEPPTIMI·AVG·OPVS
Ad D. Bibianæ.

324 *o* L · SERVI · FORTVNATI
tres palmæ.

325 OP · SERVILI FORTVNATI MACEDONIA EX PR
o T STATILI MAXIMI SEVERI
palmæ ramus

326 *o* L · SEXTILI RVFI
Ad D. Anastasiæ ubi plures.

327 M · S T A T I
L V C I F E R I
In labro Sarcophagi super Cœmeterio B. Castuli.

Hunc eundem præposterato prænomine, & in orbem impressum, ita in alio latere inveni.

328 *o* STATI · M · LVCIFERI
Victoria cum corona & palma

329 EX PR STATILI MAXIMI OP DOL
o VERATI MODES
Sub Thermis Titi.

XXI EX PRAEDIS STERTINIAE BASSVLAE
o OFICINA LICINI DONATI
M
In Insula Sacra.

Innotescit hæc mulier ex inscriptione Gruteri 10. pag. CCCCXLII: itemque ex hoc alio latere.

330 EX · PR · · · · TINIAE BASSVL
o OF · DOMIT · RVFIN
caput Minervæ cum jaculo

XXII S T R O B I L I
In fundo lucernæ.

XXIII *o* OF · TEMP · P · STV
Ex Hortis Theophilis in Cœlio.

331 S V L P I C I A
A V L I · S I L V A
Vinea PP. Minor. Convent. Via Latina.

332 L · T A R Q V I T I
In Thermis Titi.

333 OPVS DOLIARE EX PRAEDIS
o AVGG NN FIG C TERTIT
rota sex radiorum

334 EX·PRAEDIS·CAES·N·OPVS
o DOL·TETELLI·DON

335 P.

A 335 o P·TETTIVS·L·F·F
Via Cassia ad VI.

336 o THALAMVS CN DOM·TRO
caput Minervæ inter clypeum & jaculū

B XXIV REG D N THEODE
RICO FELIX ROMA
In tegula ad D. Michaëlis ad ripam Tiberis.

Plurima in variis, publicis præsertim, C ædificiis reperta signa, sub hac etiam epigraphe,

337 ✠ REG D N THEODE
D ✠ RICO BONO ROME

curam Theoderici *Vrbis faciem ornandi, & in pristinum nitorem restituendi* demonstrant, de qua sæpe Cassiodorus te- E statur. Emendetur hinc pseudographia Dausqueii *Theodoricum* cum incorrecta illa Tarracinensi inscriptione apud Gruterum pag. CLII. 8. vocantis, adversùs F certiora monumenta nostrorum laterum, binarumq. concordantium melioris notę inscriptionum; unius scilicet apud eundem pag. MLXXXII. 14, alteriusque se- G quentis ex Peirescii schedis.

338 SALVO·D·N·THEODERICO
REGE · GLORIOSISSIMO

H 339 EX FIG
o TONNEIANIS AB L LICINIO
FELICIS

In fundamentis novæ Ecclesiæ S. Pantaleonis.

I 340 IM CAES
o TRAIANI AVG G D QVINTIANA *Ger. Dac.*

341 SVBORTA
K P CAE N ET AVG
R DAC·Q·C
T ABBARS
Ad D. Priscæ.

L 342 L·VALERI·SEVERI
o · EX·FIG·DOM·
Ad D. Anastasiæ.

343 o EX·F·L·VELLICI·SOLL

344 OP DOLIARE·EX PREDIS D N FI
o GLINIS VETERES·ET
Fortuna cum Cornu copiæ & clavo

345 OPVS DOLIAR EX PRAED D N
o EX·FIG·VETERI
Elephas

346 OPVS DOL·DE PRED·AVG N
o EX FIGVLINA L VETERIS
Fortuna cum Cornu copiæ & clavo

347 *caput* T·VETTI *caput*
Bubulum FVSCI *radiatum*
In labro dolii maximæ magnit. Musæo Ciampini.

348 VEXIL·TRES
Hungaria in Castro Iaca ex sch. Lilii Vatic.

349 C·VIBI DONA··
FELIX SER P ····
Ad D. Anastasiæ in Circo.

350 M·VIBI·PRIMI
Prope Care.

351 VICTOR
In Cæmeterio Callisti.

352 *inter duo* VICcI *Copiæ cornua*

353 o VICIANA L IVLI RVFI

354 M·VLP·SVCCESS
SVLPICIANI

355 L·VOLVSI
PHASIS
Vinea Guglielmina sub Cælio.

356 VRBINVS·F
In vase fictili apud Smetium.

Liceat simulatum quamvis Patrię nostrę nomen utcumque recolere.


357 VRISAISVJ
In Circo Gallieni ad Viam Appiam literis inversis.

358 ZOSIMI·L·IVLI·RVFI
o ·VICCIANA·
caduceum
Vinea Guglielmina.

Sed jam varietatem & amœnitatem aliquam expectat tot paginarū jejunitas.

Lamella ærea hujus magnitudinis & formę apud me est, quæ collariæ Servi alicujus fugitivi infigi potuit, quò, ejus ingenio perspecto, tot custodes quot inspectores sortiretur; postquam parum fidebant prisci illi Quirites precationibus Virginum Vestalium, quibus nondum egressa ex Vrbe mancipia retineri credebant, ut docet Plinius Histor. lib. XXVIII. cap. II.

XXV



Similem, sed ex plumbo, refert ex Museo Andreino Neapoli à se visam, P. Mabillonius in suo Itin.Ital.pag. 119, eandem comprehensionem, & ad Dominum reductionem fugitivi iniungentem, his verbis.

359 TENE ME QVIA FVGIO ET
REVOCA ME IN VIAM LATAM
AD FLAVIVM D·M *Dominum meum*

Ipsam collariam ita in orbem inscriptam refert Pignotius de Serv.

365 TENE ME Q
VIA FVG· ET REB
OCA ME VICTOR
I · PACOLIT
O A DOMIN
ICV CLEM
ENTIS ☧

averesâ parte

FVGI EVPL
OGIO EX
PRF VRB

Extat hæc etiam in Museo Bellorio.

360 TENE ME QVIA FVGI ET — A
REBOCA ME IN BASILICA
PAVLI AD LEONE

Alias quinque subiicio ex schedis Barberinis. — B

361 TENE ME NE FVGIAM ET
REVOCA ME IN FORO TRAIANI
IN PVRPVRETICA AD PASCA — C
SIVM DOMINVM MEVM

Penes Claudium Menetrerium.

362 TENE ME QVIA FVGI ET
REVOCA ME DOMINO ME — D
O BONIFATIO LINARIO

363 S E R V V S S V M
LEONTIS S C R I N I
TENE·ME·NE·FVGIA — E
ET·REVOCA·IN CLIV
O· TRIARIO

Penes Zebillum Maffium.

364 IANVARIVS DIC — F
OR·SERVVS·SVM·DEX
TRI·EXCEPTORIS·SENA
TVS·QVI·MANET·IN·RE
GIONE·QVINTA·IN·A — G
REA·MACARI

H

I

366 PTRONIA TENE ME QVIA FVGI BIS ET — K
REVOCA ME AD DOMV ATHEODOTENIS
AD DOMINVM MEVM VITALIONE

Binas insuper addimus ex Sponio. — L

367 TENE ME NE FVGIAM ET REVOCA ME AD DOMINVM
EVVIVENTIVM IN ARA CALLISTI

368 T·M·Q·F·E·REV·ME·P·RVBRIO·LAT·DOM·MEO

Et tan-

A Et tandem hanc aliam apud D. Marcum Antonium Sabbatinum ob amœniora quibus incumbit ſtudia ſæpe laudatum.


369	DE ORTVM		CLODI
	OLIBRI V C		HERMO
B	S V M P R E	*aversâ*	GENIAN
	FECTI PR	*parte*	I V C EX PR
	ETORIS N		EFECTO
	OLI ME T		VRBI DEO
C	ENERE		RTVM IP
	NON T		SIVS
	IBI EX		SVM
	PEDET		

D Pondera ſignata diverſarum magnitudinum habeo, quibus (licèt exactè ad invicem minimè reſpondeant, nec uti
E audeam, obiter præſertim, ad æquipondium inter recentia & vetera certâ quadam lege ſtabiliendum) opinionem Lucę Pæti convellere poſſim, aſſerentis, pon-
F dera quibus hodie utimur antiquis eſſe majora.

Nobilis hic author ita ait lib.I.pag.12, *Quò fit, ut unciæ Romanæ temporis in-*
G *ſtantis undecim drachmæ tres & ſcripulum unum, antiquam libram, de qua ſuprà memini, peræquent; uncia verò noſtri temporis major ſit unciâ antiquâ ſcripulo uno & granis quattuor*. Hoc idem repetit lib.IV. pag. 59. Et tandem lib.V. pag. 82. concludit, *Vnciam qua hodie Romæ utimur antiquâ unciâ ſcripulo uno & granis quattuor graviorem eſſe*.

Atqui experimenta, quę ex meis hiſce ponderibus lapideis integerrimis, atque ex alienis quoque indubiæ fidei affero, apertè contradicunt.

H



I

K Etenim, ut à minimis incipiam, primum ex lapide jaſpide expreſſæ magnitudinis, ac notæ :• drachmam, octavam ſcilicet unciæ partem, ſive tria ſcripula quæ ſi-
L gnat, cum noſtris collatum, ſeptem granis excędit.

Secundum ex lydio lapide, nota S, hoc eſt *ſemunciæ* inſcriptum, XIII. granis, quorum LXXII. drachmam conſtituunt, recentem ſemunciam ſuperat. Huic ſuppar, apud me aliud extat, V. grana minùs quàm ſuperius ponderans, ſed tamen octonis ſuper noſtra uncia communi redundans, eâdem materiâ, figurâ, ac notis.

Tertium ex lydio pariter lapide, duas uncias totidem punctis præſeferens, granis LXVI. noſtrates præponderat.


Quartum ex marmore albo est communium unciarum XIII. cum granis insuper XXXVI, sive $\frac{1}{16}$ alterius unciæ.

Inter scribendum accessit aliud ex jaspide, (ut primum modò dictum) quod unico puncto unicæ unciæ respondet plùs XXXI. granis: Itemque aliud R.D. Hannibalis Herculani in eadem formam rotundati, sed (pro majoris ponderis proportione) ampliori diametro, unciarum scilicet duarum & minutorum IV. palmarium; supernè ita signatum XX. & nostratibus unciis quinque semis ponderans, excessu dimidiæ recentis unciæ supra veteres V, quæ per numerum XX. sicilicorum notantur.

Idem adversùs Pætum probant duo illa pondera ærea, alterum librarum duûm, quinarum alterum (malè uncias nominat Reinesius Class. II. num. 56.) in Collegio Romano PP. Soc. Iesu existentia; quorum *minus*, ut recognovit P. Donatus de Vrb. Rom. lib. II. cap. X, *nostra sacomata, seu libramenta ferè unciâ excedit, majus, unciis duabus*: veriùs autem ex nostro examine, minus est librarum duûm, unciæ unius, & drachmarum trium, sive scripulorum nouem; majus est librarum quinque, unciarum duûm ac semis. Figura eorundem, nostris similis; literæ argenteæ prominentes in excavata superficie insertæ, librarũ ponderalium numerum ita denotant.

A B C D E

369 370



F G

In excessu unciarum V. & scripulorum XIIII. (quorum XXIV, ut alibi diximus, unciam constituunt) se habet pondus hoc æneum apud me, X. libris supernè notatum, H

XXVI



I K L

non quidem argento, sed cupro indito; argenteis tamen, sed minimè prominentibus lateralibus hisce notis AVG · T · M · V signatum, quas explico, de pondere AVG*usti autoritate* in T*emplo* M*artis* V*ltoris* asservando, unà cum pecuniis ibi custodiendis,

ut in

A ut in memorato Opis templo fieri consuevisse habetur ex Ciceronis Philipp. I. ubi ait, *Pecunia utinam ad Aedem Opis maneret*. Ad templum itaque Martis
B Vltoris in ipso Augusti Foro extructum pro commerciis inibi habendis, pondus hoc nostrum spectasse credimus, *quod pro ultione paterna Bello Philippensi vovit* ex
C Suetonio cap. 29., & Ovidio Fastor. lib. V. vers. 551.

Vltor ad ipse suos Cælo descendit honores,
D *Templaque in Augusto conspicienda Foro.*

qui mox eandem caussam ita explicat,

Voverat hoc juvenis tunc cum pia sustulit arma;
E *A tantis princeps incipiendus erat.*
Ille manus tendens, instanti milite justo,
In coniuratos talia dicta dedit.
Si mihi bellandi pater est, Vestæque Sacerdos.
Author, & ulcisci nomen utrunque paro;
Mars ades, & satia scelerato sanguine ferrum,
Stetque favor caussâ pro meliore tuus.
Templa feres, & me victore vocaberis Vltor,
Voverat, & fuso lætus ab hoste redit.

Plurimum conduceret pondus quoddam subiiciendæ formæ & magnitudinis ex lapide lydio apud me, si integrum esset: levissimum enim & minimè corrosum præ sua duritie apparet; publicâ scilicet fide, nempe EX AVCT Q IVNI RVSTICI propositum fuit.

F

XXVII

G

H

I

K

L



Hoc arbitror X. librarum extitisse, cùm tertiâ circiter sui parte imminutum quamvis, libras VI. atque uncias V. ponderis obtineat.

Pluri-

Plurima in aliis ponderibus de eodem Q. Iunio Rustico mentio habetur apud Gruterum pag. CCXXI. sexies, & CCXXII.; sed de ejus munere non assentimur Scaligero, qui Prætoribus Vrbanis illud accenset, tam in Indice Magistratuum, quàm propriorum nominum: A
nobis quippe erit *Præfectus Vrbi*, exemplo hujus alterius ponderis pariter marmorei apud Reinesium Clas.III.num.73.
Audacis Præfecti Vrbis authoritate con- B
stituti,

371	SALVO D · N IVLIO NEPOTE P · P · AVG · N	*aversâ parte*	AVDAX · V · C PRAEFECTVS VRB · FECIT

C

cujus muneri tribuit Ammianus Marcellinus lib.XXVII.cap.IX. *pondera per Regiones universas instituere, cùm aviditati multorum ex libidine trutinas componendi occurri nequiret*.

Præfecto quidem Vrbis dat ex hoc Ammiani loco ponderum statuendorum jurisdictionem Sponius pag. 303.; sed in pondere quod Q. Iunii auctoritate roboratum affert num. 5. non sibi constat, dum eum PRAET. nominat quem mox Vrbi Præfectum sub Constante agnoscit. In duas itidem oppositas sententias distrahitur; ut alium Iunium Rusticum Præfectum Vrbi nominet sub Antonino, sed *propriè dictos Præfectos Vrbis incœpisse tantùm initio quarti sæculi*, turpi antilogia determinet: quasi minùs propriè locuti sint Suetonius in Augusto cap.37. ubi Præfecturam Vrbis ab eo institutam tradit; Dio, qui sub initium libri LIV. ad id muneris Agrippam præpositum addit; & Tacitus, qui à Romulo usque originem hujus Magistratus derivat Annal. lib. VI. cap.11. Verùm magìs absurdum est, hominem adeò in Inscriptionibus versatum, id ignorasse; cùm Præfecti Vrbis occurrant sub Gordiano, Arriano & Papo cos. apud Gruterum pag. CLXVIII. 7; sub Caracalla pag. CLXXI. 7. & CCCLXIX. 2; atque sub Tiberio pag. CCCXLVIII. 9.

Hujus generis experimentis, ad excessum veterum ponderum super jis quibus modò utimur indagandum, quę ipsi quoque Lucæ Pæto occurrere poterant; unicum apud illum prevaluit, capacitatis scilicet Congii Farnesiani, P. X. *pondo decem* inscripti: ex quo pag. 34. his verbis pro sua sententia argumentum arripuit, D
Eum Congium obstructis rimulis cerâ, purâ aquâ ex cisterna, usque ad supremum angustum (putà in A infrà positi E

372



F
G
H
I
K

schematis, ex ampliori apud eundem in arctum redacti) *ut schema demonstrat, plenum feci: (nam partem latam supra illud angustum, ad conservandum ne mensura violari posset factam fuisse existimavi) sicque plenum, cùm justissimâ truti-* L

A *trutinâ, qua hodie Romæ utimur, eam appendissem; inveni, aquam qua eum compleveram, libras nostri temporis novem, uncias sex & semis efficere.* En
B igitur patens error, ac fallacia, quòd vas usque ad supremum orificium B non impleverit, & mensuram *exactam* pro suo libito decurtaverit.
C Hæc de ponderibus Romanis, excitandorum potiùs ingeniorum causâ, quàm certioris inter tot ambages regulæ statuendæ, differere libuit.
D Supereſt, ut aliqua de Græcis addam, horum duorum ponderum apud me exiſtentium occasione, ex ære, & notis pariter argenteis distinctorum.
E



F

Primum ex ipsis, quadratæ formæ, à parte inferiori limâ aſperè attritum, quò ad
G exactum æquipondium reduceretur, tùm ex nota Γ, tum ex capitibus illis animalium infixis, Græcorum Hippojatricorum
H unciam refert, quam ex ipsis Græcis authoribus Pætus excepit lib.V.pag.88: hujus ad unciam noſtram defectus eſt in granis XV, cui proximè accedere vidi
I aliud, ſimillimis argenteis capitibus & notis Γ B, hoc eſt uncias II. apud Lucam Corſium exiſtens, ſi unum ex capitibus belluinis deficiens reponatur. Alterum, unciali notâ Ж quam ibidem Pætus ad-
K ducit, & * numero Ϛ, ſenario apud Græcos, inſignitur, & à ſex noſtratibus unciis, drachmis duabus, & inſuper granis XV. deficit: pondus quippe ipſius eſt un-
L ciarum V. drachmarum V. ſcripulorum II. granorum IX.

Hinc igitur, univerſim, unciam Romanam noſtri temporis eſſe antiquâ leviorem, & è converſo Græcâ graviorem colligo.

Ex Templi Opis in præallatis Collegii Romani ponderibus mentione, Sponius aſſerit, ibidem depoſita pondera extitiſſe ad Inſcriptionem 61. Sect. III. Cauſſam tamen addere debuiſſet, quæ communis foret ponderi noſtro ad Martis Vltoris, atque huic alteri quod in Foro Segusianorum cum hac epigraphe aſſervari ait idem Sponius num. 86.

373 D E AE
S E G
A F
PONDO
X

quia nempe ibi non pondera tantùm, ſed pecuniæ quoque tum publicæ tum privatorum cuſtodiebantur. De publicis ad Opis, jam ex Cicerone vidimus: De privatis, Herodianus à P. Donato occaſione ſuorum ponderum allatus docet; & de Templo Caſtoris ſimilibus depoſitis cuſtodiam accommodante, Iuvenalis Sat. XIV. ita luſit,

... & ad vigilem ponendi Caſtora nummi.

Addimus demum pondus æneum trilibre literis argenteis diſtinctum, quod Ioannes Baptiſta Lilius inter ſchedas Vaticanas apud Regium reperiri tradit.

374 III
in plano orbiculari faciei ſuperioris
EX A AD
CASTO
in ipſo ventre globuli

Rectiùs profectò infert ibidem Sponius ad hoc fragmentum inſcriptionis Villæ Cæſarinæ num. 61.


375 HERCVLI·PONDERVM
Q·AEMILIVS·VIBIANVS
B · TRIB · COH · III

Herculem, *ponderum cuſtodem habitum, ob juſtitiam & æqualitatem ab eo dilectam.* Imò nec à Romanis tantùm; verùm

etiam

etiam ab Etruscis populis, unde Deorum colendorum scientia (prava quamvis, & à vera religione aliena) omnisque civilis disciplina, in Vrbem translata est, Herculem ponderibus præfuisse edocemur, per hæc tria conformia pondera numismatum in modum, Etruscis literis, simulque Herculeâ clavâ insignita in Museo Mediceo; quibus consimilia reperimus in Museo Molineto pag. 49. A B

376 377 378



C

Hoc totum ex hac nupera inscriptione,

379 SACRVM · HERCVL D
MAG · VICI · ANNI · XI
A · A · MARCII · ATHENODOR
LIB · HILARVS · ET · BELLO
N · LVCIVS · HERMEROS E
AEQVITAS · MAGISTER
PONDERA · AVRARIA · ET
ARGENTARIA F
VICINIAE · POSVERVN
IDEM · TVENTVR
ANNO · XIX *additum aliâ posteriori manu*
PRO · PARTE · IN
VIGVL · PROVICIN G
VNA · CVM · MAGISR
CONTVLERVNT

in Hortulo Nobb. de Cicciaporcis, prope ejus Templum rotundum ad ripam Tiberis, ubi quamplura ponderum lapideorum fragmenta reperta sunt, egregiè confirmatur: Quandoquidem publicâ authoritate recepta pondera per Vrbis Vicos ad commercii facilitatem dispertiri, eodem pacto conveniens erat, quo Mensuræ, quarum exemplaria in Capitolio asservabantur, per singulas Regiones missas, hæc inscriptio Vasis ænei, amplo ore, & latis labris Neapolim in locupletissimum Museum Andreinum translati, nobis significat. H I

380 MENSVRAE AD EXEMPLVM
EARVM · QVAE · IN · CAPITOLIO SVNT K
AVCTORE SANCTISSIMO AVG · N ·
NOBILISSIMO CAES
PER REGIONES MISSAE CVRA · D · SIMONIO
IVLIANO PRAE · VRB · C · V · L

Ponderã quoque ad Macellum facta, refert hoc fragmentum malè habitum inscriptionis ad D. Silvestri Teatinorum in Quirinali, non inopportunè ad rem nostram hìc inserendum.

A 381 ···M · AEL · FORTVNATVS
····NIA · SVA · CONSTITVET
·· EM · AED · CERERIS · SVA · PECVNIA
CONSTITVIT
B · TEM · PONDERA · AD · MACELLVM
CVM · M · TVRRANIO · SVA · PECV
NIA · PECIT
AEDEM · SPEI · SVA · PECVNIA
C ···STITVIT
·· EM · TRIBVNAL · IN · FORO · MAR
MOREVM · FECIT
HVIC · STATVA · INAVRAT··
D P · P · POSITA · EST
·· EM · AHENEA · D·········

De aliis publicis locis, idem opinari E licet, ut de Molendinis in Ianiculo (de quibus egimus in Differt. III. de Aquæd. num. 347.) liquet ex hac inſcriptione, non quidem mendis immuni, ſed quæ Gruterianam pag. MCXIV. 6. in pluribus ſuppleat, & præſertim in eo quod in quæſtione eſt, nempe STATERIS in Ianiculo conſtitutis, clauſulaque ultimâ legis, V. integris lineis comprehensâ.


F 382 CLAVDIVS IVLIVS ECLESIVS DYNAMIVS V C ET INL·
VRBIS PRAEF · P · AMORE PATRIAE CONPVLSI NE
QVID DILIGENTIAE DEESSE VIDEATVR STVDIO NOSTRO
ADICI VOVIMVS VT OMNIVM MOLENDINARIORVM
G FRAVDES AMPVTENTVR QVAS SVBINDE VENERABI
LI POPVLO ATQVE VNIVERSITATI FIERI SVGGEREN
TIBVS NOBIS AGNOVIMVS ET IDEO STATERAS FIERI
PRAECEPIMVS QVAS IN IANICVLO CONSTITVI NO
H STRA PRAECEPIT AVCTORITAS VNDE HOC PROGRAM
MATE VNIVERSITATEM NOSSE DECERNIMVS FRVMEN
TA CVM AD HAEC LOCA CONTERENDA DETVLERINT CON
SVETA FRAVDIBVS LICENTIA POSSET AMOVERI PRI
I MO PENSARE NON DIFFERANT DEINDE POSTQVAM FRE
GERINT PROPTER FIDEM INTEGRAE OBSERVATIONIS AD
HIBITIS IISDEM PONDERIBVS AGNOSCANT NIHIL SIBI ABSTV
LISSE LICENTIAM FRAVDATORVM ACCIPERE AVTEM SECVNDVM
K CONSTITVTVM BREVEM MOLENDINARIOS TAM IN IANICVLO
QVAM PER DIVERSA PRAECIPIMVS PER MODIVM VNVM NVM
MOS III · ITA QVOD SI QVIS EORVM INLICITA PRAESVMPTIO
NE FARINAM CREDIDERIT POSTVLANDAM DEPREHENSVS ET
L MVLTAE SVBIACEAT ET FVSTIARIO SVPPLICIO SE NOVE
RIT ESSE SVBDENDVM ILLVD AVTEM HVMANITAS NOSTRA
PROPTER CORPORATORVM LEVAMEN ADICIT VT SI QVI VO
LVNTATE PROPRIA NON COMPVLSVS SED DONANDI

ANIMO FARINAM OFFERRE VOLVERIT HABEAT QVI A
ACCIPIT LIBERAM FACVLTATEM . . . .

Apud P. Mabillonium in Analect. To. IV. pag. 495.


Ad tesserarum genus aliquod XXIIX revoco hosce orbiculos osseos ad instar numismatum utrinque inscriptos, numeris aversâ parte, latino simul & græco charactere appositis. B

XXIX XXX



Sparsiles eos,& in vulgus missiles arbitror, ut cui fortuitò contingerent, donaria correspondentia ex condicto per Munerarios repræsentarentur. C D

Eundemque usum habuisse reor pilulas istas ex fossili crystallo;



cujus rei vestigia habemus in Epitome Vitæ Neronis per Xiphilinum, *jaciebat enim ad plebem σφαίρια μικρὰ parvos globos inscriptos, tanquam in singulis eorum aliquid inesset; & ut quisque signum collegerat, ita ei largiebatur.* Globulos pariter, sed ligneos σφαίρια ξύλινα μικρὰ jacere solebat Titus (ut refert idem Xiphilinus in fine ejus Vitæ) *de superiori loco in Amphitheatrum, in quibus scripta erat nota alicujus esculenti, vestisvè, aut vasis argentei, aut auri, equorum, ac jumentorum, & mancipiorum &c.*

Aliud nusquam à me visum Tesserarum genus, lapillis cylindricis per axem septis hac formâ & magnitudine consignatum,

383




384



misit mihi sæpe laudatus Vir, & munere & omnigenâ doctrinâ Ill. D. Didacus Vincentius à Vidania; quod si non ad E frumentariam Die I. mensis *Perceptionem* pertineat, meum captum, & intellectus modulum effugere ingenuè fateor.

Forte fortuna ad me delatum hoc vi- F treum frustulum,

XXXI




G H

illud idem pro Tessera habitum video ab Aemoniensi Episcopo Tomasino cap. XVI. libelli sui de Tesser. Hospital., qui I ex Holstenii sententia ait, *tesseram hanc fuisse Syrorum, aliorumque Orientalium populorum, qui Romæ clandestina sacra peragebant.* Ego quidem summi Viri au- K ctoritati in gratiam hujus cimelii, hinc pretiosioris redditi, haud invitus acquiescebam: Cùm tamen post eam figuram apud Tomasinum inspectam,& autogra- L phum mihi quæsitum, aliam invenerim, quæ indubiè fragmentum concavum alicujus Cyathi, atque integram ansam illi ap-

A illi applicitam cum eodem nomine tum
latino tum græco idiomate exhibet; cre-
didi, nomen Artificis hìc contineri: ſoli-
tos quippe obſervavi Vitriarios, ſuis va-
B ſis nomina aut ſigna, aut utrumque ſimul
affigere; ut ſuprà de Figulis vidimus.
Plura hujus rei teſtimonia mihi ſuppe-
tunt in variis ampullaceis fruſtis; ſed hoc integrum in fundo vaſculi ad lachrymas propinquorum continendas in quodam Sarcophago à me reperti, libens oſtendam: poſt quæ, Teſſeram Tomaſini, & Holſtenii ſacrorum religionem, qui vult credet.


C XXXII



D

E Inter plura ſive Aegyptiæ, ſive Baſi-
lidianæ ſuperſtitionis amuleta quæ apud
me ſunt, ea tantùm hìc ſeligam (ne ex-
tra libri hujus titulum evager) quæ in-
F ſcriptione aliquâ potiuntur. Explicatio-
nem pleniorem præripuit Ioannes Maca-
rius in ſuo Abraxa, ſeu Apiſtopiſto; cujus
eruditos labores, luculento, exactoque
G Commentario proſecutus fuit Ioannes
Chifletius, qui ad CXXVI. hujuſmodi
lapillos Taliſmanos (ut vulgus Arabum
eos vocat) hiſce noſtris ſimiles produxit,
H atque ingenioſè interpretatus eſt; quam-
vis utplurimum in jis verborum monſtris
ſenſum quærere, ſit operam apertè lude-
re; vanum quippe eſt, ea interpretari,
I quæ ipſimet repertores vel non intellexe-
runt, vel occulta omnibus conſultò eſſe
voluerunt, ut ex plurium veterum Scri-
ptorum authoritate probat Chifletius in
K Præfatione, ſive Abraxa Proteo pag. 43.
Leviter itaque, ut in re aliorum ſtudio
jam compertâ, noſtras haſce gemmulas
percurrendo: eas ferè omnes ad Mithram
L ac Solem ſpectare inveniemus; ad cujus
abominanda ſacra, deſertor ille, & cor-
ruptor Chriſtianæ religionis Baſilides
transfugio ſe contulit.

XXXIII



ex cryſtallo foſſili.

Accipitris caput in hac priori, quale in gemma 15. & 17. Chifletii, Solem, ejuſque naturam ſignificare, ex Horo Apolline, atque Euſebio idem oſtendit.

Radiata facies in hac conſequenti figura, draco genibus ejus advolutus, ſerpenſque virgam circumplectens, ſolaria omnia ſymbola ſunt.

XXXIV




ex magnete, circulo æreo incluſa.

Magnetis verò vis attrahens, atque Cupidinis & Pſyches averſâ parte ſeſe mutuò amplexantium imagines, amatorium fuiſſe hoc Amuletum indicant.

XXXV




XXXVI



ex iaspide viridi utraque.

Expreſsè autem in curru quadri-jugo Solem cum radiis, orbe, & flagello (qualem effingunt nummi apud Oiſelium Tab. XXXVIII. & XXXIX.) dant iſta è jaſpide viridi noſtra Cimelia. Averſa prioris pars, habet communiorem IAω effigiem capite gallinaceo, & ſerpentinis cruribus, flagelliferam, atque clypeatam. Circa ipſum marginem hæ literæ leguntur ita à vertice dextrorſus diſpoſitę CEINAMΨ·CEME. Averſa alterius, nîl pręter barbaros quoſdam characteres, notaſvè magicas continet: cujus generis eſſe credimus tria illa quoque elementa ΦΡΗ quæ pectus Solis ambiunt.


XXXVII



ex creta figulari viridis coloris.

Spirantem Solis imaginem Aegyptios Scarabæum vocaſſe, teſtatur Porphyrius apud Euſebium lib. III. cap. IV. de Præpar. Evang.; unde & radiis caput turpis hujus inſecti adornat Gemma 98. ejuſdem Chifletii. Noſtrum tamen Scarabæum characteribus hieroglyphicis, potiùs quàm magicis inſignitum, longè antiquiſſimum, & ante Baſilidis, qui ſecundum ſæculum infamavit, tempora efformatum puto; cùm apud Aegyptios præcipuè hoc animalculum veneratio-nem habuerit, ut teſtatur Plinius hiſtori- A
cus lib. XXX. cap. XI. *Aegypti magna pars Scarabæos inter Numina colit, curiosâ Apionis interpretatione, qua colligat, Solis operum ſimilitudinem huic ani-* B
mali ineſſe, ad excuſandos gentis ſuæ ritus: patetque ex vetuſtiſſima Obeliſcorum ſcalptura, quorum vertices hoc ſymbolo terminantur. C

XXXVIII



D

ex magnete, multa adhuc efficacia. E

Alia hæc gemma cum taurina ſpecie, ad Iſidem pariter, ſeu Lunam pertinet, ex pluribus rationibus per Menetrerium adductis in Expoſitione Symbolicę Dia- F
næ Epheſiæ ſtatuæ, ſub titulo *Boves*; quas inter, ea præ cæteris arridet, quia nempe quemadmodum Solis exaltatio fit in Leonis ſigno, quod propterea Solis do- G
micilium ab Aegytiis vocatur, juxta Macrobium in Satur. lib. I. cap. XXI; ita Luna in Tauro exaltetur, ut Iulius Firmicus & Porphyrius teſtantur: Atque H
hinc, ut planetæ utriuſque promiſcuam vim in abominoſis hiſce amuletis exprimerent, Leonis qui Solis, Bovis caput quod Lunæ ſymbolum refert, coniun- I
ctum habemus in unica illa gemma Abraxea Operi Macarii præmiſſa, ex obſervatione Cl. Cuperi in Harpocr. pag. 11. Accedit ea apud Pignorium ratio in ex- K
plicatione Menſæ Iſiacæ pag. 35., *quia Apis, imago Tauri cæleſtis, Lunæ & Iſidi ſacer eſt, & ideo in comitatu Iſidis recenſetur ab Ovidio & Appulejo.* Ejus au- L
tem conſociationis Iſidis cum Bove Api, inſigne prębet indicium hoc Muſei Carpinei cimelium ex ebore.

Iſidis

A

B

C



D Isidis in Cymba papyracea ipsi Api mammam præbentis imagine præditum, additâ Ibice Mercurio sacrâ, cum inscri-pta tabella, per quam Aegyptiarum literarum ab ipso inventarum (ut ait Plutarchus Quæst. Conviv. lib. IX. cap. III.) memoria celebratur. Quin etiam, idem Tauri cælestis cum Iside, arctiusque consortium significatur, ut puto, per aversam hujus apud me Scarabęi amuletici faciem, in qua, muliebri, & mammoso corpori nudo, atque alato,




bubulum caput adiungitur. Sed & huc conducit fictilis quoque mei Musei lucerna, bovis capiti Lunulam impositam ostendens.

E

F

G



Quoad hanc gemmam; eandem com-

H XXXIX




ex iaspide rubenti.

I plexionem priorum illarum literarum vocalium I A H I E lego in aversa parte Gemmæ 65. Chifletii quæ serpente signatur; Serpens verò (quod ad amule-
K tum illud amatorium suprà adnotandum erat) dicitur animans *igneæ naturæ*, & *exsoluto senio juvenescens*, ut adnotat Eusebius de Præpar. Evang. lib. I. cap. IX,
L quod Solis proprium esse tradit Macrobius lib. I. cap. XX. Saturn. *quia Sol semper velut à quadam imæ depressionis senecta, in altitudinem suam, ut in robur revertitur juventutis.*

Cercopithecus iste benè caudatus, &

XXXX



ex iaspide subfusca.

simutoniatus, cum flore loti in capite, similis est Gemmæ 58. Chifletii, talemque figuram ad Solem, ut aliæ præcedentes, pertinere, arguit in illa nomen ΙΑΩ, cujus vice, nostra hæc pudendam partem affictam habet, per quam Solaris generatio indicatur, ut jam docuit Macarius cap. IX. Τὸ ΑΜΟΡΩ autem à tergo exaratum, vim amuleti averrunci forsan exprimit,

exprimit, quasi ἀμόρωτον, hoc est, intactum à μόρω, idest *fato* interpretari liceat.

XXXXI



ex encausto, nostris smalto.

Adeò ruditer delineatus est noster Hercules leonem strangulans, clavâ ponè depositâ, ut vix agnoscendus foret, nisi duo similia huic simulachra ostendisset Chifletius Gemmâ 89. & 90. Herculem porrò Solem reverà esse probat idem cap. XII.; talemque imaginem adversùs dolores colicos ex Alexandro Tralliano credulis proponit.

XXXXII



in sulphure, nescio unde excepto.

Mercurium (qualis in superiori ex Caduceo agnoscitur) pro Sole censeri, multa documenta sunt, quæ Macrobius Saturn. lib. I. cap. XIX. recenset. Ejus effigiem in hisce Gemmis usitatam, monstrat 54. 85. 116. & 117. Chifletii. Septem autem illæ vocales ΑΕΗΙΟΥΩ, suâ superstitione non carent. Ex ipsis (repetitâ quater tertiâ & quartâ) constant characteres Gemmæ 65. Chifletii; & purè, primùm rectò, deinde retrogrado ordine aversa Gemmæ 1. pars.


XXXXIII



in Sarda.

Cum Sole Lunam quoque, tanquam purissimum ejus speculum, & luminis A
ipsius vicarium astrum Basilidianos coluisse, primum Chifletii amuletum docet; cui & 5. 28. 30. 35. 59. 64. 79. 80. 82. 87. 88. & 107. adstipulantur. In B
hoc nostro, Isis cum Serpente, calatho, & facibus designatur, quam, eandem esse cum Proserpina, suprà diximus; Lunamque non esse aliam ab Iside, disertis C
verbis tradit Plutarchus de Isid. & Osir. Literæ illæ aversæ partis sunt tres vocales ΑΗΩ, ter confuso ordine repetitæ ΗΩΑ, & ΩΑΗ. D

XXXXIV


E

ex jaspide viridi.

Quamplura monstra capite gallinaceo cristato, atque serpentinis pedibus, nostro F
huic similia, producit Chifletius Tabula II. III. & IV. Rationem poëticè potiùs, quàm philosophicè exponit Macarius num. XV: sed caussa figmenti in aperto G
est; quia, tam Serpentem (ut jam vidimus) quàm Gallum inter Solaria animantia reposuit antiquitas, eâ ratione quam tangit Pausanias in Eliac. prior. *Et is qui-* H
dem, cujus in scuto pro insigni Gallus gallinaceus, Idomeneus est, Minois nepos, Pasiphae Solis filiâ oriundus. Gallinaceum certè Soli sacram avem celebrant, I
quòd cantu Solis reditum nuntiet. Ipsum insuper nomen subditum ΙΑω, frequentissimum in hac superstitionum sentina, *Abraxæ* (qui idem est ac Mithres, sive K
Sol, teste D. Hieronymo Comment. in Amos lib. I.) *Abraxæ* inquam accedit in Gemmis 19. 28. & 95. ejusdem Chifletii.

Facibus tergeminâ manu instructam, L
Hecaten tricorporem, qualem primùm finxisse Alcamenem apud Athenas tradit Pausanias lib. II., unicoque calatho in

medio

A medio trium ipsius capitum, servat Museum Ciampinum cum sequenti inscriptione in Basi; in qua secundam partem

385 PRO · SALV · AVGG · N · N ·
B M · AVR · SABINVS · D · D · D ·
C · IVLIO · CALOCAERO · IEROF

Nostri Musei alia lapidea palmaris ma-
C gnitudinis, ut capita, ita & calathos distinctos ostendit, atque una tantùm figura demissis manibus faces gerit, ceteræ eodem gestu lævas imo pectori appli-
D cant, dexteras verò pendulas sinunt. Ejusmodi sigillis alludit noster jaspis,


XLV

E 

F unico corpori tria capita, sexque brachia affingens, ut ostendit quoque Gemma 56. & 57. Tab. XIV. Chifletii: quorum brachiorum duo suprema facibus, media
G pugionibus, infima flagellis muniuntur, literis hisce in orbem recurrentibus IAΩ CABAΩ ABPACAΞ. Aversa pars, magisque convexa, IAΩ antecedentis Gem-
H mulæ persimilis existit, nisi quòd literarum vice, tres stellulas circumpositas habet.

Ex eodem viridi jaspide Serpens iste
I caudâ circumvolutâ, capite radiato & leonino, inter scribendum accessit,

XLVI

K 

quem ad turbam Abraxarum adiungit Macarius num. XI. verba Galeni addu-
L cens, ut nostrum hunc lapillum ostensum dicas: *Proprietatem verò aliqui quibusdam lapidibus inesse testantur ejusmodi, qualem reverà habet VIRIDIS IASPIS, juvans & stomachum, & ventriculi os, si alligetur: inserunt & annulo ipsum aliqui, & sculpunt in eo radios habentem Draconem, quemadmodum & Rex Nechepsos in XIII. libro.*

interpretor, ut feminæ illæ quarum nomina seqvuntur, sint conSVPPLicatrices, quales agnovimus Cap. IV. n. 527.

SVPPL · FLA · PROCLA · CAL ·
ET SPIRA

Hanc Galeni assertionem vel secutus est, vel eidem originem præbuit, author inscriptionis istius,

386 ΦΥΛΑΖΟΝ ΥΓ
ΕΙΗ CΤΟΜΑΧΟΝ
ΠΡΟΚΛΟΥ
idest
serva sa-
num stomachum
Procli

quæ legitur à tergo similis lapidis cum figura & nomine KNOYBIC penès Descriptorem Musei Molineti pag. 131.

Nomen addit Chifletius cap. itidem XI. KNOYBIC, unius ex treginta sex Decanis, qui (teste Iulio Firmico lib. IV. cap. XVI.) *omnem Zodiaci possident circulum ac per duodecim Signa extenduntur*. Idem imagines, nostræ consimiles, monstrat totâ Tab. XVIII. Alia COLCHNVBIS quę est 1. Tabulę XIX. aversam partem iisdem àc nostra characteribus insignitam habet, nisi quòd infimæ illæ notæ dNOC deficiunt, quarum sensum quærere, est operam ludere, ut alibi diximus.

Ex omni tandem Basilidianorum improbitate hoc ultimum amuletum conflatum puto, si utraque ejus facies observetur. Quippe ab antica parte visitur in medio vulgaris ille IAω, & sub eo Solis

& Lunæ

& Lunæ ſubdita aſtra, Serpens in orbem revolutus caudâ mordicus apprehensâ, nomina vel barbara, ut ΙΑω & ΑΒΡΑ-CΑΞ, vel ſuperſtitioſa ut ΑΔωΝΑΙ ΕΛωΑΙ, vel nullius ſignificationis. A parte averſa extat Anubis thoracatus, cruce decuſſatâ ſuprà pectus inſignitus, ſeptem radiis fulgens, cum Serpente ſimi- A liter radiato in dextera, & in ſiniſtra pendente annulum, & ſub eo Tau ſignum. In literis imaginem circumplectentibus, tanquam longo geſtamine attritis, & vi- B ſum fugientibus, vix aliud prçterquàm ΑΒΡΑCΑ legi poteſt.

XLVII C



D

E

F

De Serpentum cultu, minimè mirum illum accidere addimus; quia, ut ait Epiphanius Hæreſ. XXXVII., *Opbitæ à Nicolao & Gnoſticis ac prioribus aliis Sectis effloruerunt*, pluraque adſunt in Tabulis Chifletii à num. 62. exempla; prout etiam Anubidis à num. 49. Quippe cùm ex omnium ſuperſtitionũ colluvie hi Gnoſticorum errores coaluiſſent, vetuſtiora, & nobiliora illa Aegyptiorum fabulamenta omiſſa fuiſſe, non eſt putandum.

Neſcio an hunc eundem errorem redoleat ſequens ſigillum ex ære, in pala annuli ſignatorii inſculptum.

XLVIII



Certè, Daniel inter Leones, Solis à G dextra Lunæque à ſiniſtra typus, Crucis ſignum à quo initium capiunt literæ illæ informes, veteris novique Teſtamenti H myſteria, quin & cum ipſis idololatriam confuſam exhibent, qualis fuit Baſilidis ejuſque ſequacium corruptela.

Hac occaſione aliæ quattuor apud me annulorum ſimilium inſcriptiones in I ſeriem prodibunt.


IL K

L L



LI C·A·S

A LII



B LIII



C

inter quas, maximè notabilis est hæc ultima ex Candelabro septem lucernarum expresso, recutiti cujusdam Iudæi signaculo, quale agnovimus in Zosimo aliisque Cap. V. pag. 389.

Promissam jam Cap. IV. pag. 277.C. lamellam vitream, cujus exemplum dedi in meo Opusculo Ad Tabellam Iliadis pag. 340. hìc iterum exhibeo, taqnuam mei juris factam.

LIV



Adnotatis ibidem, addo,
D Palmam illam Equi jugalis sinistri coxæ inustam, eorum opinionem juvare, qui non à
E palmato quodam, vel palmatio (in qua Gothofredus l.unic. Cod. Theodos. de Grege Domin. acquiescit) sed *ex palmæ*, ut idem subdit, *candenti ferro*
F *armis equinis impressæ indicio*, Palmatos dictos volunt: tanquam scilicet in omen faustum victoriæ, & palmarum indè
G quærendarum.

H LV



I

K

L


Minervæ & Herculis consociatio in hoc Vitro exprimitur, de quorum individuo comitatu totiès meminit præ cæteris Pausanias; sed præsertim ubi eidem Pylum oppugnanti tulisse opem dicitur; eidemque Hydram conficienti adstitisse; nec non *utì semper antea*, præstò fuisse ait, dum signa utriusque in Thesauro Megarensium apud Altin describit; atque tandem deduxisse eundem ad Apotheosim refert. Et jure quidem merito, ut indè docu-

mentum existat, vim cum consilio jungi oportere; namque ut ait Oratius,

Vis consilii expers mole ruit suâ,
Vim temperatã Dii quoque provehunt
In majus.

vim quippe per Herculeum robur, utì consilium per Minervam significari, A
ostendit ejus genituræ decantata fabula
* è Iovis scilicet cerebro emergentis, ut
in hac Etrusci operis vetustissima patera B
continetur.

587



In Musæo Serenissimi Magni Ducis Etruriæ.

Sub

A Sub trium Gratiarum specie, totidem egregiâ formâ puellæ Gelasia, Lecoris & Comasia in hoc vitro apparent, elegantiori præ cæteris hujus generis cimeliis pingendi ratione efformatæ.

LVI



B Sequitur post nomina, precatio illa, *pietezesete multis annis vivatis*: quod verbum *pietezesete*, explicari posse, credo, quasi dicatur ***bibite & vivite***, C à verbis πίνω & ζάω; cùm certum sit, figuras hasce, non nisi in fundo poculorum pictas reperiri; ut ex eorum concavitate pluriès animadverti; & D ex aliis, inter Christianas inscriptiones Capitis sequentis, adnotabo.

Marmorea hujus generis instrumenta bina offendi, è quibus hoc E unum ex inscriptione qua afficitur hîc proponi meruit.

LVII

F

G



H

I

Vsum verò illius, in molendo ad pultem K tritico apud priscos illos Quirites, invaluisse crediderim.

Ne tandem quicquam literatum effugiat, Museum hisce * laminis ex tubis * plumbeis præfectis, ut & aliâ, quam Cap. V. num. XXXIV. opportunè inserui, exornatum volui.

L

LIX CLAVDIVS · FELICISSIMVS · FECIT ·

LX IONII·AVG·L·AB·EPISTVLIS

NOTAE

* *pag.* 497. A. *PRIMAES · MEDICAS*] Medicas, pro Obstetricibus accipi, observavit Caspar Bartholinus in parva, sed eleganti tractatiuncula de Rit. Puerp. pag. 37. ex veteri inscriptione apud Gruterũ pag. DCXXXVI. 3. Alias duas affert in eandem probationem du Cange in Glossario Verb. *Medica*,quibus hæc quoque nostra accedit.

* *pag.* 498. B. *BELLONAES · PVLVINESIS · FANATICVS*] Consimilem huic inscriptionem, & quæ ex hac nostra explicetur, legimus in Grutero pag. CCCXIII. 1. de Q. CAECILIO APOLLINARI FANATICO DE AEDE BELLONAE PVLVIN, scilicet ut in nostra PVLVINESIS,seu PVLVINENSIS;ex eo nempe Bellonę Templo quod Pulvinari potiebatur: id quod honoris caussâ, & ad prærogativam Templi indicandam,additum puto; cùm non omnibus passim Templis commune Pulvinar esset, ut ex loco Servii colligitur III. Georg. vers. 517. ubi ita ait, *Donaria propriè loca sunt in quibus dona reponuntur Deorum,abusivè Templa:Nam ita & Pulvinaria pro Templis ponimus, cùm sint propriè lectuli sterni qui in Templis consueverant PLERISQVE.*

Fanaticos verò eos dictos, qui divino furore correptos se simulantes, vi Numinis interiori agitari se fingebant, plurium Scriptorum authoritate ostendit Gothofredus ad l. 4. Codicis Theodosiani de Malef. & Mathem. Tom. III. pag. 126 | quibus addendus ad rem nostram *Fanatici Bellonæ* Iuvenalis Sat. IV.

. . . . . . ut Fanaticus æstro
Percussus Bellona tuo divinat . . .

* *pag.* 499. F. *EX PREDIS QVINTANESIB*] Quintanensia hujus inscriptionis prædia, ea quæ in agro Labicano existebant nuncupata existimo, ex iis quę in mea III. Differ. de Aq. & Aquęd. num. 367. probare conatus sum: eosdem nempe fuisse Labicanos àc Quintanenses, per hoc marmor ibi repertum, quod huic quoque volumini inseri meretur, apparet. B C

388 D · M
PARTHENIO · ARCARIO
REI · PVBLICAE
LAVICANORVM
QVINTANENSIVM D E

* *pag.* 510. I. *Inferiorum temporum*] Ego quidem à regulis constituendis abhorreo; sed quantùm longâ observatione didici, non nisi à temporibus Galli & Volusiani, de quibus extat inscriptio 9. pag. CMXCV. in Grutero, COSS. literâ S geminatâ scriptos invenio, vel literâ N interpositâ CONS : Exempla passim obvia; quæ h.c apponere, infiniti æquè àc supervacanei operis foret. F G

* *pag.* 527. K. *Numerò Ϛ senario apud Græcos*] Ex hac Græcorum senarii numeri juxta Herodianum notâ,Latini tertio, vel quarto post Christum sæculo, suã hanc Ϛ efformarunt, eodemque numero affecerunt; quidquid Reinesius indubitanter asserat, numerum quinarium significare Clas. XX. in Notis ad num. 11. 61. 165. 244. & 435. Et ne temerarium videatur tanti viri authoritati se opponere, demonstrationem addere oportet. Ea primò insurgit ex serie Capitum numerica Veterrimi Codicis Collectionis Conciliorum, teste P. Mabillonio de Re Diplomat. lib. II. cap. XXIIX. num. 12., in quo hæc nota Ϛ ordinatim numerum V. H I K L

A rum V. quinarium subsequitur. Aliam indicat laudatissimus hic Author ex nummo adoptionis Iustiniani factæ per Iustinum anno ejus Imperii nono & ulti-
B mo juxta Evagrium, cum hac aversæ partis epigraphe ANNO ϚIII. Nostrum denique argumentum hoc idem evincit; insurgitque ex sequenti inscriptione, mutila quidem apud Reinesium eâdem Clas. XX. num. 12., sed ex schedis Barberinis aliquantùm, quamvis non integrè, adiuvandâ.

389 HIC POSITVS EST ANTIOCHVS CANDIDATVS PREMECERI
. . . . CALLE
C . . . . . QVI VISIT ANVS P·M·L· IN PACE ϚI·KAL·MART
. . . . . DOMINI NOSTRI VALENTINIANI AVG·ϚI·ET ABINIO COS

Dicitur extitisse in pavimento Ecclesiæ S. Martini in Montibus.

Consulatus quippe Valentiniani cum
D Avieno, septimus in ordine fuit, quem nostra inscriptio per notas Ϛ I exprimit, ut apud Reinesium per vetustiores Romanas notas VII. designatur, inscriptio-
E ne num. 78. ejusdem XX Cl. quæ est ista.

390 HIC REQVIESCIT IN PACE
FL·CELERINVS·V·D·SCRINIARIVS·INE
PATRICIAE SEDIS
F DEP·IIII·ID·NOVEMB
QVI VIXIT ANN·XXXIII·PL·M
D·N·FL·VALENTINIANO VII
ET AVIENO V·C·COSS

G Cæterùm, non quidem probationis, sed non levis conjecturæ locum teneat, observatio, nusquam post hanc notam
H Ϛ plùs quàm tres unitates junctas consequi: quòd si quinarium numerum notaret, valde contingens fuisset, ut quattuor unitatibus subsequentibus non raro ad
I novenum numerum significandum copularetur.

* *pag.* 538. A. *è Iovis cerebro emergentis*] Scalpturam hanc accuratissimè ex-
K plicat Pindarus:

ἀνιχ᾽ Ἀφαίςου τέχναισι
χαλκελάτῳ πελέκει
πατέρος Ἀθαναία. κορυφὰν κατ᾽ ἄκραν
L ἀνορούσασ᾽ ἀλάλα-
ξεν ὑπερμάκει βοᾷ.

quando Vulcani arte
ex ære ductâ bipenni
patris Minerva vertice ex supremo
prosiliens vocife-
rata est ingenti clamore.

Vulcanum enim credimus esse eum, qui ad lævam bipennem sustinet; non quidem ut Iovi obstetricantem, (quam sententiam Pindaro affingit Ioannes Benedictus Commentator) sed veluti de opere artis suæ admirabundum: Obstetricis siquidem munus mulier ea implet nomine AИJAΘ, quæ Iovem à dextra tanquam partu laborantem complectitur. Vnde nec illis conformis est hęc lamina, qui vel Palamaonem, vel Mercurium, vel Prometheum adhibitum tradunt.

Divinare etiam liceat, nomen ipsum Vulcano affixum ИAJΘAƧ Ephestiona Græcorum significare; si fides jis sit, qui linguam hanc nostro ævo omninò deperditam Græcis aliquibus characteribus usam fuisse credunt; quasi scriptum sit ΗΦΣΤΑΝ Etrusca terminatione, pro ΗΦΑΙΣΤΟΣ: & sic literę AYИ17 sub Minerva ΑΘΗΝΑΝ designent.

Vtque non incuriosam hanc remotissimæ & penitus quamvis abstrusæ vetustatis digressionem prosequar, occasionem præbet similis ex eodem Museo patera excepta, in qua *Medea*, etruscè per epenthesim AƎꓷƎИƎM dicta, adstante forsan filio *Medo*, hic eodem idiomate MEDME, quem ex Aegeo Athenarum

Rege

Rege susceperat, magicâ, qua pollebat arte, utitur, ut nubibus involuti in Mediam, ab ipsis nomen sortitam juxta Diodorum Siculum lib. V. provolarent. A

391



* pag. 539. K. *laminâ ex tubo plumbeo præsectâ*]Literæ istæ plumbeis tubis consignatæ, & prominentes, ut plurimùm aquarum ductibus inscribebantur, frequenterque admodum occurrunt. Vltra specimen quod è nostro Museo producimus; plures hìc subdere curavimus, vel alicui forsan usui futuras, vel curiositatis, quantumvis inutilis, gratiâ. K

L

392 IMP· CAES· HADRIANI· ANTONINI· AVG· PII
SVB· CVR· PORCI· POTITI· PROC· ANN· SYMPO· F

In fundamentis Collegii Romani.

393 M·AR-

A 393 M · ARRECENI · CLEMENTIS
Arimini ex schedis Barberinis.

394 AVR · IRENE · FEC
In Vinea D. Sanctis Randenini Via Tiburtina.

B 395 M · AVRELII IVLIANI A MEMORIA
Apud Nobb. de Cicciaporcis.

396 ΚΟϹΜΑ ΙΑΤΡΟΥ
Apud Vir. Cl. Canonicum Blanchinum.

C 397 IMP · CAESAR · DOMITIA ∴ NI · AVG · SVB · CVRA
ALB
ALYPI · PROC · FEC · ESY ∴ CHVS · ET · HERMEROS · SER
In Villa Domitiana ad Lacum Albanum.

D 398 IMP DOMITIANI CAES AVG SVB
CVRA M ARRICINI CLEMENTIS
Ex eodem D. Blanchino.

E 399 EVHODVS · FEC
In Museo Puteano.

400 MVNICIPI · FALISCI
In ruderibus Falerii.

F 401 FELIX SER
Ibidem.

402 HEREDVM SPVRI MAXIMI EGREGII VIRI
Apud Sfortias è schedis Barberinis.

G 403 IVLIAE · TI · F · SEVERAE
In Vinea Ludovici Tunensis ex eisdem.

404 SEXT IVLI FRONTINI
Vinea Randenina.

H Agnosce hic Sex. Iul. Frontinum Aquarum Curatorem sub Nerva, nobilemque de Aquæductibus Scriptorem.

405 SEXTI LATERANI
In Sacrario Basilicæ Lateranensis.

I 406 TEMPLO MATIDIAE
In fundamentis Ecclesiæ S. Ignatii.

407 SEX · MODIVS RESTITVTVS
Arimini ex schedis Barberinis.

K 408 NARCISSI · AVG · L · AB · EPISTVLIS
In fundamentis S. Ignatii.

Anonymum hunc Augustum, Claudium intelligo, cui Narcissus ab Epistulis, ut observavit ex Suetonio P. Donatus de Vrb. Rom. lib. III. cap. XVIII., idemque habetur ex Dione in fine libri LX.

L 409 PHRONIMVS · FEC
In Vinea Randenina.

410 POSTVMIVS · AMERIMNVS
Apud D. Blanchinum.

411 PRISCIANVS AVG N FECIT. A

Apud D. Bonarrotum.

412 L · SABIDIVS · HELICO · FEC

Vinea Nobb. de Nerliis sub Tibure.

413 SABIDIVS · HERMES B

Ibidem.

414 TI · SERVILIVS HERMES FEC·

Vinea Raudenina.

415 THVLI · AVGVSTAL C

In Museo Puteano.

416 TORQVAT ET LATERAN

In Sacrario Basilicæ Lateranensis.

417 Q · VALERI · VEGETI D

In fundamentis Parthenonis Monasterii de Incarnatione in Quirinali.

418 REIPVBLICAE VEIENT

Inter Vejorum rudera, modò in Museo Ciampino.

419 C · VETTI FELICIANI E

Ibidem.

CAPVT

CAPVT OCTAVVM

MONVMENTA CHRISTIANORVM.

E SPICILEGIVM jure merito, hunc nostrum circa Christianas inscriptiones qualemcumque laborem, vocabit, quisquis opimam, fru-
F giferamque P. Aringhi messem in sua Roma Subterranea respexerit. Sed non propterea deterreri debemus, quin hæc pauca quamvis conferamus, nullum
G alium quàm alphabeticum ordinem in re confusanea adhibentes.

Nominis contemptum, quem in Ethnicis admirati fuimus in Notis ad
H Cap. I. pag. 21. B. faciliùs in Christianis, qui solùm in libro Vitę describi avebant, admittemus. Hinc enim factum est, ut pauca admodum nomina loculis Cœmeteriorum adscripta legamus; dum frequentiùs venerabile Christi nomen notis hisce ☧ adumbratum, vel aliis similibus, ☧ ad defunctorum velut fidei professionem, in ipsa calce, qua tumuli occluduntur incisum reperimus. Talem Christianitatis tesseram, & quidem duplicem, noster hic lapis ostentat,

I | A ☧ Ω |

cui pares apud Aringhum quamplures invenies, & insuper To. II. lib. VI. cap. XXII. & XXIII. eruditam ex SS. Patribus mysticæ hujus Scripturæ explanationem.

I II. ADDONI · BIDVHE · CASTISSIME
FEMINE · BENEMERENTI · DEP · XIII · KAL · DEC

Ex Cœmeterio Callepodii.

K Parùm differunt à pseudographia hujus inscriptionis binæ hæ aliæ apud Aringhum To. I. pag. 291, & To. II. pag. 263.

1 BALERIA LATOBIA · Θ · F · QVE VIX ANN
L VS · XLII · M · III · D · XV · FVIT · BEDVA
ANNVS · XII · DEPOSITA · IIII · IDVS
SEPTERIS IN PACE

2 EROS HILARE BIDVE FECIT

Zzz Hæc ta-

Hæc tamen nostra licet apertè erronea in τῷ BIDVHE, atque carentia diphtongi in finalibus trium successivè verborum literis; rectam alioquin præfert scribendi rationem, dum FEMINE verbo, absque diphtongo in prima syllaba utitur. in hoc vetustis inscriptionibus conformis à Dausquejo in verb. *fæcundus* relatis, aureique Latinitatis Sæculi nostræ Cap. III. num. 323. vers. 29.

III
AELIA · LVCIDA · ET
TERENTIVS · HI
EARVS · PARENT *sic*
Q · FELICI · FILI
· Q · VI · AN · ⅡII · ME
N · XI · DI · II · OR · VI
·B· ·Q· *benè quiescat*

è Cœmeterio Callisti.

Vsque à Trajani temporibus similem praxim notandi plures decurias, per unicam adiectam lineam alteram longiorem intersecantem, in istis quoque videbis.

3
D · M
VLPHIAE · SALVIAE
AVGVSTI · LIBERTAE
FAVSTVS · CONIVGI
BENEMERENTI · FECIT
V · A · IIII

Hortis Iustinianeis.

4
CORNE FORTVNA
D VIXIT ANN MEN II M XIII DIE IIV
C · CORNELI
FORTVNATI
QVI VIXIT
ANN X̄

FE · P · FAVSTVS

Hortulo Ronconii ad S. Isidorum.

post eas, quas suprà attuli Cap. I. num. III., & Cap. III. num. 109. & 298. Gruterus quoque, tum vetustam pag. CCCVII. 8, tum recentiores habet pag. DXXIV. 8. & DXXXI. 8.

IV
AGATHEMER A
COIVGI BENE
BIBENTI QVEVI
XIT ANN XXXII D XXVIIII

è Cœmeterio Pontiani. B

Bibere pro *vivere*, minimè novum est: at hìc notanda correctio immediatè sequens VIXIT, quæ dubium relinquere videtur, C an de bibace, an de sobriè & parcè vitam agente (quod potiùs credimus) intelligi debeat.

V
L · ARRVNTIVS D
MARITIMVS
DECESSIT · ANN
XXIIII · D · XLGIII

Ex eodem Cœmeterio. E

Redit nota senarii numeri G præcipuè inter Christianos usurpata, ut advertimus Cap. antecedenti pag. 540. H.; quod semel admonuisse sufficiat, quia sæpe re- F currit, ut videbimus.

VI
X G
inter duas aviculas
encarpum sustinentes

Ex Cœmeterio Callisti.

Numerus hic simplex appositus *est ad* H *designandum tumulum, quales numeros in Roma Subterranea sæpius offendes*, ut eruditissimi P. Mabillonii verba assu- I mam in Itin. Ital. pag. 74. ad nostram LEOPARDI inscriptionem, quam infrà suo ordine exponam.

VII
AVFIDI K
CARISSIME
VIBIS · IN E
TERNO

è Cœmeterio Calepodii. L

Faustis hujusmodi precationibus, quin & assertionibus, abundabant Christiani, tanquam

A tanquam *in beatam spem* decedentes. Sic infrà, *Gaudentiam in pace suscipiendam*, quasi de illius gloria perenni minimè dubius, fuit is qui eidem titulum posuit.

B Sicque in refrigerio animam Victorini statutam Caletyche uxor auguratur.

5 CALETYCHE CONIVX ET VICTORINVS FILIVS POSVERVNT
C VICTORINO CONIVGI IN PACE QVI VIXIT ANNIS N̄ LXII IN REFRIGERIO ANIMA TVA VICTORINE

Villa Carpinea.

D VIII

d N
AVRELIAE ЬICTO
RIAE QVAE ЬIXIT
ANNVM ET MEN/E/
OCTO

E

è Cœmeterio B. Tertullini.

F Patuit fortuitò Cœmeterium hoc Beati Tertullini duodecim ab hinc annis, sub ipsa Via Latina ad II. lapidem, ubi illud statuunt veteres Codices, de quibus Aringhus lib. IV. cap. V. Dum enim Fossores isti, qui materias ad ædificia suppeditant, Aediculam quandam sepulchralem ibi destruerent, in qua præ cæteris monumentis, hæc duo reperta fuerunt,

G

H

6 D · M

VAL · VICTORIAE
MATRI · BENEMER
I ENTI · VIXIT · AN · L
EROTICE · FILIA
FECIT

7 D · M
K TI · IVL · THELESPHO
RVS · IVLIAE
VICTORIAE
CONIVGI
L B · M · F

per scalas in angulo Aediculę inter rudera ad subditũ Cœmeteriũ descenderunt. Inscriptiones istas præmisi, ut conjecturam ex jisdem caperem, Victoriam Gentem, quæ supernè, & in gentilitate sua sepulchra obtinuit, eandem, post conversionem ad nostra sacra; aditum clandestinum ad subterranea, nullâ aliâ ex parte pervia, quæsivisse, & Cœmeterium hoc Beato Tertullino (à quo post ejus, aliorumque Martyrum ab eo invectorum depositionem denominatum fuit) commodasse.

Ad difficultatem quæ insurgit, quo pacto Gentis Victoriæ Cœmeterium hoc dici possit, dum tres istæ nostrarum inscriptionum VICTORIAE, non nominis, sed trium Gentium, Aureliæ, Valeriæ, & Iuliæ, cognominis locum occupare videntur: Responderi potest, illo jam ævo adeò confusa omnia reperiri, ut duplex, imò & multiplex nomen agnoscere non sit absurdum, quemadmodum Cap. III. pag. 203. I. ostendimus; intactam ibi observationem addentes, ultimum, quod cognomen videri poterat, in Gentis nomen transiisse, ut Viris Doctis visum est.

Vt ut autem res se habeat; illud certum est, hoc esse Tertullini Cœmeterium, quod longo jam tempore latuit, prout loci hujus ab Vrbe distantia, & Aquæductus vicinitas evincunt.

Pro descriptionis complemento, non abs re erit pauculas quasdã inscriptiones quibus illud decoratum invenimus recensere; & loci, angustis quidem finibus & ab omni parte terminati, ichnographiam addere.

IX

ΤΕΛΕC
ΦΟΡΙC ΕΝ
ΘΑΔΕ ΚΕΙ
ΤΑΙ

8 ΧΑΡΙΝ 9 ΕΥΠΛΟC

In calce unius ex loculis. *In alio.*

 10 MI-

10 MILIA · CHRYSIS · IN · HOC · LOC
NC · MVNIMENTVM · ASOLO · EXT A

Fragmentum inscriptionis inversè posita ad loculum contegendum.


11 D · M ·
SEPTIMIA · SEPTIMIANA
FAVSTIO STATIANO EVOK
CONIVGI B M QVI VIX
ANN LXXVII
MILITAVIT ANN LI

Ibidem calce obducta.

12 CLODIAE · LEPIDE
QVAE·VIXIT·ANNIS·XXIII B
MENSIBVS · X · DIEBVS · III
CLODIA·CYRILLA·MA ❦
TER · FILIAE · DVLCIS
SIMAE ❦ C

Frons sarcophagi tumulo appositi.

D



E F G H

A *ingressus recens cum hoc titulo* COEMETERIVM BEATI TERTVLLINI M.
B C *Scala pedum geometricorum quinquaginta.*

Sunt quoque notabiles in hac inscriptione characterum formæ, jam in mutationem inclinantes, ut in elementis illis d e b & ſ, loco veterum D E B & S.

Sed quod omnibus hactenus circa eam observatis præponderat, est invocatio D N fronti epigrammatis præfixa; quæ detorqueri non potest ad *Deos Manes*; (ut in alia LEOPARDI suo loco subiicienda inscriptione quæ à D. MA initium sumit suspicatus fuit P. Mabillonius in Itin. Ital. pag. 73.) sed DEO NOSTRO explicanda est, ut Christiana I pietas exposcit, & paullò infrà probabo.

X AVRELIA · FELICITAS
ET · CL · INACHVS K

è Cæmeterio D. Agnetis.

INACHI cognomen, aliis à Fluminibus petitis Cap. V. pag. 380. accedat; à nobilissimo, inquam, totius Græciæ L flumine, quod, si Stephano credimus, universam Peloponnesum à se *Inachiam* denominavit.

XI AVRE.

A XI

AVRELI M
VCIANILIA C
VN PACE

Ex Cœmeterio Callisti.

Literæ rubricâ delibutæ inscriptionem hanc nostram exornant.

XII

AVRE · IRENE · FIL · DVLC

XIII

AVRELIA · SECVDA
CARIS · VIX · XXXII

Ex Cœmeterio D. Agnetis utraque.

Optimâ quidem literâ, sed incorrectâ, ut vides.

B

C

XIV

arbor cum pera appensa	*Pastor Canem lorô trahens*	AVR FILVMINVS MAXIME COIVGI INPACE	*Columba super ramo*	*figura passis manib.*

D

Ex Cœmeterio Callisti.

Columba, & figura orans, sæpe sæpius in Christianorum tumulis apparent.

E Atqui symbola lęvæ partis, Pastor scilicet cum Cane venatico, & arbor cum sacculo illo viatorio ex ramo pendente, an aliquid significent, an innocenti lusu (ut sequentis inscriptionis Eqvuleus) apposita sint, ignorare me fateor.

XV

F

		AVREL·PELACIANVS
		QVI VIXIT·MENSIBVS
Palma	*Eqvus ad eam currens*	GI·ET DIEBVS XIII.
		AVREL·DECENTIVS PATRR POS

G

Ex Cœmeterio ad duas Laurus.

Qui lusui (de quo mox dixi) in isto Equo currente non acquiescit, commini-

H scere potest, Puerulo huic illibato, velut Equo ad metam properanti, consummato cursu Palmam cælestis gloriæ præparatam esse.

XVI

AVREL · SECVRO	
AVREL · SECVRVS	
PATRI · BENEMERENTI	
Agnus folia depascens	*Arbuscula & super ea Avis*

I

è Cœmeterio Callisti.

Nomina eadem in patre & filio (ut in sequenti quoque titulo) per adiectionem

K *majoris* vel *minoris*, sive *junioris* & *senioris* distingui solita habes Cap. V. pag. 368. G.

XVII

☧ AXIVS
MENANDER
MENANDRO
FILIO SVO

è Cœmeterio D. Agnetis.

XVIII

	BENEMERENTI FILIO
IN P	BASILIO QVI BIXIT AD
ACEM	NVM ED MESIS IIII
	DIES VIIII QVI BIXIT SV
	PER SOROREM SVAM

L

Ex Cœmeterio Callisti.

Inter tot barbarismos hujus inscriptionis, elucet nihilominus incorruptæ latinitatis for-

tis formula, *annum* absolutè, pro *anno uno* enunciandi; quod conspicimus in hac alia, pejoris adhuc notæ,

13 BINIMIRINƧI LAVRENƧIO
QVI VIXIƧANNO ⊢ƧMEN II
D XXVII R IN · PAC
In pavimento Ecclesiæ SS. Ioannis & Pauli.

ubi litera T eodem modo efformatur, àc suprà ad inscriptionem VIII. literam S signari ostendimus. Quære exempla apud Ciceronem, quæ in ipsa prima Oratione pro P. Quintio plura sese offerunt, ne alibi quærendo fatigemur, suntque istiusmodi, *Annum ferè unà sunt*, *Annum & sex menses nihil petit*, *Annum & eò diutiùs fuit in Gallia tecum Quintius*, *Anno & sex mensibus verbum nullum facis*, *Tecum anno plùs vixit*. Sed jam liceat inscriptionibus Gruterianis ac nostris rem transigere. Apud Gruterum hæc habentur, VIXIT · ANNVM · ET MENSES · II pag. DXCV. 9, VIXIT · ANN · ET · M · VI pag. DCCI. 9, VIXIT · ANNVM · ET · DIES · IIII pag. DCCXIV · 10, VIXIT · ANNVM · MENS · V · D · XVIIII pag. DCCCLXXXIX. 7, ANNO · ET · MENSE · TERTIO pag. CMXXII. 18, VIX · ANNVM · MENS · III · D · VI pag. MLIX. 7. A

Huic in Grutero incorrectæ, inter nostras ob emendationem locum facimus. B

14 D ❦ M
OTACILIAE · EVNOEAE
L · OTACILIVS · FORTVNATVS
ET · OTACILIA · MA · FILIAE · CARIS C
BENEM · FECIT · VIXIT
ANNVM · MENS · VIIII · DIES · XXI
Hortis Matthaiis.

15 D · M · D
MARCELLAE · FIL
OPTIMAE · QVAE
VIXIT · ANNO
M · VIIII · D · XVII E
PARENTES
Hortis Perettis.

16 DIS · MANIB
· PRIVATA · MATER F
· ASTEROPE · FILIAE
FECIT ❦
VIXIT · ANNO · MEN
SIB · NOVEM ❦ G
Vinea Vallea.

17 MARCIANETI FILIAI · DVL ❦
CISSIME QVAE VIXIT ANNO H
MENSE ET DIES XV MARCVS FILIAE FECIT
In Roma Subterranea.

18 AMANTIAE COIVGI DVLCISSIMAE
ET MERENTI QVAE VIXIT ME I
ANNVM ET DIES XXIIII ATHENIO
CONIVX
Museo Carpineo.

19 IANVARIA CONSTANTIO K
VIRGINIO CONIVGI CVM QVO VIXIT
ANNVM ET MENSES IIII ET DIES · · ·
In Cœmeterio Priscillæ.

20 AVRELIVS HERMAISCVS AVRELIAE
SEVERE CONIVGI BENEMERENTI L
CVM QVA VIXIT ANNVM ET
MENSES · X · TITVLVM POSVIT
Ex schedis Bibliothecæ Chisiæ.

21 POSVE-

A 21 POSVERVNT· TABEL· PAREN
FILIO · SVO · CAEPASSIO · QVI
VIXIT · ANN·
In Cæmeterio B. Castuli

B 22 SABINIANVS · IN PACE
QVI VIXIT ANNO ET
MENSES V · DIES · VI
In pavimento S. Chrysogoni.

C 23 CASTORA QVE V
ANVM ET MES I
Apud Mart. Milesium ex schedis Barberinis.

D 24 D · M
VETTIAE
SOZVSAE
VIX· ANNVM
E MENSIB · III
DIEB · XXIII
FECIT
VETTIA
F DIOCILA
è schedis Barberinis.

25 *Sub stemmate Puellæ*
D · M ·
G CALVIA · CRIS
PINILLA · C · CAL
VI· FORTVNAT
PIA · VIXIT
ANNO · M · SEX
H H· S· E· O· I · BENEQVIESC
Hortis Perettis.

Redeundo ad nostram inscriptionem *Basilii*, illud quoque in ea notatu di-
I gnum erit (non tamen novum, ut mox subdam) vixisse illum SVPER SOROREM SVAM, hoc est illi supervixisse, prout etiam sequens accipi debet.

K 26 QVINTILIANVS FAESTE COIVGI
BENEMERENTI IN PACE
D IN P· VIIII KAL MAIAS
QVINTIANO BENEMERENTI
L IN P D KAL IVLIAS
SE BIVO FECIT
IVSTINIANVS SE VIVV FECIT
SVPRA PARENTES SVOS
In Roma Subterranea.

Et clariùs alia Gruteri pag. CMLIII. 1, quę tempus quo *Veneria* sorori superstes fuit, ita determinat, HAEC · SVPRA · SOROREM · SVAM · VIXIT · MENSES · VI

XIX
BIBVSVS ME
RCVRVS QI VI
SIT ANV XVIIII
M · V D · XII · MA
TER BE M FEC
Ex Cæmeterio Castuli.

Mercurii nomen pluribus inditum videmus in Grutero, nec insolens in Christianis apparet ex hac, & sequentibus inscriptionibus;

27 DIGNAE BENEMERENTI
COMPARI MERCVRIAE QVAE
VIXIT ANNIS P· M · XL · SINE
ALIQVA QVERELA DEP· XVII
KAL· NOV· HEROS FECIT SIBI
ET COMPARI SVAE
Ex Roma Subterranea. A ω

28 MERCVRIVS

29 LOCVS MERCVRI
ET VRSE SEVIVI
Ibidem utraque.

30 MERCVRIVS IVSTAE CO
IVGI BENEMERENTI PO
SVIT QVAE VIXIT MECVM
ANNIS XIIII MATER FILIORVM
VII EX QVIBVS RELIQVIT·II·TVP· ET
TV PE PRO EOS
In Cæmeterio S. Agnetis.

31 MERCVRIVS QVI VIXIT
ANNIS IIII DIEBVS XXIII
Apud Puellas Mendicantes.

32 MERCVRIAE · ANIMAE · IN
NOCENTISSIME · Q · VIXIT
AN · DVO
Ad D. Blasii de Annulo.

non enim culpabile fuit Gentilibus Christianis factis profana Deorum nomina non de-

non depoſuiſſe, imò & aſſumpſiſſe, ut pluribus oſtendit Ill. Cuperus in Monum. Antiq. pag. 190.

Atqui τὸ BIBVSVS ſive nomen, ſive epitheton ſit, novum, imò & abſurdum videtur, ut titulo ſepulchri inſcribatur; quaſi *bibendi avidum* traduxerit mater, A
poſteriſque indicaverit; verbo ne quidem proprio, ſed à Laberio Mimographo vocum innovatore confiſto, ut ait Gellius lib. III, cap. XII, quòd nempe *à voca-* B
bulo non à verbo inclinatum ſit.

XX

| CALEVIVS BENDIDIT AVI
| *Lazarus in monumento* LVCIVS IN PA
| *Candelabrum VII. lucernarum* *Dunun-chla* *altera ex bilancibus* C

Vide integram apud Aringhum in Rom. Subter. To. II. pag. 19.

Pro certo habet Reineſius Claſſ. XX. num. 43. venditorem hunc nominari CALEPIVM: At ego certiùs reſpondeo pro veritate ſcripturæ P. Aringhi in hac dimidiata inſcriptione quæ mihi fortuitò D
contigit.

Vide ſis integram, prout Aringhus eam refert;

33 CALEVIVS BENDIDIT AVIN TRISOMVM VBI POSITI ERANT VINI ET CALVI- E
LVCIVS IN PA COS STIL (LIVS ET

& vide ulteriorem emendationem in nomine VINCENTII, conflato ex VINI ET: nam ſi CALVILIVS & LVCIVS jam Sepulchrũ occupaverant, (qui erant illi VINI, hoc eſt BINI, ibi antea poſiti) ſi ex VINI ET Vincentium cum Reineſio efficiamus, tertiumque eum adjungamus, nihil ſupererat emendum *Avinio* vel *Avinnio* in Triſomo, quod ex vi verbi non plura quàm tria corpora capiebat. In hoc igitur, & in pluribus, ut ſæpe vidimus, aptari poſſunt adverſus Reineſium, ea quæ Cicero ait in Bruto, *quod ſcriptum eſt negligi, & opinione quæri voluntates, & interpretatione diſertorum, ſcripta ſimplicium hominum pervertere.*

Cæterùm ab ipſo P. Aringho piiſſimo atque eruditiſſimo Scriptore, ſymbolorum ejuſmodi explicatio petenda eſt, ne actum agamus.

XXI INNOCENTI CARINO
QVI BIXIT ANNIS
V·M·VIII·D·VIII DORMIT INPACE

Ex Cœmeterio Cyriacæ ad Viam Tiburtinam.

Apud Chriſtianos, ex certa reſurrectionis ſpe, *Mors non eſt mors, ſed temporaria dormitio*, ut in ipſo limine ſuæ F
Romę Subterranęę congeſtis multis Sanctorum Patrum dictis latè proſequitur P. Aringhus. Hinc plurimæ tam in Grutero, quàm in hoc aureo Aringhi volu- G
mine inſcriptiones, hanc dormitionis formulam retinent; quibus non paucæ hæc ex noſtra Collectione conſentiunt. H

34 VICTORA
QVAE VI
XIT ANNOS
XVIIII · ET · M· I
VIII· DEF · DIE
IDVS·OCT·DOR
MIT · IN PACE

In Cœmeterio Calepodii.

XXII IANVARINVS DORMIT K
IN PACE PR KAL NOVEMB

XXIII DOMITIANVS L
ANIMA SIN
PLEX DORMIT
IN PACE

è Cœmeterio Pontiani utraque.

35 GRE-

A 35 GREGORIVS ET SEVERA · FILIAE SVE DVLCIS
SIME ET INNOCENTISSIME BENEMERENTI
QVE VIXIT ANNOS · IIII · M · VII · ET DIES · XXVII
DORMIT IN PACE

B 36 ✠ HELITI CONIVGI VICTORIA FECIT ♁
BENE QVESQVENTI
QVI BIXIT ANNIS IN SECVLO PLVS MINVS LXIIII ✠
C ET IN CONIVGIO BIXIT ANNIS XXVIII DORMIENTI
IN PACE

In Museo Carpineo utraque.

37 IRENE AGAPE COC INCOMPARABILI · D · ANN ·
D P · M · XXX · MEC · FECIT · ANN · XIII · M · XI
QVE D M IN PACE D · X · KAL · IAN

Ex Cœmeterio B. Calepodii.

Literæ D M ultimæ lineæ, *dormit* explicari debent, ad præscriptum pag. 164. à lit. C
E per varia quæ ibi attulimus exempla.

38 DORMITIO ELPIDIS QVE VI
XIT ANNIS LXXX DIEBVS
V BENEMERENTI IN PACE SV
F I FECERVNT

Ex schedis Chisiis.

39 TATACENTIAE  ANIME INNOCENTI
QVE VIXIT ANNIS QVINQVE MENSES X
G DORMIT IN PACE VI KAL IEN

In Cœmeterio Callisti cum Vase sanguinis.


40 MAXIMIANVS SATVRNINA DORMIT IN PACE

Vas utrinque ansatum *Avicula*

H *Ex schedis Barberinis.*

✠ HIC REQVIESCIT IN SOMNO PACIS
FLORA QVAE VIXIT ANN V · DI XXVIII
I DEP ✠ SVB D · III · ID · AVG · IND · XV · P · C · *post Consulatum*
DOMINI N · IVSTINI PP AVG ✠ *perpetui*
ANN · II

Ad Aggerem Villæ Perettæ, à tergo alterius suprà pag. 144. num. 164.

K 41 AVRELIA CONSTANIA QVE VIXIT *sic*
ANNOS XXXIII ET MENSES III DORMIT
 IN PACE 
♁ ET PRINCIPIO

L *In Cœmeterio Callisti.*

42 RESPECTVS QVI VIXIT ANN · II · ET · MENSES
VIII · DORMIT IN PACE DELICIVM

Ex schedis Barberinis.

43 SOTERIS MATER FILIO LEONI A

☧ ☧

QVI VIXIT ANNIS PLVS MINVS

☧ B

XX DORMIT IN PACE DORMIT

Ex iisdem. C

44 CONSTANTIA · D VII KAL · IVNIAS DORM · IN P

In Cœmeterio Calepodii.

45 DEP · ERACLIES V IDVS SEPT · DORMIT

IN PACE · D

Ex Roma Subterranea.

46 VRBICA SEVIVA CONI
CONSTANTIO BENEMERENTI Q
IN PACE SOMNI E

Fragmentum in pavimento Ecclesiæ S. Chrysogoni.

47 PRISCA · D · P · II · NONAS IVLIAS DOR · IN PAC

Villa Carpinea.

48 CAESONIO VIVEN
TIO · CONIVGI · IN
COMPARABILI · QVI · VI
XIT · MECVM · ANNIS
VIII · MENSES · VIIII
DIES · X · MORITVR
NON · FEB · ANN · XXX · DOR
MIT · IN · PACE · POSVIT
PLOTIA LVCILIA SET
ET SIBI

Ad D. Martini ex schedis Barberinis.

49 AVRELIA · SEVERA
MATER · ET · EGRILIA
SABINA · FILIA ·
IC · DORMIVN ·
IN PACE

In Episcopio Ostiensi.

50 RESTVTVS · QVI D
ORMIT IN PACE
VIXSIT · ANNIS · XXV
II · M · VI D · VII · IDVS AVG
VSTI

è Cœmeterio Pontiani.

51 BVRICHI DORMIS IN PACE

è schedis Barberinis.

52 ABVNTIA PRIDIE KAL DEC F
DORMIT IN PACE

Ex iisdem.

53 SEPTIMVS SABRAS
QVI VIXIT ANNO
XXXV DIES XXI G
DORMIT IN PACE

Ad Divæ Birgittæ.

54 INTER H
DORMIE
NTES ZO
NE ANNO
VIIII I

Florentiæ apud Nobb. de Bonarrotis.

55 ΑΥΡ · ΑΙΛΙΑΝΟΣ
ΠΑΦΛΑΓΟΝ ΘΕ
ΟΥ ΔΟΥΛΟΣ ΠΙΣΤΟΣ K
ΗΚΟΙΜΗΘΗ ΕΝ ΕΙΡΗ
ΝΗ ΜΝΕϹΘΗ ΑΥΤΟΥ Ο
ΘΕΟϹ ΙϹΤΟΥ ΑΙΩΝΑϹ

Ex Cœmeterio Callisti.

Aur. Aelianus L
Paphlagon De
i servus fidelis
dormmit in pa

A *ce memento ipsius*
Deus in secula

Contrà verò Ethnici hac spe orbati, somnum suum ferreum, æternum, inex-
B citabilem, ita deplorant.

56 D M
SOMNO ETERNALI
C AVRELIVS ABASCANTVS
AVG·LIB· ET FORTVNATA
AVG·LIB·FECER·SEVIBI
SVISQVE LIBERTIS
D LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE EORVM

57 SOMNO · AETERNALI
SACRVM.
E ARRVNTIAE · VALEN
TILLAE· FECIT·D·ATERIVS
ARRVNTIVS·FILIVS
ET · LIBERTIS · LIBERTA
F BVSQVAE · EORVM

è schedis Barberinis utraque.

58 SOMNO·AETERNALI·SACRVM
SEVERO · FILIO · DVLCISSIMO
G QVI· VIXIT· ANN· VIII· MES· III
IANVARIA · MATER · FECIT
INFELICISSIMA
Museo Carpineo.

59 D · M
SOMNO · AE
TERNALI·AN
TONIO· QVI VI
XIT·ANNIS·VII·MEN
SES· VIII· DIES· XX
ANTONIVS · ET
BASILA·PARENTES·FIL
DVLCIS · FECER
In Vinea Vallæa.

His adde nostram MANLII AGATHIAE, aliasque C. MATRINI VALENTIS Cap. III. pag. 165. & 182, NERIAE SEBERAE Cap. IV. p. 269; atque EVTYCHIAE Cap. V. pag. 391.

XXIV CARITZE QVE VIXIT
ANIS XV·DEP·V·IDV·IVN
IN I PACE

Puto equidem in hujus Puellæ nomine errasse Quadratarium, sæculo præsertim rudi; sed quomodo emendandum, non invenio: Sive enim Z pro S cum Dausquejo, sive pro J consonante cum Scaligero, sive pro C vel L cum Reinesio, æquè duram & malè latinam pronunciationem sortitur.

H XXV CARTORI · VESTINO
QVI · DECESSIT · IN PACE *Falx cum palma ferro insculpta* *Vasculus*
XVIII · KAL · AVG
IVLIA FELICITA MARITO DVLCISSIMO

I *Ex Cœmeterio B. Castuli.*

Cultrum illud, seu Falcem lateralem cum Palmæ ramusculo in ea insculpto, fuisse instrumentum martyrii, non invi-
K tus credo, significati etiam per Vasculum appictum, in quo sanguis asservari solebat; itaut & hodie similes ampullæ vitreæ sanguineâ & purpureâ crustâ obdu-
L ctæ frequentissimè in Sacris Cœmeteriis juxta Martyrum loculos, quà capita recumbunt, reperiantur; certissimo effusi pro Christo sanguinis argumento, quo præcipuo, imò & unico usus sum, dum Sacrarum Reliquiarum extractioni & custodiæ præfui. Præoccupavit hanc probationem Aringhus: Verùm quia, aliquis ex Heterodoxis, quem non nomino, meam in hac re credulitatem deridiculo habitam typis vulgavit; quasi hunc, quem sanguinem, ampullæ sibi à me ostensæ adhærentem (exsiccatum quamvis) esse dicebam, ille, ex Cicerone forsan edoctus lib. II. de Divinat. ubi

hæc ait, *Decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena maximè potest sanguinis similis esse*, ita prorsus statuit; & rubedinem non à sanguine, sed à colore terræ per quam humor pluvius percolatur contrahi contendit. Vnde adversùs inexpectatam hanc rei apud nos evidentis impugnationem, novas & Aringhio inexcogitatas hujus veritatis probationes instituam, missâ eâ quæ sola sufficeret, impossibilis nimirum penetrationis extranei humoris in ampulla calci tenacissimæ inclusa: quinimo, penetratione etiam admissâ, improbabilis ejusdem liquoris exsiccationis, eâdem immissionis causâ permanente.

Altera, & quidem inexpugnabilis, tanquam ab ipso humano sensu proveniens, insurgit ex discolori varietate terreni in variis hisce circa Vrbem Cœmeteriis; constanti tamen semper & ubique in nostris vasculis sanguinei coloris indistinctâ similitudine: Nemo quippe qui hoc compertum habeat, seriò dicet, sive è flavente Cœmeterii Pontiani terra, sive è nigrante Priscillæ, eodem pacto liquorem sanguini similem transmitti posse.

Tertiam addo ex physica observatione Clarissimi Viri Godefridi de Leibniz; qui quamvis à Romana religione alienus, non tamen ita studio partium affectus est, ut sine delectu damnet omnia ea A
quæ nostra orthodoxa Ecclesia à Sanctorum Patrum traditione, fideque historicâ, longè ante hæc deploranda dissidia B
recepit. Ita, inquam, de hac controversia, Vir doctissimus datis ad me literis judicium tulit. *Frustum phyalæ vitreæ* C
ex Cœmeterio Calisti allatæ, rubedine tinctum, examinavi nonnihil, ut faciliùs discerni posset, cujus ea generis esset, & utrum (ut physici hodie loquuntur) D
ex regno animali, an potiùs minerali, esset profecta. Et venit mihi in mentem uti solutione salis armeniaci (ut vocant) in aqua communi, ac tentare, an ejus E
ope aliquid à vitro separari, atque elui posset: id verò subitò, & supra spem successit: indeque nata nobis meritò suspicio est, sanguineam potiùs materiam esse, F
quàm terrestrem, seu mineralem, quæ vi corrosivâ prædita, tanto tempore, altiùs in vitrum fortasse descendisset, nec lixivio tam subitò cessisset. G
Hæc libentiùs incredulis istis obiicio, quò ex Novatorum ipsorum discordia, magìs magisque Nostrorum consensui fides accrescat.

H

XXVI

QVORO SVN NOMI·
NAE MASIME
CATIBATICV
I.SECVNJV
MARTVRE
DOMIINV
CASTVLV ISCA[A



I

K

Sirmondus qui adeò feliciter interpretatus fuit inscriptionẽ LVCII BARBATI F. per nos allatam Cap. VI. pag. 461, nescio quid de ista statueret; nobis quidem inextricabili, primoque aspectu inutili visâ; nisi quòd ex ea verum Cœmeterii B. Castuli situm accepimus, Aringho incompertum, ut idem fatetur lib. IV. cap. XI. In ipso ingressu lapidem hunc L
eruimus, in Vinea scilicet Patrûm Tertii Ordinis S. Francisci ad primum lapidem Viæ Labicanæ post Portam Majorem; ubi

A ubi καταβαθμὸς *descensus* (barbarè hìc CATIBATICV) ISCALA *per scalas* aperitur.

XXVII

CLAVDIVS · ATTICIA
NVS · LECTOR
B ET · CLAVDIA
FELICISSIMA
COIVX

In Cœmeterio S. Agnetis.

C Claudiam, Atticiani Lectoris & Clerici coniugem apertè fatemur, ne Reinesii obiurgationem incurramus, qui ad hanc Aringhi inscriptionem.

60 LOCVS BASILI PRESB ET FELICITATI EIVS
SIBI FECERVNT

D Editores culpat quod COI, vel VX consultò omiserint, ne presbytero uxorem concederent ad Inscript. 35. Class. XX.
E Misso enim quòd τὸ FELICITAS EIVS per nos coniugem propriè significat, ut de CAECINIA ILIADE *ejus* nempe *Sulpiciani coniuge* intelligenda monui-
F mus Cap. I. pag. 59; & sic satìs clarè & explicitè dictum fuit *Felicitatem* fuisse coniugem *Basilii*: non erat quod Aringhus vereretur, integram (si veritas pa-
G teretur) exponere; quia ipsos Episcopos uxoratos legimus apud Gruterum pag. MCLXXIII. 5, & rectè cum Domino de Cange Verb. *Sorores* pag. 902. cumque Sirmondo in Not. ad Epist. XVI. lib. V. Sidonii, interpretamur, ut post assumptionem ad Sacerdotium, sive Episcopatum, *quas legitimas habebant uxores, thoro separato, sub castitatis honore sorores manserint*. Plenissimam de hac re tractationem videre poterunt apud Gothofredum in l. 44. Cod. Theodos. de Episc. Eccles. & Cleric. To. VI. pag. 86. ji, qui (ut cum P. Sirmondo in hac eadem controversia loquar) *cùm veri nihil dicant, sibi tamen clausis oculis credi volunt*.

XXVIII

H *Avicula* *arbor* *uva botrus*
CLEMETIANETI BENEMERENTI PARENTES FECERVNT
QVE VIXIT·ANNVS·N·VI·MESES·VIII·DIES·VIII·INPACE CVM SANTVS

è Cœmeterio B. Castuli.

I *Clementianeti* pro *Clementianæ* dicitur eodem metaplasmo, quo (ut notat Reinesius Class XX. num. 114.) efferun-
K tur *Leopardeti*, *Eugeneti*, *Eutychneti*, *Ireneti* & similia, ex corrupta illius sæculi latinitate.

Quam hìc *pacem cum Sanctis* bene-
L precatam videmus, æquali pietatis affectu, & parùm diversis verbis, in hisce aliis invenies.

61 HIC REQVIESCIT CONIRBICA DEI IN
In pavimento D. Pauli. (PACE DEI

62 ··· NSTANTIVS·NATVS ···
·· QVI VIXIT ANNIS LI ···
····C QVIESCET IN····
···VINA CONPARI SVO··
···MERENTI IN PACE DEI

Ibidem.

63 EVTYCHIE BENEMERENTI
CARE·CONIVGI·AELIV·ARTEMI
DORVS · FECIT · IN · DOMINO
PACE

in latere scalpro incisa.

In Cœmeterio Pontiani.

XXIX

XXIX

CONCORDIA · QVAE
VIXIT · ANNIS · XXII
DIES · XXIIII · IN PACE
QVE VIX CVM M
ARITV ANNAN V
ME V

à Cœmeterio Priscillæ.

XXX

CORNEIVS BIATOR·
QVI BISIT · ANOS·
VENEMERETI · INPACE XI

Ex Cœmeterio Castuli.

Inelegans utraque, sed adhuc Christianâ simplicitate commendabiles.

XXXI

CORNELIa NICE
aNNoRVM , PLVS
mINVS· XX cRISSA
Na REDDERIT

à Cœmeterio Pontiani.

Novam literarum formam notabis in a, D, m; sed notabiliorem se ostendit barbaries ultimorum illorum verborum cRISSaNa REDDERIT, quæ sic A interpretor *Christiana reddidit*, hoc est, *defuncta est*, verbo inter Christianos usitato, imò & eorum tantùm (quòd viderim) proprio effectu, ut in istis. B

64 P · AELIO · GEN · · · · ·
SCE · PRAEF · ANN · · ·
GENETHLIANE·FIL·QV·· C
VIXIT · ANN · XI · ME · IIII
ORA · QVA · NATA· ES · ·
REDDIDIT · FECER · · ·
· ELIVS · HER · · · · · · D

In pavimento D. Pauli.

65 FILIE DVLCISSIME
PRIMITIE IN PACE
Q · VI · AN · XII · M · X E
REDDIT · VIIII · K · MAI

à schedis Barberinis apud Crescentios.

66 AEMILIVS·ET·TIMOLEA·FECERVNT
FILIO·DVLCISSIMO·QVI·VIXIT·AN·IIII
MENSIBVS · X · DIEBVS ~~II~~ III · REDDE F
DIT XII · KALE · NOBENBRIS · IN PACE

Ex Roma Subterranea.

Explicationem simul & usum affert ea, quam suprà Cap. IV. num. 485. ad- G duximus; hoc est *reddidit debitum vitæ suæ*: itemque sequens,

67 MANDROSA HIC· NOMINE · OMNIVM· GRATIA · PLENA ❦ FIDELIS· IN· XPO ❦ EIVS
MANDATA · RESERVANS ❦ MARTYRVM OBSEQVIIS DEVOTA TRANSEGI H
FALSI · SECVLI VITAM ❦ VNIVS VIRI CONSORTIO TER QVINVS CONIVNCTA
PER ANNOS ❦ REDDIDI NVNC DOMINO ❦ RERVM DEBITVM COMMVNEM
OMNIBVS · OLIM ❦ QVAE VICXIT ANN ❦ PL M ❦ XXXIII DP ❦ VIIII · KAL ❦
FEBRVARIAS CONS ❦ AGINANT · FAVSTI · V · C ❦

ad quam, Grutero, sive Smetio, à quo eam habitam recensuit inter Christianorum Monumenta pag. MLV. 3. visum fuit literam D per Græcorum Δ expressam esse: verùm fallitur, quia ex usu illius sæculi, quem in sequenti cernimus,

68 ✠ HIC REQVIESCIT IN PACE
CALLIENICVS EVNVCV
S QVI VIXIT ANN PLS M XXX
DEPOSITVS SVB D III NN
SEPTEMBRIVM IMP D N
IVSTINO PP AVG AN G IND V ✠

Hortis Perettis.

literâ D trigonâ quidem formâ, non au- I tem æquilaterâ inscribebatur, sed perpendiculariter primâ lineâ ductâ, maleque rotundato literæ corpore, juxta istud [D] ad amussim desumptum ejusdem K elementi exemplar.

Quem hic Consulem *Aginantium Faustum* legimus, Panvinio in Fastis est ANICIVS FAVSTVS; utroque scilicet L nomine, imò & alio insuper ACILII, pręditus, ut in inscriptione Gruteri pag. MLXVII. 5.

A XXXII

CRESCENTIONI *Puer* BENEMERENTI·
QVI VIXIT ANN *tunicatus* V MEN II ET D XVII
DEPOSITVS VII · ID *passis manibus* IAN IN PACE

B *à Cœmeterio Callisti.*

XXXIII

CRESCENTIO
QVI VEXSE
C ANNVM
MESES GII
DEPOSITVS
D Q IIII KAL AVG

à Cœmeterio B. Castuli.

E duobus diversis Cœmeteriis idem nomen, non ita commune, tanquam vix
E semel in Martyrologio, iterumque in Roma Subterranea repetitũ nostris hisce lapidibus pretium auxit. Aringhus, ita suum recenset.

F 69 CRESCENTI
ONI · INN ·
Q·V· A· IIII· M·
VIII · D · XX · P.P.P.P

G Hic idem lapis XXXII. hujus Pueruli ex indicio vasculi sanguinis ad ejus tumulum affixi pro Christi Martyre habiti, & à me extracti dum Sacrarum Reliquia-
H rum Custodiç ab Eminentissimo D. meo Cardinali de Carpineo Præfectus fui, venerabile Corpus designat, quod in Sacello nostri Suburbani Fontis Siccæ debita
I cum devotione collocandum & colendum, concedente eodem Eminentissimo, propediem transmittam.

K XXXIV

DIOGENIA
FIL · DVLCIS

In Cœmeterio S. Agnetis.

XXXV

D · M
DIONYSIAE
MARCION · CO
NIVGI · KARISSIM
B·M· FEC· QVAE· VIX
AN· XIIX· M· X· D· XXV



à Cœmeterio B. Castuli.

Locus ipse ubi reperta fuit hęc Tabella, itemque corona cum palmis subdita, Dionysię Christianitatem asserunt. Quod obiici potest de D·M, quasi *Deorum Manium* titulo profanatâ, infrà ad Inscriptionem EVFROSINES sustulimus, & DEO MAGNO seu MAXIMO dicatam pluribus exemplis adstruere tentavimus.

XXXVI

DOMITIO INNO
CENTI NEOFITO
QVI BIXIT · AN III
DIES XXX · DEP · VIIII
KAL · IVNIAS

à Cœmeterio Pontiani.

L XXXVII

EFIGENIA BIDVA
VIXIT · AN · XCII
IIII NON · NOBEM

à Cœmeterio B. Castuli.

Vtramque

A 78 DIS·MANIBVS·P·FLAVIO
CHRESTO·FLAVIA·CHRYSIS
PATRONO· SVO· OPTIMO
BENE DE SE MERITO· VIX·AN·LXXX
B IIII

79 C·AVILLIVS
PAMPHILVS
VIX·ANN·XXCIV
C *è schedis Barberinis utraque.*

80 D M
T·FLAVIO·XISTO
V·A·XXCV
D FLAVIA
ARTEMISIA
PATRONO·SVO
B·M·F·ET
E SIBI·LIB
LIBERTABVS
QVE·POSTERIS
QVE·EORVM
F *Via Latina intra Vrbem.*

L. Pontium Erastum dedimus Cap. III. num. 247, Curiam Feliclam num. 562, Ti. Cl. Zosimum num. 569, & Ti. Cl. Epictetum Cap. IV. num. 422. hujus ætatis omnes.

81 D M
D·AEMILIO·AEMI
LIANO·QVI·VIXIT
ANN·LXXXVI
AEMILIVS·ZOILLVS
FILIVS·ET·CLODIA
ZOILLA·HERED
B·M·F
Vinea Nobb. de Burattis.

Iunge Stratonem Cap. IV. num. 17, & Beturiam Cap. VI. num. 101.

82 MACEDONIVS PATRI SVO TRO
FIMO BENEMERENTI FECIT
QVI BIX·AN·LXXXVII
Villa Carpinea.

83 ARRVNTIAE·AMMIAE·VIX·ANN·LXXXVII
FECIT·ARRVNTIVS·RESTITVTVS·PATRONAE·SVAE·B·M
FECIT·ET·S·ET·S·LIB·L·P·Q·E
G *Ex schedis Barberinis.*

84 DIS MANIBVS
IVCVNDI·VIX·AN·LXXXVIII
CLAVDIA·ECLOGE
H PATRONO·ET·CONIVGI·PIISSIMO·FECIT
Apud Sfortias ex iisdem.

85 VGI·CARI
SIMAE·FECIT
I C·NVNNIVS
VICTOR·QVAE
VIX·AN·LXXXIIX
DI·VI
K *Apud Fontanam Lapicidam.*

86 D·M
GALLIAE
SECVNDAE
L QVAE·VIX·A·LXXXX
PETRONIVS·FELIX
MATRI·SVAE
BENEMER·FEC
Hortis Matthaeiis.

87 SEX·PETRONI
VS·P·F·VIXIT
ANN·LXXXX
IIII·VIR
TARQVINIS
Corneti in Hospitali.

88 SEX·HELVIVS
SEX·L·STATIVS
VIX·AN·XC
Vinea Ottina.

89 HIC REQ·IN PACE LAVRE
QVI BIXIT
ANN·PL·M·XC·DIP·IN P·III
··AGAPITO CONS·INL
In pavimento D. Pauli.

90 DIS · MANIBVS
M · ANTONIO · LVPERCO
VIXIT · ANNIS · LXXXXI
M · ANTONIVS · PRIMVS
ET · M·ANTONIVS·ONESIMVS
ET · M·ANTONIVS·HERMA
LIBERTI· PATRONO· DE· SE
BENEMERENTI · FECERVN

Vinea Bonamoneta Via Cassia.

92 DIS · MANIB A
C · CLODIO · AMARANO
PATRONO · OPTIMO · ET
B· M· QVI· VIX· ANN·XCIII
FECERVNT · LIBERTI B
EVPHEMVS · ET
FORTVNATVS · ET
ATTICVS·IDEM·HEREDES

Hortis Iustinianeis. C

91 DIS · MAN
A · ACCIO · AVARISCO
VIXIT · ANN · XCI
MEN · VII
A · ACCIVS · A · L
PATROCLVS
T · F · C

Ex schedis Barberinis.

93 GVDDEM · SAT
VRI · PARDALI
PIVS · VIXIT · A D
LXXXXIII · H·S·E

Florentia ex Africa advecta.

E
94 D · SERVILI · D · L · APOLLONI
MEDICI · SERVILIA · D · L
AMBROSIA FECIT PATRONO
SVO ET SIBI ET SVIS F
ΩΔ ΕΠΑΦΟΥ ΓΕΝΝΗΜΑ ΣΟΦΟΙϹ ΕΠΙΕΙΚΕΛΟϹ ΑΝΗΡ
ΚΕΙΜΑΙ ΡΩΜΑΙΩΝ ΣΠΕΡΜΑ ΠΟΛΥΚΤΕΑΝΩΝ
ΚΛΗΤΟΜΕΝΟϹ ΔΕΚΜΟϹ ΣΕΡΟΥΙΛΙΟϹ ΕΙΔ ΕΤΗ ΕΛΘΩΝ
ΕΝΝΕΑ ΠΟΥ ΔΕΚΑΔΩΝ ΚΑΙ ΤΡΙΑ ΩϹ ΕΛΕΓΟΝ G

Hic Epaphi f. sapientibus comparandus vir
Iaceo Romanorum soboles multa possidentium
Vocatus D. Servilius annos natus
Circiter XCIII ut ajunt H

Ex Capaccio.

95 C · NYNNIVS · CHARI
TO · VIXIT · ANNIS
LXXXXIIII · ET
PONTIA · MEROE
VIXIT · ANNIS
LXX

Vinea Carpinea.

96 MEMORIAE VICTO
RINAE QVAE VIXIT
ANN·LXXXXV·MENS·III· RVFVS
F · MATRI · KAR
B · M · IN · P

Apud Rubeum mem. Bresc.

97 M · SATRIVS
FAVSTVS·V·A·XCVI
FILIVS · EVM I
MANVMISIT · ET
NVTR·OTIOSVM·AN·XXV

Roma apud Franc.Sonantium ex sch.Vatic,

98 SAFINIVS · L · L
ANTIGONVS K
VIXIT · ANNIS XCVI
ANNIVS·LIBERTVS·FECIT

Florentia apud Nobb. de Strozziis.

99 L · GRANIVS · L · LIB L
BARNEVS
VIX · ANN · XCVI

è schedis Barberinis.

A 100 BENE D M MERENTI
CLAVDIVS ARPHOCRATION ET
CLAVDIA ARTHIMIDORV ET SEPTIMIVS
CLAVDIVS DVLCI·PA·CLAVDIO ALEXAND
B ARPHOCRATIONE FECIT· VIXIT· ANN·LXXXXVII ·D· V·

Hortis Iustinianeis.

101 D · M
C·IVLIO·TELESPORO
C QVI·VIXIT·ANNIS·XCVIII
C·IVLIVS· MODERATVS
ET IVLIA FORTVNATA
PATRONO BENE DE SE MERI
D TO FECERVNT *ET· IVLIVS*
ACIVA *alia posteriori manu*

Apud Mazzantes.

102 VIII·IDVS ☧ AVG
E DEFVNCT VS
EST ANTIOCHIAVS
IN PACE QVI VIXIT
ANN· PLVS MINVS C

F Tot annorum, die minùs, retulimus EXVPERANTIVM Cap.IV. nu. 468.

103 MARCIANAE·LVPERCAE
G FEMINAE·SANCTISS
PIISSIMAE·Q·VIXIT
ANN·CI·MENS·VI
M·VLPIVS·L·MARCIANVS
H B·M·F

è schedis Vaticanis.

Tandemque de P. ATEIO REGILLO annorum CII. vide Inscriptionem 34. I Capitis I. Vndè non invidendam nostro ævo veterum longævitatem ostendit Ill. Malvasia in Marmor. Felsin. à pag. 77. per plures.

XXXIIX

BENEMEREN
TI IN PACE
EROTI QVAE
BISSIT ANNVS
A —P— ω LX

è Cœmeterio Castuli.

Crucem hanc rectam loco decussatæ sæpissime visam asserit Ioh. Burchardus Menchenius in erudita Diatribe de Monogrammate ☧; at in nostris raro admodum reperies, nec nisi literis A & Ω comitantibus, semelque additâ etiam cruce decussatâ, ut in Notis ad Inscriptionem STERCORIAE hujus ejusdem Capitis, quò literæ initiales nominis XPisti expressæ remaneant.

Sive ex imitatione archaäismi, sive (ut magis puto) ex sęculi barbarie, loco X, duplex SS hìc habemus. Exemplum extat in Grutero pag. CCIIC. 4. CONFLISSISSET pro *conflixisset*: quod etiam apud vetustiores Græcos obtinuit, ut observat Dausquejus in Principial. Sect. I. lit. X, ubi Ουλίξυ *Vlixi* nomen per ξ (quod postea nonnisi per geminatum σ expressum legimus) in Engyio Siciliæ Oppido scriptum, ex Plutarcho in Vita Marcelli tradit.

K XXXIX

D M
EVFROSINE
COIVGI KA
L RISSIMO
KAMPANO QVI VIXIT MECV AN
BENE XII· MESES DVO DIES V PERIT ANN XXXV
EX DIE ACCEPTIONES SVE VIXIT DIES LVII

Ex Cœmeterio ad duas Laurus.

Deorum Manium nuncupationem etiam à Christianis habitam, tetigit Pater Mabillonius (ut suprà innui ad Inscriptionem hujus Cap.VIII.) *primis istis temporibus, quibus cruda adhuc quorundam in cordibus Christiana religio aliquid de paganici ritus superstitione retinebat*. Sed enim istæ eędem siglæ D M explicari possint, DEO MAGNO, ut expresse habet hæc inscriptio;

104 DEO·MAG
NO ET ETERN
O STATIVS DI
ODORVS QVOT
SE PRECIBVS
COMPOTEM
FECISSET
V·S·L·M

Veronæ in Ædibus Co: Iusti ex Blanchino.

consertque hęc alia, amuleto in pedis formam perforato & pensili ex succino consignata, (succinum quippe Amuleti rationem habere tradidit Plinius lib.XXXVII. cap. III.) Veneri D.M tanquam *Deæ Magnæ* explicanda:

105 D · M
VENERI
SS
FELICI CONSERVAT VICTRICI
CVPIDINI CAELEST GENITRICI
MATRIQ
DEVM
C
CAES

CI TINVS A
V · · ·

Apud Illustriss. D. Franc. Trevisanum Patric. Ven.

Cur si gentiles imitatos credimus, non potiùs in hac formula, quam in τῷ DIS B MANIBVS imitatos dicamus? Quin etiam, in ea quam idem Mabillonius expendit nostrâ *Leopardi* epigraphe, D·MA eò faciliùs DEO MAGNO interpretandam perhibemus, quò semel tantùm Cap. III. num. 405; *Deos Manes* C sub hac nota videre memini, sed vel cum D. MAN, vel MANIB. (ut perturbatam illam & confusam inscriptionem D 96. Cap. I. missam faciam.)

Avertit præterea à priscis Fidelibus hanc paganici ritus suspicionem, observatio, quòd cum D. M jungitur plerumque Christi nomen, ita ☧ per E compendium efformatum.

106 HERCVLIO INNOCENTI F
IN D M ☧ IV
Q V AN III M VIII D XXIII
IANVARIA ALVMNO MERE IN PACE G

Villa Peretta.

107 D ☧ M H
TVLLIE CASTE VERE
CASTEQVE VIXIT
ANNOS XXXVII · MESES I

Apud Martium Milesium ex sch. Barb.

108 ☧ D M S
CAESONIVS · SALVIVS · VONE *Avicula super ramo* K
MEMORIAE INNOXQVI
VIXIT · ANNIS · XX · M · VI · ET
HOR · III · CVI FECERVNT SVCCISSA
Vasculus MATIR II MARINVS FRAIIK L

In Roma Subterranea.

ut propterea minùs credibilis sit Ethnicę superstitionis cum Christiana pietate confusio. Additamentum autem S in hac ultima, æquè commodam & Christiano

A ſtiano homine dignam explicationem
habet; quippe SANCTI epitheton ſigni-
ficat, ut in duabus inſcriptionibus ſe-
quentibus, in quarum priori expreſsè,
B in alia, ſub ſigla hoc idem denotante,
habetur.

109 DEO SANCT VNI
C LVCI TE
CVM PA
CE
Ex Roma Subterranea.

D 110 D Y
LVCIFERE CO
DVLCITVDIN
MARITO RELIQ
E INSCRIBNTVT QVIQ
VTI YANCTO ET INNOCENT
Fragmentum in Horto Puellarum Mendicantium

Poſt hæc exempla, idem quoque fiden-
F tiùs afferam de hac alia quæ coronam &
palmas Chriſtianitatis ſigna continet, ex-
tatque etiamnum in pavimento Templi
D. Conſtantinæ, ubi forſan ex ſubdito
G Cœmeterio translata fuit.

111 D · M · S
FELICISSIME
H ET PASTORI
FILIS DVL
CISSIMIS
CESQVENTI
I BVS FECI
IN QVO VIXIT
FELICISSIMA
V ANS XII
K ITEM PASTOR
V ANS · V

At, poſtquam de optimo mihique
pluribus titulis venerando P. Mabillonio
L querimoniam habere coactus ſum, eodem
animo erga tantum Virum benigno &
miti conqueri adhuc opus eſt, quòd ni-
miùm ſanè promptus ſit, ut *paganici ri-tus* ſuſpicionem inveniat, ibi quoque, ubi non niſi per vim (ut ſic loquar) res ad paganiſmum detorqueri poſſit. Exemplum porrò in Templo Sanctæ Conſtantiæ (ſeu Conſtantinæ illud dici debeat) poſt I. lapidem Viæ Nomentanæ ponit, de quo hęc ait pag. 84. ſui Itin. Ital. *Vas ingens porphyreticum quod pone altare in angulo modò cernitur, olim in medio erat, continebatque corpus S. Conſtantiæ. Octo pedes longitudinis, plures altitudinis habet. In ipſo Vaſe, atque in fornice ex muſivo paſſim exhibentur Genii uvas dementes, ferentes, & calcantes; unde Bacchi ſepulturam & Fanum eſſe pleriſque perſuaſum eſt.* Paullòque poſt; *Itaque Conſtantiæ ſeu Conſtantinæ Mauſoleum illud ipſum eſt, quod hodie conſpicitur ad Baſilicam Sanctæ Agnetis: quod cùm à Paganis fortè Architectis conſtructum fuerit, non mirum, ſi quid paganici ritus in fabricæ ornamentum admiſerint.* Atqui memineris, Pater religioſiſſime, vitem, vindemiamque ipſam, inter præcipua & frequentiora Chriſtianorum monumentorum ornamenta locum habere, ut P. Aringhus lib. VI. cap. XLV. pleniſſimè admonet. Quodque rem conficit, ad latus dexterum Sarcophagi Iunii Baſſi, quod in Chryptis Vaticanis cuſtoditur, novi ac veteris Teſtamenti myſteriis referti, in cujus labro unicâ lineâ hæc inſcriptio legitur,

112 IVN BASSVS QVI VIXIT ANNIS XLII IN IPSA PRAEFECTVRA VRBI NEOFITVS IIT AD DEVM VIII KAL SEPT EVSEBIO ET YPATIO COSS

eædem puerorum in operibus vindemiæ variè laborantium figuræ ſcalptæ ſunt, eâdemque fermè ac in alio Conſtantiæ Sarcophago ętate (nam non majori quàm XXII. annorum intervallo diſtat obitus Conſtantini, qui Conſtantiæ filiæ Templum

plum ædificauit, à Iunii Baſſi præfectura & morte.) Et proinde, quæ in Baſſi ſepulchro Christianæ pietati conſona, nemo negaverit, eadem in contemporaneo Conſtantiæ conditorio ad Paganiſmum amandari non convenit.

ACCEPTIONIS SVAE DIEM, (ut ad KAMPANVM noſtrum è digreſſione revertar) intelligo, de accepto per Baptiſmum Spiritu Sancto; ut in aliis quoque LEOPARDI & PASCASII inſcriptionibus infrà expendemus, ex arcana nempe & religiosè ſervatâ hujus myſterii apud veteres Chriſtianos taciturnitate.

XL

X KAL · IVN A
EXSVPERI · IN P
ACE · QVI · VIXIT · AN
XXXVIIII · MEN · XI ·
M ET · D · XXVIIII B

Non ſatìs viſum fuit rudi Marmorario ſignaſſe *undecim*, niſi notæ numerariæ XI. M finalem explicatè addidiſſet. C

Dedimus, peculiari ætatis argumento hanc eandem inſcriptionem Cap. IV. num. 487, ſed non uti noſtram, & abſque palmæ ramuſculo, quem nunc poſt marmor adeptum adiungimus, ut inter Chriſtianas hoc quoque titulo centuriemus. D

XLI

PATER DENEMERENTI FECI E
T FELICISSIME FILIE QVE NA
TA ES TERTIVS ENIAVAES
VPOSITA ANNIS TRE ET NE
CIS OCTO ET IES NOBE F
Avicula

Ex Cæmeterio Priſcillæ.

Notanda hìc eſt litera R inverſa, T dimidiata, unoque verbo totius ſcripturæ inconcinnitas, atque ultima latinitatis corruptela. G

XLII



BENE MCPCNTI IN PACE
VIT XX MCSIS VI DIAEC XVIII
FELIX FCCIT HORIAE QVAE ANNOS

Ex Cæmeterio Pontiani.

Bene legetur hæc inſcriptio, ſi à tertio verſu incipiat, & in primum deſinat, ſic K

FELIX FECIT HORIAE QVAE ANNOS
VIXIT XX MENSES VI DIES XVIII
BENEMERENTI IN PACE

Corona, pyra ardens, & palma, martyrium igne conſummatum denotare poteſt; ne operoſa ſcalptura abſque ſignificatione remaneat.

Græcizat litera C, itemque ſigma C pro S in τῷ DIAES; necnon Rho Græcorum pro R latino in BENEMEPENTI, non ſine exemplo allato per Sponium L

A nium Sect. X. num. 37; quamvis inscriptio illa malè latina, non nisi meram versionem græcę subsequentis importet.

XLIII

B

☧ FL · BASSILLAE ☧ QVAE VIXIT
ANNIS XX VIRGINI
FL · BASILIVS PATER FECIT IN PACE
DEP · KAL · OCT

C

Ex Cæmeterio Priscillæ.

Adiungenda est hæc inscriptio cum decem sequentibus, aliis quas Cap. III. D pag. 144. attulimus, ut probaremus, virginitatem in titulum sepulchri ab Ethnicis ipsis adscitam fuisse; multoque magis inter Christianos commendandam, postquam Christi Domini conceptu & natalibus ineffabiliter dignata fuit.

113 AVRELIA LEONTIS VISIT ANNOS
XXIII VIRGO ET DISCESSIT VIII · IDVS
E DECEMBRES BENEMERENTI
IN PACE

In Cæmeterio Calepodii.

114

F A ☧ ω *Avicula*

NIGELLA VIRGO DEI QVE VI
XIT ANNOS P M XXXV DE
POSITA XV KAL MAIAS BENE
G MERENTI IN PACE

In Horto Puellarum Mendicantium.

115 DP DISCOLIES VI IDVS IVN QVAE VIXIT AN · XV DIES XVI
BENEMERENTI FI POSIDONIVS ET IRENE VIRGINI FECERVNT IN
H P

è Cæmeterio B. Callisti

116 HIC REQVIESCIT FIRMICA FILIA DEP · IN PACE
QVAE VIXIT ANNOS PLVS MINVS XX · ET AD SVPEROS
I MVNDA TRANSIIT CVIVS ANIMA IN PACE REQVIESCAT

Neapoli apud Hadrianum Gvilielmum.

117 PACE PRAETESTATA VIRGO
D AVG CONS RVSTICI ET OLYBRI
K PACE DEP V ID MART
BASILISCI ET HERMINERICI

In pavimento Sanctæ Sabinæ.

118 LORENTIA VIRGO
L QVE VIXIT ANN · XVIII
DEPOSITA V IDVS S
PARENTES BENEMEREN

In Confessione S. Priscæ.

119 *Vas utrinque ansatū* *Columba cum ramo* *aliud simile*

FVRIA VIRGO HELPIS DEVOTA

In Roma Subterranea.

120 ASPA-

120 ASPARE ET ARIOBINDO VV CC CONSS CRISOGONI VIRGO VIX A
PM ANNIS XX DIES XVIIII DEPOSITA III IDVS OCTOBRES
L · D ·

In pavimento Sancti Pauli.

121 COSTANTIO · ET · COSTANTINO · COSS · IVLIVS · ERCVLIV ···· B
SIBI · ET · FILIAE · SVE DVLCISSIME · FILIE · MEHE VIRGIN
VIXIT · ANN · XIIII · M · VII · D · I · DEP · IIII · NON · APR ····

Apud Perinum Lapicidam.

122 MERENTI PARENTES FECERVNT C
LEOPARDETI PVELLE VIRGINI
QVE VIXET ANIS XVII
ET DIES II · INPACE D



In Roma Subterranea.

Cæterùm, rho inversum in Chrismo repetito nostræ principalis inscriptionis FL · BASSILLAE, oscitantiæ Lapidarii tribuendum censeo; nec indè mysterium aliquod aucupandum cum laudato Menchenio, opinor. E


XLIV

FLAVI *Columba* INPACE F

è Cœmeterio Castuli.

XLV

T · FLAVIVS ⚓ SENILIS ·
AELIAE · HAELIANAE ·
COIVCI ⚓ BENE · ME G
RENTI



è Cœmeterio S. Agnetis. H

De Anchora, tanquam Christianæ Spei, itemque Fidei symbolo, disertè loquitur Aringhus lib. V. cap. XL, apud quem in istis inscriptionibus extat.

123 DIONYSI MEMORIA ⚓

Anchora jacens

In aliis duabus cum Pisce jungitur, quem & Christianorum signum, & Christi nomen repræsentare videbimus:

124 TI · CL · MARCIANVS · ET ·
CORNELIA · HILARITAS ·
CORNELIAE · PAVLAE PAR ·
FECR · QVAE · VIX · ANN · X · DIEB ·
VIII · DEC · X · KAL · AVG · MAX ·
ET · VRB · COS ·

125 LIVIA NICARVS
LIVIAE PRIMITIVAE
SORORI FECIT
Q · V · AN · XXIIII · M · VIIII I

Pastor bonus cum binis ad pedes ovibus


Hincque Clemens Alexandrinus lib. III. Pædagog. veterum Christianorum morem laudat, *aut Columbam, aut Piscem, aut Navim, aut Lyram, aut Anchoram*, K in annulis signatoriis exprimendi: atque ita prorsus, in duabus antiquis gemmis annularibus inter nostra cimelia, Anchoram L surrectam cum Piscibus ad unumquodque latus elegantissimæ scalpturæ habemus. Et quidem Piscis (de quo nos verba

A verba facturos paullò suprà promisimus) non uno titulo in symbola Christianorum transiit: Sive quia, in græco sermone verbum ΙΧΘΥΣ latinè *piscis*, si dis-
B solvatur, & litera quævis initialis evadat, Christi nomen, & attributa significat, hoc pacto

	Ι ΗCΟΥC	IESVS
C	Χ ΡΙCΤΟC	CHRISTVS
	Θ ΕΟΥ	DEI
	Υ ΙΟC	FILIVS
	Σ ΩΤΗΡ	SERVATOR

D sive quia, per piscem mirabile illud prandium recolitur, quo Christus duorum piscium obsonio quinque mille sequacium fidelium turbam saturavit; ut alia
E missa faciam, quæ P. Aringhus lib. V. cap. XIX. *de Tobia*, & rursus lib. VI. cap. XXXIIX. *de Piscibus* piè simul atq; eruditè cumulat.

F Inter nostras, alteram cum anchora, alteram cum hac simul & pisce, græco idiomate suo loco exponam; & has præter, sequentes exscripsi.

126 

M · ANTONIVS
APELLES·EXITVM
FECIT VENVSTAE
CONLIBERTAE · SVA
E · VIX · ANN XI

Calari ex schedis Barberinis.

127 ΓΕΝΕΡΟCΑ 

ΜΝΗCΘΕΙΕΤΙ

ΗΝ ΘΗΩ

In Cæmeterio Callisti.

128 FELIX COIVG SVAE
BENEMEREN
TI IN PACE

Anchora surrecta

Columba super ramo


Villa Carpinea.

G 129 

AEMILIA CYRIACE
DECESSIT DIE Y KAL
SCPI ΘYAE VIXIT
ANN XVI MENS VI
DIES VIII·EVKARPVS
H PATER ET SECVNDA MATER
FECERVNT BENEMERENTI



In Horto Puellarum Mendicantium.

I 130  ELARO IN PACE 

Villa Carpinea.

Hoc monogramma, BENEMERENTI significare nullus dubito.

K XLVI

FORTVNIVS
IMPACE

Columba

Ex Cæmeterio Pontiani.

L XLVII

IORTVNVS·SECVNDENE·COIVGI·BENE·MERENTI
QVE·VIXIT·ANNIS· PLV·MINVS· XXX· VITOR· DISCIS
HEORVM·FECIT·BENE·MERENTI.TE·INPACE

Ex Cæmeterio D. Agnetis.

Cccc Discis,

Discis, ideſt *diſcens* propriè ad Præceptorem refertur in hac quæ ſequitur inſcriptione:

131 D · M
TI · CLAVDIO
AGRIPPINO
FECIT · SYMPOR
PRAECEPTOR
DISCENTI · B · M
Ex ſchedis Barberinis.

id quod neſcio, an hìc ita intelligi valeat, ex quo plurali numero tam Fortuni viri, quàm Secundenę uxoris Victor ſe diſcentem dicat, haud enim propriè munus præceptoris feminæ convenit; itaut ſuſpicer, in hac noſtra, aliiſque ſequentibus *diſcentûm* nomine *alumnos* expreſſos venire.

132 DIS · MA
NIBVS
GYMNAS ·
DISCENTI · SPEI
BENE · MEREN
TI ·
D · D ·
In muro Vineæ Tamiſeriæ.

133 D · M
HERMETI · C · L · I
LARIO · P · COELI
VS · EVΓYCHIS
DISCENTI · SVO
B · M · I
Vinea Piſcia ad D. Helenæ.

134 D · M A
FORTVNATI
TOPIARI.
VALERIA · VXOR
ET · TERTIVS B
DISCENS
Comi ex Apiano.

Clauſula ultima TE IN PACE inter Chriſtianas formulas referri meretur, C quia frequenter ſub iiſdem verbis reperitur, ut in iſtis.

135 DOMITIANAE FORTVNATE
VENEMERENTI TE IN PACE D
In Roma Subterranea.


136 IAE · FORTVNATE
ENTI · TE · IN · PACE
Fragmentum Hortis Perettis eadem fortè. E

137 SEPTIMVS · QVI · VIXIT
ANNIS · XI · MENSES · V
DIES · XII · ORAS · VI · TE IN PA
CE F
Ex Cœmeterio Calepodii Via Aurelia.

138 *Columba*
ſuper MATERNA
ramo TE HIN PACE G
Dolium
In Cœmeterio Priſcillæ.

139 VICTORA TE IN PACE
MATER FILIE FECIT H
In Cœmeterio D. Helenæ.

Quamvis Reineſio in hac, quam Claſſ. XX. num. 258. ex Aringho malè concinnat BERNACLA TE IN PACE, magìs placeat metaplaſmus in Bernacle nomine, I

140  BERNACLA TE IN PACE
QVAE VIXIT ANNIS LXXXV · K
MENS · DVO IVSTISSIMVS
CVM ACAPENT VXORE SVA
ET SORORE PRIMA MATRI
MERENTI FECERVNT L
 DEP · XIII · KAL · AVG ·

cujus tamen oblitus eſt in hac alia ejuſdem Claſſis num. 379.

141 RERI-

A 141 ... RERITE *figura orans*

TE IN PACE

B XLVIII

FVLBIVS VRSVS ET FLAVIA LEONTIA
FILIE DVLCISSIME VRSE
B

C *Ex Cœmeterio Castuli.*

Quoniam perraro distingui solent bina illa verba BENE MERENTI, ideò sub unica nota B utraque comprehensa D credidit Quadratarius communioris contrarii usus ignarus.

XLIX

GAVDENTIA
SVSCIPEATVR
IN PACE
Columba super ramo

E *Ex eodem Cœmeterio.*

F L

VINCENTIO ET FRAVVI
TO CONSVL VIDVS SEPTEMB
DEPOSITA GAVDENTIA IN
PACE

G *Ex Cœmeterio Pontiani.*

Frauvittam & Vincentium inter Consules Suffectos à Kal. Martii anno H Christi CCCCI. recenset Panvinius in Fastis. Error patet ex Cod. Theodos. in quo sex sub istis Consulibus (eodem tamen ordine àc in nostra Inscriptione) I leges, diem Kalendarum Martii præcedunt, quas enumerat Gothofredus To. I. pag. CXLIV.

In priori *Gaudentiæ* epigraphe deficit K dictio *utinam*; aliàs namque, qui hunc titulũ posuit, ita rogat ut jubere videatur.

LI

GAVDENTI
QVI LOCVE
MESIBI BISO
MV

L *Ex Cœmeterio Priscillæ.*

Quod locus bisomus, trisomus, quadrisomus, sit duorum, trium, quattuorvè corporum capax, ita tritum & obviũ est, ut non ultrà in hoc nos immorari oporteat.

LII

GEMELLINVS · VICTORIE
CONIVGI BENEMERENTI
ISSPIRITO SANTO IN PACE

è Cœmeterio B. Helenæ.

VICTORIAE *Spiritus sanctus* hìc appellatur, idest, *anima sancta*, *anima innocens*, *anima dulcis*, ut alibi passim: & ex eodem Cœmeterio in ista Musei Carpinei parùm diversè occurrit,

142 *Ciconia*
BICTORI DIGNO ISPI
RITO COIVX FECIT N III
CVN QVO FICIT MESE
Ligonis figura

non verò quòd SPIRITVS SANCTVS sit propriũ nomen, ut in hac inscriptione;

143 SPIRITO SANCTO
INNOCENTI QVI
VIXIT·AN·PL·M·III

credidit Reinesius in Indice Singularium, epitheton pro nomine, & è converso nomen pro epitheto accipiens. INNOCENTII autem proprium nomen facile erat Reinesio conicere, ex alio ejusdem nominis sibi cognito in Inscr. 102. Clas. XX, quam emendatam ex autographo dedimus Cap.II. pag.96; cui accedit alia nostra INNOCENTIAE Cap. III. pag.

220, iſtaque è ſchedis Barberinis, quæ in D. Blaſii de Annulo extare fertur. A

144 INNOCENTIO
QVI VIXIT ANNOS X
V·IDVS SEPTEMBRIS

LIII HERMIONE DVLCIS

è Cæmeterio D. Agnetis. B

LIV IVLIA IN PA·CE VI CXIT ANNIS II M V *figura orans paſſis manibus* *Columba cum ramo*

LV DM C

V KAL·IVN PATER ET MATER *Vas utrinque anſatum* IVLIA NICE DOLIENS FECERVNT D

Ex Cæmeterio D. Helenæ.



Confirmatur per priorem illam notam, quæ in magnitudine & forma ita prorſus ſe habet, obſervatio quam ſuprà num. XXXIX. adduximus, DEO MAGNO CHRISTO, vel DEO NOSTRO CHRISTO, eſſe inſcriptionem dedicatam. E

τὸ DOLIENS, exemplum habet in hac inſcriptione Hortorum de Vecchis ad Arenulam,

145 HIC EGO SVM CORNVTVS DOLIENS F
CVM FILIS DVLCISSIMIS VIII

& affinis eſt participio illi *dolitus* apud Gruterum pag. DCCXCIII. 4, & ſequenti 2.

LVI G
C·IVL·FLORENTIN·
MIL·COH·VI·PR·CER·
EVFROSINE·CONI·B·M
Q·V·M·A·IX·M·III·D·XIII
IN·D·V H

Ex Cæmeterio D. Agnetis.

Notæ illi CER. quæ ſecundam lineam claudit explicationem parare videtur inſcriptio Patavina apud Gruterum pag. DLXI. 12, in qua *Silvinus* dicitur CEROM. LEG. XI quaſi CEROM*atiſtes*, ut hoſce alios milites varias artes, ad rem militarem pertinentes, profeſſos refert Reineſius Claſ. VIII. num. 69. 70. & 71.

146 M·CRITONIVS·M·F
APOLLONIVS
MILES EX ARMAMEN
TARIO AVGVSTOR
BALTEARIVS
FECIT SIBI ET SVIS

LIBERIS
IN FR·P·XIII·IN
AGR·P·XVIII I

Addo duos ultimos verſus ex Sponio.

147 Q·NAEVIVS
MARINVS
MILES EX AR K
MAMENTARIO
IMP·CAESARIS
DOMITIANI
GERMANICI L
CASSIDARIVS
VIXIT AN·XXXX

Ita in ſchedis Barberinis.

148 SEX.

A 148 SEX · NAEVIVS RVFVS
MILES·COH·VII·VIG·SAGARIVS
VIXIT · ANN · LVIII · M · VIII

Ita ex iisdem schedis.

B Et quidem ceromate ungi milites ad natatus & pugilationis exercitia, in Castrensi presertim apud Vrbem otio, atque ad indurandos artus, non insolens, neque
C inutile fuisset.

Expressiùs interpretamur ultimas notas IN.D.V, *in Domino*, vel *in Deo vivas* cum eodem Grutero p.MLVIII.6

149 REGINA · VIBAS
IN · DOMINO
ZESV

& in hoc sigillo Christiano apud Sponium inter amuleta pag. 297.

150 VIVAS
IN DEO

LVII
D
DEPOSSO IVSTINI · PRIDIE · NONAS · A
PRILES · FRATRI · BENEMERENTI · INP ·

à Cœmeterio Pontiani.

Nescio, an per idiotismum, an verò per literarum compendium, *depositio* hìc
E DEPOSSO vocetur. Vt primum credam, facit sæculi inscientia. Certè, non semel hæc vox occurrit, ut videmus in sequentibus.

151 VICTORINA TVMVLAVIT ✝ ERACLIO
F MARITO ✝ B M · FECIT MECVM · AN · XI ·
D · VII · VIX · AN · XXXXI M · II HABET · DE
POSSONE III · ID · IVL · CVM FAVSTO
CARO SVO CVSTODI CARINARVM
G IN PACE

152 VALERI IN PACE VRBCA IN PACE DEPOSO VRICE VII IDVS SEPTEN(BRES

ad latus loculi Arula accensa

In Roma Subterranea utraque.

H
153 DEPOSSO · XIIII · KAL · NOBE
NBRES · QVI · VIXIT · AN
NOS · PLVS · MINVS · XXXIII
I VALERI · IN · PACE

In Cœmeterio Castuli.

154 GAV · DEN · TIVS · IN PACE · QVI
K VI · XI · T ANNIS · XX · ET VIII
SAV MESIS CINQVE · DIES IN
QENTI BIGIN · TI · A · BET · DEPOS PACE
SOnE · X · KA · L · OC · TOBRES

Inter Marmora Felsinea.

L
LVIII
IVSTINVS IVSTINO FILIO
DVLCISSIMO

Ex Cœmeterio D. Agnetis.

LIX

BENEMERITA LEA QVI VIX A
IT ANN V ET MESES · II · DIES

XXIIII DPO



SITA · XV. K NOB B


Ex Cœmeterio Callisti.

Ad ludicra illa, quibus puerorum
præsertim monumenta, insignita vidimus
Inscriptione XXXVII. Cap. V, referri
potest Avicula ista è poculo bibens,
sub infantis hujus LEAE epitaphium incisa.
Mysticam tamen significationem
hìc quoq; agnoscere potuisset Aringhus,
qui plures idgenus figuras piè docteque
lib. VI. explicavit; quem, si libet, consule.
Nulla quidem ex erudito hoc dili-
gentiq́ue Authore lux affulget explica- C
tioni hujus sive ludicri, sive mysterii,
trium tesserarũ triplicem senionem
ostentantium, quod



è sepulchro alterius D
pueruli in eodem
Cœmeterio Callisti cum calce cui infixæ
erant extraxi, & hìc ad exercenda inge- E
nia propono.

LX



Ex eodem cœmeterio.

F

G

H

I

Omni rurali apparatu munitum vides
hunc virum rusticanum, & præsertim
bipalio, non alibi forsan viso, nostris
Vanga, cui utrovis pede operantes inni- K
ti poterant, non, ut hodie, ex unico latere
ferreo illo suppedaneo prominente.

LXI

D M A SACRVM XL
LEOPARDVM IN PACEM L
CVM SPIRITA SANTA · ACCEP
TVM EVMTE ABEATIS INNOCINEM
POSVER·PAR·Q·AN·N·VII·MEN·VII

A Refert nostram hanc ex Cœmeterio
Castuli inscriptionem apud me visam
P. Mabillonius in suo Itin. Ital. pag. 73.
sed paganismi notam illi inussit, dum
B *Diis Manibus* dicatam credidit, quam
nos uti *Deo Magno* sacratam tueri conati sumus suprà ad Inscr. XXXIX.

Idem egregius vir, *manifestum hunc*
C *de confirmatione locum esse*, affirmat: Sed
ego, (quantùm Canonici juris studioso
adversùs insignem Theologum insurgere fas est) huic enunciationi non acquie-
D sco, sed ex nostri Iuris principiis ratiocinium instituens; admitto quidem per
confirmationem Spiritum Sanctum dari,
sed ut augmentum præstet ad gratiam,
E quando in baptismate, salutifero descendit illapsu, & in Fonte plenitudinem tribuit AD INNOCENTIAM. Hæc Textus in c.2.dist.V.de cõsecr, S.Melchiadi,
F nescio an verè, tributus, qui rursus eodem
cap. vers. *Qui autẽ*, de *acquisita innocentia post baptismum* meminit: Ergò cùm hic innocentia per Leopardum acquisita asseratur, magìs rectè ac propriè baptismus (per quem innocentia ex præallato Textu comparatur) contemplatus dici debet: Itaut *manifestus* potiùs *sit de baptismo locus*, de confirmatione autem, non nisi per concomitantiã, quod ajunt, & consequentiam; quatenus iis temporibus simul & semel baptismus & confirmatio conferebantur.

In ultima linea omissum fuit verbum VIXIT, sed non sine exemplo, ut in hac alia.

155 CLAUDIA · ROMANA
BENANTIO · FLORENTINO
CONIVGI · Q · AN · XXVIIII

In pavimento S. Salvatoris de Curte.

LXII

LERIVS VERECVN
DVS ISPIRITVS TV
VS IN BONO

Ex Cœmeterio D. Helenæ.

G LXIII

☧ IIBER QVI VIXI QVAI QVO
PARE IVA ANOI V EI ANORV
M PLVI MINVI XXX I PACE

H

Ex Cœmeterio Pontiani.

Iuxta pravam, & mirum in modum
perversam hujus lapidis scripturam; pri-
I mæ illius lineolæ surrectæ ductus, pro
pluribus literis in una eademque hac epigraphe legitur; putà pro L S T & ipsa litera longa I, in hunc modum, necessariã correctione, & supplemento adhibito.

LIBER QVI VIXIT CVM COM
PARE SVA ANNOS V ET ANNORV
M PLVS MINVS XXX IN PACE

LXIV

K

MACEDONIVS BONE MEMO
RIAE NATVS IDIBVS MAIS VIXIT
ANNIS XII MESES XI DIES XVIIII

L

Columba ramo palmæ insidens — *caput pueri* — *alia similis*

Ex Cœmeterio B. Castuli.

LXV MARCELA DVLCIS
ANIMA IN PACE
Columba cum ramo

Ex Cæmeterio D. Agnetis.

Ita blandiri solitos parentes filiis in tenella ætate obitis, per sequentes inscriptiones observo.

156 PISTVS DVLCIS ANIMA
BENEMERENTI IN PACE
QVI VIXIT ANNIS IIII·M·VII·D·VI

157 B D M
AELIANAE DVLCIS ANIMA
QVE VIXIT ANN· TRIBVS· M·III
DIES · XVIIII HORAS DVAS
Ex schedis Chisiis utraque.

158 MIRAE INNOCENTIAE ANIMA
DVLCIS EMILIANVS QVI
VIXIT ANNO VNO MENS·VII·
D·XVIIII·DORMIT IN PACE·
Columba cum ramo

Ex Roma Subterranea.

159 AVRELIAE·ANIMAE·DVLC A
QVAE·VIXIT·IN·PACE·ANN
IIII · MENS· VI · DIEB· XXIIII
AVRELIVS · ET · PRIMA
PARENTES B
FILIAE · DVLCISS
FECERVNT
Gruterus pag. ML. 2.

160 NDA DVLCIS ANIMA C
IT ANV · I ME VIII·
Ad D. Laurentii extra muros.

161 AVR · TZVCETZINVS QVI VIX
IT ANNIS DVOBVS ET MENSES· D
DVOS· DIE VNO ANIME DVLCI
PARENTES INPACE FECERVN
In Horto Puellarum Mendicantium.

Abusum literæ Z pro S, de quo Scaliger in Indice Grammatic., peperisse hunc E alium TZ pariter pro S in hac inscriptione atque in cognomine TZVCETZINI, haud immeritò arbitror; nam retento F harum duarum consonantium sono, pronunciari ab homine latino vix potest.

162 HIC POSITA EST ANIMA DVLCES
INNOCA SAPIENS ET PVLCRA NOMINE G
QVIRIACE QVE VIXIT ANNOS III M III D VIII
D P IN PACE IIII ID·IAN CONSS D N TEVDOSIO AVG·II
ET MEROBAVDE V C III
Hortis Barberinis. H

In tertio hoc Merobaudis consulatu, ex omnium Fastorum consensu falsus deprehenditur Marmorarius, qui Augustæ purpuræ splendore quasi obcæcatus, ad verum Collegam orientalem Cynegium respicere neglexit: Nisi dicamus, Merobaudem binis prioribus anni Christi CCCLXXXVIII. mensibus ordinarium consulatum gessisse, Cynegium autem à Kalendis Martiis suffectum fuisse, postquam in Codice Theodosiano leges quæ Theodosium II. & Cynegium consules I memorant, â V. Idus Martias initium sumunt, ut constat ex Chronologia hujus Codicis contextâ per Gothofredum To. I. pag. CXIX. K

163 NABIRA IN PACE ANIMA DVLCIS
QVI BIXIT ANOS n XVI M V
ANIMA MELEIEA *Navis* L
TITVLV FACTV
A PARENTES SIGNVM NABE
In Cæmeterio D. Agnetis.

Novo

A Novo item titulo post *animam dulcem*; *animam melejeam*, quasi mellitam, hęc inscriptio NABIRAM suam vocat, & navem eidem appingit in signum nomini allusivum; qualia multa à cognomine derivata ostendimus Cap.III.n.XXXVII.

B LXVI

MAXIMVS HIC SITVS EST PRIMAEVO FLORE IVVENTAE FRATRIB · ET NOBIS (DVLCIS AMICVS OBIT
OLLI QVIPPE AETAS VIGINTI EST ACTA PER ANNOS QVINTVM POST MEN(SEM QVARTVM AD
VSQVE DIEM IN PACE
Avicula *ramus*

C *Ex Cœmeterio Callisti.*

Lapidem, tribus lineis distinctum, ob sui longitudinem & paginæ angustiam in quinque distributum damus.

D LXVII

MEVIVS
mAXImINO CONIuCI
DuLCISSImO Cum
E quEm uIXIT ANNOS LX
mARCIA mAXImINA FECIT

Ex Cœmeterio D. Helenæ.

De solœcismo isto CVM QVEM
F exemplum attuli ex nostri Musei lapide Cap.IV. pag. 305, aliisque consentientibus. Nîl aliud præterea hæc inscriptio continet præter literas m q & u recenti scribendi usui conformes.

LXVIII NVMERIA DATIVA

Ex Cœmeterio D. Agnetis.

LXIX

OCLATI AE
CRESCENTINI
BONE MEMO
RIAE

à Cœmeterio B. Castuli.

Oclatiæ Crescentini, intellige *uxori*, ex præscripto pag. 56. K. Capitis primi.

G LXX

NATV · SEVERI NOMINE PASCASIVS
DIES PASCALES PRID NOV APRIL N
DIE IOBIS FL CONSTANTINO
H ET RVFO VVCC CONSS · QVI VIXIT
ANNORVM VI · PERCEPIT
XI · KAL MAIAS ET ALBAS SVAS
OCTABAS PASCAE AD SEPVLCRVM
I DEPOSVIT D IIII KAL · MAI · FL · BASILIO
V C CO

Ex eodem Cœmeterio.

Exemplar hujus inscriptionis mise-
K ram eruditissimo P. Norisio tunc Florentiæ degenti, nuperque ad meritam jampridem purpuram promoto; quo recepto, ita de ea datis ad me literis, arbi-
L tratus est. *Ella la stimi più di quante hà raccolte, perche dopo il Canone Pasquale di Sant'Ippolito, che stà nel marmo della Bibliot. Vaticana, questa sola antica Iscrizzione è pasquale; e quella d'Ippolito è greca, questa sua latina. In oltre, pone li giorni della feria, che è un' infallibile carattere de gli anni* 457. *e* 463. *con li Consoli. Potevo addurle altre Tavole Pasquali; mà come Vettorio Aquitano scrisse nell'anno de' Consoli Costantino e Rufo, non si poteva trovare testimonio più à proposito.*

Dddd Idem

Idem Eminentissimus Scriptor explicationem Tabulæ hujus assumpsit, & solitâ omnigenæ doctrinæ præsertim in chronologicis affluentiâ, feliciter explevit, in Notis ad Fastos Consulares Anonymi pag. XXXXIII: cujus propterea adnotata hìc in compendium redigam, & plagii crimen, confessione accepti à tanto Viro luminis, evitabo.

Ad lineam II. *dies Paschales*, animadvertendum est, diem Iovis, quæ inter Pascales enumeratur, fuisse ex illis XV, quas feriales esse reperimus in l. 2. de Fer. Cod. Theodosiani, & in l. Omnes dies 8. Codicis Iustinianei. Quia verò ex hoc calculo Paschali, quem eodem anno Christi CDLVII. conscripsit Victorius Aquitanus, Pascha incidit in diem XXXI. Martii; dies Iovis quarta Aprilis, erat quarta in hebdomada post-Paschali.

Verbum illud, *percepit*, in V. linea, refertur ad *baptisma*, quod tanquam in mysterio & arcano latens, religio erat, vel nomine tenùs proferre. Baptisma, inquam, post sex annos quos *Pascasius* noster vixit collatum ei fuit, Basilio Consule occidentali anno Christi CDLXIII. die Paschatis, seu à vespere antecedenti ipsam diem Paschalem XXI. Aprilis (tritum quippe est secundum Canones Ecclesiæ, diem à vespera pervigilii ad vesperam sequentis concludi Dist. III. cap. I., & præcisè de die Dominicæ Resurrectionis tradit S. Leo Epist. XI. *cui à vespera Sabbati initium constat adscribi*) prout Victorius, omissis Consulibus futuris, qui in ideis divinis versabantur, ita de die, nostro lapidi conformi, statuerat.

Kal. Ian. fer. III. Paschæ dies XI Kal. Maii Luna XX.

Octava demum Paschæ indicatur in nostra Inscriptione, die 28. Aprilis, qua puer iste *accersitus ab Angelis* (ut Inscriptionis paullò infrà adducendæ phrasim anticipem) albas suas in morte, ipsâque die obitus, ad sepulchrum deposuit.

Dubium aliqui Viri Docti movent, an depositio Albarum fieret in Sabbato antecedente Octavam Paschæ, an in ipsa Octava, cum nostro lapide: Quidquid tamen in Ecclesia pro varietate temporum aut rituum usus admiserit: proximè ad inscriptionis ætatem Divus Augustinus (cujus obitus contigit ejusdem Seculi V. anno XXX.) diem ipsius Octavæ Paschæ pro hac habitus Neophytorum depositione determinat Serm. I. in Oct. Pasch. qui est 157. de Temp. per hæc verba, *Paschalis sollemnitas hodiernâ festivitate concluditur, & ideò hodie Neophytorum habitus commutatur; ita tamen, ut candor, qui de habitu deponitur, semper in corde teneatur.*

Accedit vetusta consuetudo Ecclesiæ Mediolanensis, rituum S. Ambrosii, qui anno XCVIII. quarti Seculi decessit, religiosissimæ conservatricis, in qua hæc *Dominica, prima post Pascha in Albis depositis*, vocatur; non quidem *pridie*, sed ipsâmet die depositis, ut proprietas locutionis exposcit, & expressa nuncupatio *in Albis deponendis* evincit, de qua ita P. Mabillonius in Notis ad Evangeliũ hujus diei in suo Mus. Italic. pag. 331. *Hoc Evangelium bene convenit octavo diei post Pascha, quo die in Ordine Romano assignatur. Vocatur Dominica* in albis, *seu* ad albas deponendas. *In codice Vallicellano affertur ad hanc diem* ad albas deponendas, *Oratio quàm debet Sacerdos dicere super infantes, quando eis scucusare vult, idest Albas exuere.*

A B C D E F G H I K L

LXXI

PETRONIA DEPOSITA
·V· IDVS IVNIAS

Ex Cœmeterio B. Castuli.

LXXII


A LXXII

☧

PIENTIA QVAE VIXIT ANNIS N VI M
IIII DIES II MANET IN PACE ET IN CRISTO

B *Ex Cæmeterio Priscillæ.*

XXIII

C POMPEIA  ARETVSA

D *Ex Cæmeterio B. Castuli.*

LXXIV

PRIMA IRENE
SOE

E Nomen hujus bonæ feminæ latinum est; sed votum IRENE SOE latinis quidem literis conceptum est, sed græcè sonat ΕΙΡΗΝΗ ΣΟΙ, *pax tibi*, eâ sæculi græcissantis licentiâ, quam Cap. VI. ad similem inscriptionem XIX, in aliis quoque observavimus.

LXXV

F PRIME FILIE DVLCISSIME
BENEMERENTI QE · BISIT
ANNIS XIII · MESIBVS X DIEBVS
XXIII · LEONTIVS ET SABINIANE PARENES

Ex Cæmeterio Priscillæ.

G LXXVI

PRIMENIA
QVE VIX ANN VIIII XXVI

Ex Cæmeterio Castuli.

H Nova mihi visa est inscriptio loculi in quo *Primenia* quiescebat, atramento scilicet tectorio super tegula, adhuc post tot sæcula perdurans. Iterum in prægrandi lapide idem scribendi genus oblatum est: nam incisâ per Agathonem memoriâ Ebesis coniugis græco idiomate, (sic interpretari, vel divinare liceat) anni ætatis, diesque depositionis, latinis elementis penicilli ope sic additi conspiciuntur.

I 164

QVE V AN X	ΑΓΑΦΟΗΟΤC ΒΙΒΟC
XXVII M IIII	ΕΒΕCΙ ΦΗΚΕΗ
D XXVII D P VIC	
IVL	ΚΟΙΓΙ ΦΗΚΙ

K LXXVII

PVBLILIA EVHODI
A PVBLILIO ANAGIO BE
L NEMERENTI COIVGI
FECIT CVM QVEM VIXI
ANN XI. DEP VI IDVS IAN REMI
SIT LIB N VIIII

Ex Cæmeterio Calepodii utraque.

De hac prava oratione CVM QVEM jam diximus suprà ad Inscriptionem Maximini, eodem mendo laborantem.

Posteriora illa verba REMISIT LIB N VIIII, sic interpretor, *remisit*, idest, secundùm quandam hujus verbi significationem, *reliquit liberos numero novem*.

LXXVIII A

QVINTILIANA
BENEMERENTI IN PACE B

protome puellæ orantis capite velato

Ex Cœmeterio Callisti.

LXXIX C

DVLCISSIMAE EYLIAE
QVOD BVL DEVS QVAE VIXIT ANNO I
D III DECES SIT NONIS
IENVARIA
P
S PARENTIS FEC
ERVNT DOLENTIS D



Ex eodem. E

DEVS DE SVO FECIT

E Sancto illo Carthaginiensi Episcopo Quodvultdeo, de quo Eminentissimus Baronius ad annum CDLIX, infanti huic nomen quæsitum credo; quamvis jam à Trajani tempore inter Christianos usui esse cœperit ex hac inscriptione Reinesio quoque cognita Class. XX. num. 411.

165 IVBENTE DEO CHRISTO NOSTRO
S. MARTYRI VICTORINO QVODVVLT

In sequenti fragmento ejusdem nominis vestigia, idiotismo corrupta, remanent. F

166
CI
COBVLDEO
T ANNOS G
VIT IN PA
TIAS

LXXX H

Columba super ramo

ROMVLIVS IVSTVS QVI VIXIT AN
NIS XLV COIVX BENE MERENTI IN PACE
FECIT

Ex lapide viridi.

LXXXI

A *ar- bor -ca*
RVFI NA
IN PACE

Ex Cœmeterio Callisti.

LXXXII

RVFINE F
ILIAE · BEN
EDICTE

Ex Cœmeterio B. Castuli.

Sub eodem nomine, & epitheto BENEDICTAE, extat alia in Roma Subterranea, quam Reinesius Class. XII. num. 107. ita recenset, ut Rufina ex filia mater evadat, & ex deposita in deponentem transeat. I

LXXXIII K

SABINVS
VIXIT · ANNO
S II ET MENSE
S VIIII ET DIES
XIII PATER ET F L
RATRES PO
SVERVN


Ex Cœmeterio D. Helenæ.

LXXXIV

A LXXXIV



SEBERE FILIAE BENEM
ERENTI QVE VIXIT AN
NIS IIII MENSSES VII
DIEBVS XII PARENTES FECE



B

Ex eodem.

Anchora ex uno latere, quam esse
C Christianæ fiduciæ signum suprà ad inscriptionem T. FL. SENILIS ostendimus; expoſcit, ut Vitis ex oppoſita parte non inaniter, ſed *myſteriorum adum-*
D *brandorum cauſâ* ſit effiƈta, (ut Aringhi verba uſurpem, apud quem pluribus rem probatã invenies lib.VI. cap.XLV.) Vnde miror iterum, Virum inſigni non minùs doƈtrinâ, quàm pietate, eò erro-
E ris dilapſum, ut ornamenta Templi Conſtantiæ ſeu Conſtantinæ Viâ Nomentanâ *aliquid paganici ritus* prçſeferre dixerit, eò quia in admiranda illa Vrna por-
F phyretica, & in fornice arcuato, vites racemiferæ, quali, corbes, aliaque vindemiæ inſtrumenta exprimuntur.

LXXXV



Ex Cœmeterio Calliſti.

G LXXXVI

SEVERO FILIO DVL
CISSIMO LAVRENTIVS
PATER BENEMERENTI QVI BI
XIT ANN·IIII·ME·VIII·DIES·V
ACCERSITVS AB ANGELIS VII·IDVS IANVA

H

Ex eodem.

In ea ætatis innocentia, certam tu-
I tamque fidem jure merito de beatarum mentium conſortio concepit pater: quod etſi de omnibus poſt baptiſmum, vel martyrium infantibus communiter aſſeri potuiſſet, alibi tamen me videre non memini.

LXXXVII

K

M D
SOSSIO PRISCO FILIO DVLCISSIMO
QVI VIXIT ANNS IX MES VIIII
SOSSIVS PRISCVS ET MARCIANA
PARENTES IN PACE DEP VIII ID SEIT

L

Ex Cœmeterio D. Agnetis.

Cùm in tota gentilitate non inveniamus nuncupationem *Deorum Manium* ita præpoſterè conceptam; eò faciliùs hìc *Deum Magnum* inſcriptum credimus Chriſtiano & non Paganico ritu, ut expreſsè habetur in præmiſſa inſcr. n. 104.

LXXXVIII

LXXXVIII *Columba super ramo* A

STA · IA · BENE · MERENTI CVM FILIIS ·
SVIS FECIT · SIMPLICIO · VIRGINIO ·
CVM QVO VIXIT · ANN · XXX · ANIMA ·
DVLCIS · REQVIEVIT · INPACE B

Ex Cœmeterio Pontiani.

Quiſnam dicatur coniux VIRGINIVS, explicatum remanet Cap. IV. pag. 322.

LXXXIX

DOMINE· MEAE· CONIVGI · STERCORIAE · INCOMPARABILI· C
VIRGINIAE· SVAE· CVMQVEM· VIXI· ANN·XXVII· M· V· D· VI·

ITEM·DOMINO·MEO·DVLCISSIMO·FILIO·LFONTIO·QVI·VIXIT·ANN·XIII·
·M· VIIII· PATER· INFELICISSIMVS· TIBI· ET· MATRI· TVAE · POSVIT· D

Ex Cœmeterio D. Helenæ.

Dominam vocaſſe uxorem, non fuit à latina proprietate alienum; filium autem in puerili adhuc ætate eodem titulo decoraſſe, non quidem novùm, ſed abſurdum videtur, tum apud Ethnicos, unico tantùm hujus inſcriptionis in Cœmeterio D. Agnetis inversè poſitæ, calceque obductæ exemplo;

167 D · M · PATER DOMINO
FILIO AMANTIO CARO DVL
CISSIMO CVIVS AFFECTVS ET BLANDITIES
ET CARITAS QVI MI DOLOREM ET
LVCTVM RELIQVIT VNICVS
IN DIEM VITE MEAE
QVI VIX·AN·VI·M·II·D·XV·MOR
HOR · NOCT · X

tum apud Chriſtianos, binis ſolummodo (quòd viderim) ſuffragantibus, altero in hac Romæ Subterraneę epigraghe,

168 DOMINO FILIO INNO
CENTISSIMO ET
DVLCISSIMO BO
NO · SAPIENTI
PELAGIO · QVI · VIXIT ·
ANNIS · VI · M · VII · D · XIIII
H· VIIII· SOCRATIANVS· ET·
HYRENE·PARENTES·B·QVES E
INPAC

alteroque ex noſtra Collectione in femella trienni.

169 DOMINE FILIAE MARTYRIAE F
INP QVE VIXIT ANN·III MENSISIIII·
ACE

Nomen verò Stercoriæ ex humilitate ſumptum reputo; ne tam longè, à Sterculio ſcilicet Fauni filio, ſtercorationis G agrorum inventore, repetitum credam. Et tamen minimè ſolitarium reperitur in hac noſtra inſcriptione, quippe & alteri feminæ commune legitur in Roma Subterranea, H

170 DP STERCORES
III KAL OCT INP· I

tribuſque viris in noſtris Collectaneis.

171 STERCORIVS VIXIT ANNIS III
MES·II·DEP·PRID·NON OCTOBR
IN PACE K

Ex ſchedis Barberinis.

172 ☧ ☧ ☧

DP · STERCORI · XVII· KAL · DEC · QVI VIXIT L
ANN·LV·ET FECIT·CVM·VIRGINIA·SVA·ANN
XXXII·VXOR·MARITO·BENEMERENTI·FECIT·IN

Penes Paribenium.

173 DVL-

A 173 DVLCISSIMAE CONIVGI FELICISSIME
Avicula STERCORIVS CVM OVA VIX· ANN· XIX
DEP · III KAL SEP IN PAC·

Museo Carpineo.

B XC

TVLLIAE PAVLINAE
FIL · KARISSIMAE

Ex Cœmeterio D. Helenæ.

C XCI

☧ VAL · NICE QE · ANN · X · VAL ·
EXSYPIVS FILIAE CONTRA
VOTVM

Ex emptione adquisita.

D Vetus pagana inſcriptio à tergo hujus à Chriſtianis abrupta, habetur Cap. I. num. LVII. muro obverſa: Extat hęc in Roma Subterranea lib. IV. cap. VII, eâdem
E prorſus formâ, qua in hoc meo autographo conſpicitur. Reineſius tamen, ingenitâ emendandi prurigine, legi jubet EXVPERIVS Claſ. XX. num. 407.

Clauſulam illam poſtremam CONTRA VOTVM, Chriſtianis valde familiarem fuiſſe, docent V. inſcriptiones apud Gruter. inter Monum. Chriſtianor., nempe pag. MXLIX. 8. & 9, ML. 4. & 9, & MLI. 1. Et præterea ſequentes.

F 173 ✠ HIC·MIHI·CARA·PIO·TEGITVR·CONIVX·ECCE·SEPVLCR
EMERITA · SANCTIFICO · SEMPER · SOCIATA · PVDORE
BIS DVODENOS · ET FIDA DEO QVE PERTVLIT ANNOS
INVIOLATA MALO FELICI CONDITA LVCI
G SANCTIMONIVMQVE GERIT·DOMINO· TRIBVENTE·CORONA
LAVRENTIVS CONTRA VOTVM

Carali ex ſchedis Barberinis.

174 VLPIAE · PARACIANAE LAVDABILI
H FEMINAE · VALERIA
MATER · FILIAE · CONTRA · VOTVM
QVAE · VIXIT · ANNOS · XVI

Taurini prope Cathedralem ex ſchedis Vaticanis.

I 175 BENEMERENTI
BVS AVGVSTO ET VRS
ILLE QVAE VIXIT AVGVS
TVS ANNOS IIII MENSES VII
K DIES XII ET VRSILLA ANNOS
IIII · MENSES · · · DIES · XV · PARENTES
CONTRA VOTVM POSVERVNT

Foro Iulii.

L 176 ABVNDANTIAE CONIVGI CARISSIMAE · QVAE
MECVM· VIXIT· AN· VI· M· X· D· XVIII · MECETIVS
CONTRA · VOTVM · FECIT.

Mediolani ex ſchedis Barberinis.

177 QVIENSCES IN PACE MERENS LEONTIA C A
INCONPARAVILES QVAE VIXIT IN SECVLO
· · · · XVIII · · RESCES MARITVS CONTRA VO
· · · D·III·NON·OC VALENTINIANO II · ET VA

In pavimento Confessionis S. Priscæ. B

178 ATTIO·PROCVLO·LECTORI·FILIO·DVLCISSIMO·QVI·VIXIT·ANN·
XVIII · M · VIII · D · VII
FABIA· SECVNDA· CONTRA· VOT· MENSAM· POSVIT ·

Brixiæ ex Cl. Viro Guil. Fleetwood. C

Vbi adverte, Virum hunc, lapidaria eruditione præstantem (noſtris tamen ſacris nimiùm, ut verum fatear, infenſum) *menſam* hic *convivalem* intelligere, quam nos cum Cangio *tumbam*, *ſeu lapidem qui ſepulchro inſternitur*, propriè appellandam cenſemus; ut idemmet poſtea ex Scaligero tradit pag. 462. D

179 B · M ·
LF· ROCCASA· IN· LOCO· QVIESCIT· QVAE· VIXIT· ANN· XXII·
M · VIII · D · X · FLORENTINVS · CONTRA · VOTVM · POSVIT · E

Dertonæ ex eodem.

In idem recidunt ſequentes, mutatâ locutionis, non ſenſus formâ.

180 CONSIA · Q · F
MAXIMILLA
HEIC · SITA · EST
ANN · NAT · VII
PARENI · VIVIS
IN · FR · P · XIIII
IN · AGR · P · XIII

Venuſiæ apud Allorios.

181 EVGAMO
POMPEIAE
FESTAE · SER
POMPEIA
PELAGIA · MATER
QVOD · DEBVIT
FILIVS · MATRI

Ibidem apud Rapollas.

182 C·GAVI·C·F·QVINTIANI
ANN · XXXXV · M · X
C·GAVIVS·MENODORVS
D FILIO · PIISSIMO M
PATER · INFELIX
AEQVIVS·ENIM·FVERAT
VOS·HOC·MIHI·FECISSE
ET · SIBI

Veronæ in Clauſtro S. Proculi.

XCII VENIDIO
FLACCO
D PR ID SEPT F



Ex Cæmeterio Calliſti. G

Vt aliquid de hoc monogrammate divinemus, dicam, ſignificare poſſe, per literas haſce INP in quas diſſolvitur, ſollemniem Chriſtianorum precationem INP*ace*. H

Ex ſimilitudine etiam cum hoc alio monogrammate, modico utrique cruri additamento, I

183



VINEAE K
IRENIANAE



L

In Columnâ. Hortis Pamphiliis ad Viam Aureliam.

pro IRENE, quæ eſt ipſa PAX, græco quidem verbo, ſed à noſtris Iuris Conſultis

A sultis Romanâ civitate donato, accipi valet.

Et postquam capillum promisi, liceat quoque de hoc monogrammate apud
B P. Aringhum lib. IV. cap. XXXVII. augurari, ut explicetur IESVS, & nomen

184



hoc inferius superno CHRISTVS respondeat.

XCIII

C

VEREFAIANE QVE VIXIT ANN V
ET ZES V DECESSIT PRIDIAE NA
TALE BENMERNTI PARENTES
IN PACE

Ex Cœmeterio Priscillæ.

D Fortuitus annorum ac dierum idem numerus, quibus in hoc sæculo hæc infans moram traxit, locum facere poterat huic inscriptioni inter alias plures si-
E milis argumenti Cap. IV. pag. 326.

Notabilis in ea redditur literæ Z pro DI abusus, nî usum dicere præstat ex tot Authoribus, quos cumulat Fres-
F nius in Glossario ad verba *Zabulus*, *Zaconus*, *Zeta*; eâdemque licentiâ, sive Aeolûm imitatione, Ζόςρα pro Δκόςρα, Diarrhitus *Zarrbitus* dicitur in Antoni-
G ni Itiner., & *Zanium* pro Dianio in Isidoro.

XCIV

VICTO
RINES
LOCVS
ANN XXXXII



Ex Cœmeterio Pontiani.

XCV



Ex ebore in loculo ad Cœm. Callisti.

XCVI

H

VLPIA FELICITAS AVRELIVS SVSCES
SVS FAECIT VVXORI SVE QVE BIXIT
ANNIS · XIII · M · VII · IM · P ·

Emptione adquisita.

I A tergo hujus inscriptionis eam profanam extare innuimus, quam Cap. VI. num. XII. exposuimus. Suâ hæc barbarie notabilis efficitur: Et præterea, obser-
K vatione teneræ admodum ætatis, qua puellæ nuptui tradebantur apud Romanos, ex præscripto Numæ, de quo ita Plutarchus in ejus Vita circa finem, *Ro-*
L *mani contra* (dixerat paullò ante Spartanas ex Lycurgi lege adultiores nubere solitas, ut corpora earum ad ferendum, & edendum partum satis roboris haberent; quippe coniugii nullum alium, quàm liberorum procreationem, finem putabant) *duodecim annos*, *aut minùs etiam natas, coniugio copulant*; *ita potissimùm & mores castos incorruptosque se Sponso tradituros judicantes*. *Et est in promptu*, *Lycurgum liberorum generandorum caussâ ad naturam*, *hos propter consuetudinem vitæ jucundiorem, ad morum rationem magìs respexisse*.

De duodénibus adolescentulis in matrimonium elocatis, adsunt inscriptiones

apud Gruterum pag. DCCLI. 1, DCCLII.2, DCCCXIII.8, & DCCCXV.13; itemque sequens in Sylloge Fleetvvood pag. 365. num. 6. A

185 DVLCISSIME COIVGI BENERE·Q·VIXIT IN COIVGIO ANN·XV·
ET MORITVR ANN·XXVII·MARITVS ET MATER·B·M IN P· B
FECERVNT·

Imò & de decenni, ut ea Plutarchi assertio constet, ubi ait, *aut minùs etiam natas*, vide hanc nostram; & quære eiusdem ætatis aliam Cap. IV. num. 453.

186 D · M C
VALERIE · PROCLE · CONIVGI · DVL
CISSIME · QVAE · VIXIT · ANNIS · XXII
CON · COIVGE · VIXIT · ANNIS · XII · DIEB
XXX · FECI · COIVGI · BENEMERENTI D
SEXTVS · NERIANVS · FELIX
Villa Pamphilia ad Viam Aureliam.

Vix undennem FLAVIAM istam reperi inter schedas Barberinas.

187 D · M
FLAVIAE
FORTVNATAE
SATVRNINVS
CONIVGI · B · M · F
VIXIT · ANN · XI
ME · I · DIB · XXVI

XCVII VR SES SEP

☧

VRSES, ut paullò suprà VICTORINES, gignendi casu VRSAE SEP*ulcbrum* indicare existimo. Nomen verò, tanquam humile, seu ferinum, tum inter Ethnicas, tum inter Christianas feminas etiam ante Sanctiss. Virginem Vrsulam nobile effectum est. De illis, est AELIA VRSVLA, quam legimus suprà Cap. V. num. 245, VRSA num. 29, & num. XLVIII. hujus Capitis, & sequentes. E

188 D · M
VOCONIAE F
VRSVLAE
Q · CAECILIVS
SECVNDINVS
VXOR· G
Apud Rubeum.

189 D ✠ M
AVIDIAE · VRSVLAE
QVAE · VIXIT · ANN · XX · MENS · VI H
DIEB · V · AVRELIVS · ANTIOCHVS
CONIVGI · INCONPARABILI
BENEMERENTI · FECIT
è schedis Barberinis. I

190 VRSA IN PA
In pavimento Divi Pauli.

191 VRSAE FILIAE DVLCISSI
MAE QVE VIXIT ANNIS V K
MEN · VI · D XVIIII · SEVERIANVS PA
TER ET FORTVNVLA MATER DEPOSIO EIVS
CAL · IVLI
In Horto Puellarum Mendicantium.



L

192 MATER FECIT BENEMERENTI
FILIAE SVAE VRSAE QVE VIXIT
ANN · VI · MESIS · VIII · VIIII · KAL · FEB INPACE
Villa Carpinea.

193 QVIN-

A 193 QVINTINIAE VRSVLAE CONIVGI
BENEMERENTI AMVLIVS
MELIOR FECIT
In Roma Subterranea.

B Iam verò poſt Latinas haſce, Græcas quoque inſcriptiones, eodem ordine ſervato, percurramus.

XCVIII

ΑΥΡΗΛΙΑΝ ΗΡΑΚΛΙΑ

è Cœmeterio D. Agnetis jacens reperta.

C

XCIX

ΔΑΦΝΟϹ ΕΖΗ ϹΕΝ ΕΤΗ· ΚΕ· ΤΟΥΤΟΥ ΚΑΤΘ ΤΗ ΠΡ ΙΖ ΚΑΛ ϹΕ	*Daphnus vixit annis XXV qui deceſſit A.D.XVII.Kal.Se*

D *Ex Cæmeterio Calliſti.*

Non eſſe opere pretium duco, in critica emendatione ſcripturæ immorari, E quæ zelo potiùs quàm grammatica ratione dictante, in hiſce græcis, vel græciſmum malè imitantibus, concipiebatur. Quapropter idiotiſmum ΤΟΥΤΟΥ geni- F tivo caſu malè reſpondens τῷ ΔΑΦΝΟϹ, & ΚΑΤΘΤΗ, aliaque in ſequentibus graviora adhuc ſphalmata tranſmittam.

Compendium illud ΠΡ, loco adverbii πρὸς, notandum eſt, tanquam ſignificando tempori adhibitum, cujus vice Latini *ante diem* ſcribere ſolebant. Exemplum ejuſdem notę vide apud Gruterum pag. CCCXXX. 5. ΠΡ. Ζ. ΚΑΛ. ΜΑΡΤ. *a. d. VII. Kal. Martias.*

G C

ΔΙΔΥΜω ΓΛΥΚΥΤΑΤω ΟΙ ΓΟΝΕΙϹ	*Didymo dulciſsimo parentes*

Ex Cæmeterio D. Agnetis.

CI

H

ΕΥϹΤΑΤΙ ΙΡΗΝΗ ϹΟΙ *Avicula*	*Euſtati pax tibi*

Ex Cæmeterio Caſtuli.

CII



Ex Cæmeterio D. Helenæ.

Sanctus Dei cultor
Eutropus in pace
filius fecit obiit a. d. X. K. Sep.

Notam K tertiæ lineæ interpretor *obiit*, à verbo καταλύειν, quod in hanc quoque significationem usurpatur. De alia nota ☧ jam diximus suprà ad Inscr. XCIX.

Cæterum piissimus hic Eutropus inter Martyres videtur adscribendus, ex vasculo illo, quod tanquam sanguine pro Christo effuso repletum ostentat, læ- A
vâque manu sustinet, passis ambabus in modum orantis. Artificium ipsius dum in humanis versabatur fuisse Sculptoris, vel dignioris artis vocabulo Statuarii, ab B
eleganti illo sarcophago, cui terebram admovet, modo his temporibus inusitato, ut pueri ope chordulâ circumplexa, & hinc inde brachiis alternantibus agita- C
ta volvatur, satis colligi videtur.

CIII

ΤΗ ΚΥΡΙΑ ΚΑΙ ΑΙΜΝΗCΤω CΥΜΒΙω
ΜΑΡΚΙΑ ΟC ΤΙC ΕΖΗCΕΝ ΕΤΗ ΠΛΕΟΝ D
ΕΛΑΤΤΟΝ · Λ · ΑΛΥΠΙωΝ ΕΠΟΙΗCΕΝ
ΑΝΕΠΑΥCΑΤΟ ΔΕ ΤΗ Π · Η ΕΙΔωΝ ΔΕΚΕΜΒΡΙωΝ
ΕΠΙ ΜΑΞΕΝΤΙω

Lacens reperta circa Cæmeterium B. Tertullini. E

Dominæ & semper memorabili coniugi
Marciæ quæ vixit annis plus
minus XXX. Alypion fecit F
obiit autem a. d. VIII. Iduum Decembris
sub Maxentio

Sub Maxentio (durante adhuc X. persecutione per Diocletianum & Maximianum Maxentii patrem inchoatâ) martyrium subiisse hanc Marciam probabile redditur ex adiuncta in margine corona, & ultima illa linea *sub Maxentio*, subaudito verbo *passa*.

In hac inscriptione notanda est formula illa incertitudinis temporis expressiva ΠΛΕΟΝ ΕΛΑΤΤΟΝ, respondens clausulæ PLVS MINVS in Latinis, quam *initiũ quarto post Christum sæculo sumpsisse* dixit Sponius in suo libello inscri- G
pto Recher. de Lion pag. 150: Sed fallitur, ut sæpe, Sponius, quia in ipso primo sæculo, tempore scilicet Domitiæ H
Augustæ, invaluisse videmus in Gruteto pag. DXC. 2: Imò ipse Sponius, immemori ingenio, in hac inscriptione, quam pag. 181. Miscell. recenset, I

194

D · M
L · CORNELIO · L · F · BEATISSIMO · QVI · VIX
PL · M · ANN · XXIX · FVIT · ORDINIS · MILIT
COH · $\overline{I}$ · HABVIT · $\overline{VII}$ · SPOL · $\overline{XI}$ · CORON · CIV K
IC · A CLASSE · ROMAN · CVM · EORVM · NOTA
INTERFECTVS · PERIIT · ET · A SOCIIS · CONCL
AMATVS · EST · S · C · EX · AERARIO · CIVI · NOBI
LISSIMO · ET · B · M · III · IDS · IVLIAS L

Ex Lucio, qui i Codice Vaticano n. 5249. exscripsit.

dubitat, ad tempora obsidionis Salonarum per M. Octavium, inscriptionem referri debere, quæ contigit annis XLVIII. ante Christi æram.

Quam-

A Quamvis autem tempus quo prodierunt minimè adnotetur; non tamen sapiunt infima latinitatis sæcula sequentes ex nostris, in quibus eadem dubiæ ætatis
B nota legitur.

195 ARRIAE · IVST
AE · FILIAE · DVLCIS
SIMAE · PARENTES
C FECERVNT · QVAE · VIX
ANNOS · P · M · IIII
Perusiæ apud Nobb. de Crispoltis.

196 D · M
D A · HERENNVLEI
TROPHIMI · IVN
HERENNVLEIA · IRE
NE · LIB · OPTIMO · ET
E HERENNVLEIA · GER
MANA · SIBI · ET · CON
IVGI · DVLCISSIMO
QVI · VIXIT · ANNIS
F P · M · XXXX
In Grut p. CMXLI. 10. emendata ex meo Cod. M. S.

197 D · M · S
FADIA · BONO
G SA · DIONYSIO
COIVGI · DVL
CISSIMO · ET
INCOMPARA
H BILI · CVM · QVO
VIXIT · ANNIS
XXVI · QVI · VIX · AN · P · M · L

198 D · M
L · COMINIO · SABINO
PATRONO · OPTIMO
FECERVNT
LIBERTI · ET · LIBERTAE
B · M
QVI · VIX · ANN · P · M · LXXX
è schedis Barberinis utraque.

199 D · M
DIONYSIAS
COSERVO · B · M
CHRYSOCERO
F · ET · FILI · MATRI ❦ P · F
V · A · P · M · XXXX
Vinea Nobb. de Theophilis in Cælio.

200 D · M
IANVARIA · SO
ROR · PRIMITIVO
BENEMERENTI
QVI · VIXIT · AN
NOS · PLVS · MN
TRIGINTA · FR · F
Vinea Paulutia ad Salariam.

201 D · M
TELESPHORO
VIX. AN · P · M · II
C · POMPEIVS · PHOEBVS
ET · POMPEIA · DATA
FILIO · DVLCISSIMO
FECERVNT
è schedis Vaticanis.

202 D · M
I ISICIAE · FIRMINAE · CONIVGI · FL · FO
RTVNATVS · MARITVS · B · M · P · D · ANN
P · M · XXXV
Salonis ex Lucio.

K CIV

❦ C
ΜΗΝΟΦΙΛΟ
ΑΤΞΑΝΟΝΤΙ
ΕΙΔΙω ΤΕΚΝω
ΜΗ ΠΛΕΡωCΑΤΙ
ΔΟΙω ΕΤΗ ΜΝΗ
ΜΗC ΧΑΡΙΝ ΕΙΡΗΝΗ

L *Menophilus*
Auxanonti
proprio filio
haud implenti
II. ætatis annum me-
moriæ gratia pax supple *sit*
Ex Cæmeterio D. Agnetis.

Cogno-

Cognominis huic alter Menophilus apud Ammianum (postquam de nostro nîl dicere succurrit) lib. XVI; generalem Eunuchorum, quos latè proscindit, infamiam,suâ virtute & fide singulari erga Regem Mithradatem dominum, absolvit: concreditâ quippe sibi filiâ Drypetinâ, ut eam in Castello Sinorio asservaret, postquam ipse à Pompejo victus, fugâ salutem quærere coactus erat; iste obsessus arcem tradere recusavit, donec tandem præclusâ omni elabendi spe, ne virgo fortunis paternis, suoque opprobrio superesset, eam primùm, mox semetipsum interemit. A B

C

CV

ΟΜΟΝΟΙΟC · ΔΟΜΝΗ ΝΒΙω · ΓΛΥΚΙΤΑΤΗ ΕΝ ΑΓΑΠΗ	*Homonœus Domnæ* *coniugi dulcissimæ* *in charitate*

D

Emptione adquisita.

Hanc supplevimus ex P. Aringho To. II. pag. 20. qui integram cum anchoræ signo descriptam habet. Omittit hoc symbolum Reinesius, & à Via Latina ad Ostiensem traduxit, atque etiam CΥΜΒΙω pro CΥΝΒΙω retinuit, plùs ad legem grammatices, quàm ad scripturæ veritatem respiciens; quamvis Aringhus quoque, à quo eam sumpsit, eandem sive correctionem, sive oscitantiâ, ostenderit. E

F

CVI

ΕΝ ΘΕω ΖΗCΗC ΡΟΥΤΙΚΙΑΝΗ *sic*	*in Deo* *vivas Rusticiana*
ΑΙΛΙΑ ΡΟΥCΤΙΚΙΑΝΗ ΚΑΙ ΦΑΙΔΡΟΥ ΦΙΛΙΑ	*Aelia* *Rusticianæ* *& Phædri* *filia*

G

Ex Cœmeterio B. Castuli. H

Cum iisdem nominibus, græcisque elementis, sed latino sermoni famulantibus, aliam inscriptionem in hoc eodem Beati Castuli Cœmeterio visam, dedimus Cap. V. num. 252. Redolet eandem latino-græcitatem (ut sic dicam) postremum illud verbum in hac positum ΦΙΛΙΑ. I

CVII

D M ΠΟΠΟΥΛΗΝΙΑ ΑΠΕΘΑΝΗΝ · Νω	*Populenia* *obiit Novembri mense*

K

Ex Cœmeterio D. Helenæ. L

De postrema illa syllaba Νω, plurimùm hæsitarunt Viri docti, quos de interpretatione consului, donec tandem in eam opinionem inclinarunt, ut mensis νόμβρι⊙ quo Populenia obiit indigetatus sit ω pro ο substituto, cujus latinæ nuncu-

A nuncupationis in Græco hoc apud Aringhum epigrammate exemplum extat.

203 ☧ Ε ΚΑΛ ΑΝ ΝΟΕΜΒ · ΕΚΟΙΜΗΘΕ
ΓΟΡΓΟΝΙϹ ΠΑϹΙ ΦΙΛΟϹ ΚΥ
B ΟΥΔΕΝΙ ΕΧΘΡΟϹ

Lib. II. cap. XXII.

V. Kal. Novembris obiit
Gorgonis omnibus amicus & nemini inimicus

C CVIII

	❦ ϹΙΡΙΚΑ ΤΗ ΓΛΥΚΥΤΑΤΗ	❦
ΕΙΡΗΝΗ Ϲοι	ΘΥΓΑΤΡΙ Ο ΠΑΤΗΡ· ΜΝΗΜΗϹ	ΕΝ ΘΕω
	ΧΑΡΙΝ· ΕΤωΝ· Β· ΜΗΝ·Ζ·ΗΜΗΡ· ΙΘ	

D *Ex Cœmeterio Callisti.*

Siricæ dulcissimæ
Pax tibi *filiæ pater memoriæ* *in Deo*
caussâ annorum II. men. VII. dier. XIX

E

Inter latinas hanc hybridam precationem IRENE SOE num. LXXIV. ostendimus. Rursusque num. CI. ΙΡΗΝΗ
F ΣΟΙ Eustatio barbarè dicta est. Modò, emendatè ac piè *pax tibi in Deo* (in quo fidelibus vera pax esse debet) pater anonymus filiæ Siricæ tanquam sollemne
G verbum effatur.

Simile nomen Siricæ continere credo Vitrum illud tertium in ordine apud Aringhum pag. 265. To. II., ùt nempe
H duabus figuris ibi expressis totidem conveniant nomina, ita enim se habet inscriptio exterioris orbis SIRTCA·LVCIFER·VIVAS·CVM·TVIS·FELICI-
I TER·ZESES. Quòd enim ita Author explicet in Notis, *At si quæris quid sit istud SIRTCA, si ordine inverso legeris, & secundam literam pro Græco sigmate acceperis, scies*: puto ex malè intellecto illius SIRICAE nomine processisse, ex quo elementum illud I secundæ syllabæ plùs justo capitatum, crassiori scilicet summitate ductum, Aringhum decepe-rit, ut ASTRIS indè, coactè & nullâ insuper congruâ significatione efformaverit: eò frigidiùs, quò minimè novum & insuetum sibi hoc nomen esse debuit, ex hac apud eum inscriptione.

204 SEPTIMVS·
SIRICAE · COIVGI·
IN PACE·

CIX

ΤΕΙΜΟΘΕΟϹ ΠΑΤΗΡ
ϹΟΥϹΑΝΝΗ ΘΥΓΑΤΡΕΙ
K ΓΛΥΚΥΤΑΤΗ ❦ ☧ ❦

Timotheus pater
Susannæ filiæ
dulcissimæ

Ex Cœmeterio D. Agnetis.

CX

ΒΕΝΕΡΙϹ
L ΕΖΗϹΕΝ ΕΤΗ
δΥω uΗΝ Ι ΗΜΕ ΚΖ

Veneris
vixit annis
duobus mensib. X. dieb. XXVII

Ex Cœmeterio Priscillæ.

Literæ minusculæ recentiorum Græcorum δ, & *u*, ex qua producto priori crure μ facta

facta est, hìc primùm in lapidibus mihi visæ sunt. A

CXI

Tω AIMNHCTω
ΦΗΛΙ ΚΙCCΙΜω
ΕΖΗCΕΝ ΕΝΙΑΥΤΟΝ
ΚΑΙ ΜΗΝΑC ΔΕΚΑ

semper memorabili
felicissimo
vixit annum B
& menses decem

Ex Cœmeterio B. Tertullini in ipso scalarum ingressu.

Necesse est hìc primam lineam unâ literulâ supplere, ut legatur AEIMNHCTω, (quod & in alia MARCIAE erat advertendú) & explicetur, IN AEVVM MEMORABILI. Ex istis frequentibus grammaticis licentiis, ipsisque latinis nominibus *Felicissimi*, & Flaviæ Gemellæ in sequenti inscriptione, coniectura insurgit, istos non Græcos, sed φιλέλληνας, C idest Græcorum amatores, appellandos.

ἐνιαυτὸν absolutè pro anno uno Græcos quoque usurpasse hinc habetur, eâdem sermonis elegantiâ, qua Ciceronem inter nostros usum vidimus ad Inscriptionem hujus Cap. XVIII. D

CXII

ΦΛΑΒΙΑ ΓΕΜΕΛΛΑ ΚΥΜΙ
ΘΙCΑ ΕΤωΝ ΙΖ ΕΝ ΠΟΛ
ΛΥC ΕΥΧΑΡΙΣΤω ΜΟΥ
Tω ΑΝΔΡΙ ΕΠΙΠΟΔΙωΤΕΙC
ΜΟΙ ΠΟΛΛΑ ΕΚΟΠΙΑCΕΝ
ΕΠΥΗΣΕΝ ΔΕ ΜΕΤ ΑΥΤΟΥ
ΜΗΝΕC Γ Η Γ

Flavia Gemella de- E
functa annorum XVII. in mul-
tis gratias ago meo
viro quoniam mecum junctus
pro me multum laboravit F
fecit autem cum ipso
menses III. dies III.

Ex Cœmeterio Pontiani.

Vtcumque cesserit hæc latina versio, obscuritas, imò & corruptela scriptionis G ejusdem, justam excusationem dabit.

CXIII

ΦΛΑΒΙω
ΕΡΜΙΑΤΙ
ΑΓΑΠΕΤω

Flavio
Hermiæ H
unigenito

Ex Cœmeterio D. Agnetis.

A patre Flavio huic Hermiæ unigenito tumulum & titulum positum credo, potiùs quàm tertium nomen Agapeti illi adiungendum putem. I

CXIV

ΧΑΛΚΗΔΟΝΙC ΕΠΟΙΗCΕΝ
Tω ΥΙω ΕΑΥΤΟΥ CΥΜΦΟΡΙ
ωΝΕΙ ΕΖΗCΕ ΔΕ ΕΝΙΑΥΤΟΝ ΤΕCCΑΡΕC K
ΜΗΝΑC

Ex Cœmeterio D. Helenæ.

Chalcedonis fecit
filio suo Symphori- L
oni vixit autem ANNVM menses
quattuor

Notabis; & hìc *annum* dici pro anno uno, ut alibi.

Debue-

A Debueram hìc addere Vitreas illas
imagines, quibus vetustissimus in Ec-
clesia imaginum cultus adversus Icono-
machos adstruitur: Sed cùm eruditissi-
B mus Vir, mihique amicissimus Philip-
pus Bonarrotus earum exemplar, appen-
dicis loco ad Numismata maximi moduli
aliis adiungere cogitet, quas in Museo
C Carpineo inter pretiosa illa Cimelia re-
perit; verbo tenùs descriptionem earum
hìc exponam, ut (quod suprà Cap. an-
tecedenti pag. 539. D me facturum pro-
D misi) utcumque exsolvam.

Primò igitur, tamquam Divi Petri
Apostolorum Principis cultui mancipa-
tus, beneficio semper mihi recolendæ
E memoriæ Alexandri PP. VIII, ab ejus
imaginibus, quarum non unâ potitus
sum, incipiam.

Petrus cum Paulo, pectore tenùs de-
F picti, mutuò se aspiciunt. Prior, à dex-
tera parte locatus, sinistrâ manu volu-
men complectitur, dexteram, complica-
tis duobus digitis minimo & annulari,
G super volumen extendit. Eodem pror-
sus positu ab alio latere Gentium Do-
ctor. Medius supernè inter eos stat Chri-
stus Dominus, fulgoribus circa caput
H coruscans, globoque insidens, utrique
coronam imponit, sub cujus pedibus
chresimon visitur, sic ☧ literæ exte-
rioris orbis ita legun tur,

I

CXV DICNITAS AMICORVM PIE
ZESES CVM TVIS OMNIBVS
BIBE ET PROPINA

K Ponè caput dexterioris PETRVS, sequi-
tur PAVLVS.

Videbis, huic in pluribus simile, vi-
trum illud ab Aringho recensitum To.
L II. pag.403. tertium in ordine; nisi quòd
ibi Paulus dexteram occupat, sed ex me-
ra describentis incuria, quia cùm istæ
imagines hinc indè perlucidæ sint, pictor,
non earum faciem, sed aversam partem excepit, id quod ex literis inverso ordine dispositis fit evidens, tum in hac de qua loquimur, tum in aliis eorundem Apostolorum figuris, quæ eâdem paginâ num. 2. & 5. habentur: Veriùs etenim ex ipsomet Aringho pag. sequenti 405. ubi rectus est vitri illius secundi aspectus, constat, Petrum ad dexteram, Paulum ad sinistram conspici.

Ad dexteram pariter reperitur Petrus in alio eorundem duorum Principum Apostolorum sedentium vitro, quod levissimâ differentiâ à jam dicto apud Aringhum pag. 402. 2 distinguitur; in eo scilicet, quòd in medio coronæ, non chresimon, sed rosa sex foliorum cernitur, & in dextera unius cujusque volumen deficit, vel forsan ibi malè expressum est: nomina cæteroqui hinc

CXVI PETRVS indè PAVLVS

habentur.

Aliud, utrumque stantem exhibet, cum volumine in sinistra, complicatisque dexteræ manus digitis, Christi monogrammate ☧ infrà, & coronâ supernè interme diis, atque ad latera

CXVII PETRVS PAVLVS

servatâ itidem Petro dexteræ partis prærogativâ.

In alio, medius inter Petrum à dextris & Paulum à sinistris in communi sedili visitur Laurentius cum volumine in sinistra. Nomina sic disposita sunt.

CXVIII PETRVS · PAVLVS ·
LA VRE N
TI VS

Similiter disposita in alio stat inter Petrum & Paulum Agnes, flammarum globulis undique ambientibus, tanquam ea quæ juxta Divi Ambrosii præconium *in ipsis sacrilegis focis trophæum Domini*

victoris signabat, manibus passis supra utriusque caput, staturâ elatiori, & plusquam eapite supereminenti. Literæ,

CXIX PET PAVL
RVS VS A
N
N
E

CXX ANNE

etiam vocatam video in alio minoris vasculi fundo, eleganti specie apud me, pleniùsque ANNES apud Aringhum To. II. pag. 403. num. 4.

Vestes tum antecedentis Agnetis, tum Petri & Pauli in extrema sui parte, atque ad lævam, hoc signo ⌶ distinctæ sunt; de cujus, ac similium significatione varii varia dixerunt: sed ego P. Aringho libens assentior, qui ita ingenuè ait lib. VI. cap. XXVIII, *Investigandum est, quid illæ elementorũ notæ legentibus innuant, quæ in quibusdam imaginibus expressæ conspiciuntur, nempe T · X · I · H. Et hæc quidem, ut ipsamet ratio suadet, peculiaria arcanorum mysteria, vix tamen ab ullo è Patribus hucusque, quòd noverimus, explanata continent*.

Hinc sanè eundem Aringhum deceptum puto, qui pag. 265. fig. 5. Tomi II. in tribus illis imaginibus Petri & Pauli, interque eos Peregrinæ, *effigies & nomina eorum, quos inibi sepultos credit, inscripta putet*: cùm nec funebre quid redoleant istæ imagines; sed ad memoriam Principum Apostolorum recolendam, eorumque tutelam implorandam, præcipuo Peregrinæ nomini adiunctas opiner.

Ratum igitur firmumque sit, in hoc imaginum genere, semper Petro dexterum latus competere, quod etiam comprobant, ultra has nostras, quattuor aliæ vitreæ imagines Musei Carpinei, propediem lucem aspecturæ.

De varia in antiquis picturis hac Sanctorum Apostolorum collocatione, vetus A
est quæstio à Sancto Petro Damiano Epistol. lib. II. epist. XVI. primùm pertractata, postea (præ cæteris) à Francisco B
Mucantio Sacrarum Cæremoniarum Magistro, peculiari Dissertatione prosecuta, quam nos de integro minimè resumere intendimus. C

Idem Petrus sub veteri nomine Simonis, ad dexteram Ioannis ostenditur in thoracidibus meis imaginibus, coronâ lemniscatâ inter utriusque facies invicem D
obversas intercedente. A tergo Petri

CXXI SIM alterius IOAN
ON NE
S E

Literæ verò circulum ambiunt,
DICNITAS·AMICORVM·PIE·ZESES
sub quo ultimo verbo Iesus nomen pri- F
scos Christi fideles adumbrasse, notavit Bosius per Aringhum laudatus, in Notis ad Vitrum 2. dictâ pag. 265: Et amuleti pensilis loco, lapidi alabastriti in- G
sculptum hac magnitudine ostendit nostra hæc manus cum tabella, apud S. Priscæ in Aventino Ecclesiam, à me reperta. H

CXXII



I

Literis quamvis earens, nostri alterius Vitri fragmentum satis figuris exprimit K
Evangelicum illum ægrotum, qui Christo jubente

·· post multos graditur Paralyticus annos
Mirandum! Lecti portitor ille sui: L

ad dexteram enim stat Christus diadematus Virgâ grabatum Paralytici tangens, quod ipse jam sanitati redditus humeris

A meris defert. Significationem hujus imaginis, & spem resurrectionis hinc factam, pluribus SS. Patrûm sententiis probat Aringhus lib. VI. cap. VI, qui etiam
B cap. XV. Virgæ in manu Christi Summi Sacerdotis mysteria æquè eruditè prosequitur.

Alter orbiculus pariter illiteratus eun-
C dem Christum Servatorem sub effigie Pastoris Boni, ove deperditâ humeros honerati, eam ad gregem reducentis, significat.

D Tertius, Paradisi terrestris arborem notat, cum serpente circumvoluto, per quem primorum parentum lapsus; & indè redemptio ab antiqua humani ge-
E neris labe, per Christi humanitatem assumptam, mortemque pro nobis obitam operata, feliciter contigit.

Fragmentum quoque apud me est illi
F simile, quod Aringhus pag. 403. num. 6. adducit; nisi quòd, ibi Vir & Vxor cum unico filiolo, noster tres natos, filiam
G nempe adultiorem in medio, duosque parvulos in utriusque parentis sinu, in protome continet,

CXXIII PIE

super capite mulieris legitur, haud dubio indicio, verbo ZESES, seu etiam (ut in aliis) hac clausulâ CVM TVIS OMNIBVS FELICITER forsan supplendum.

Scitè ac perbellè (si usquam alibi) in fundo minoris poculi depictæ sunt imagines Mulieris stolatæ ac Viri tunicati, & laticlavii, dexteras jungentium: Inter utriusque vultus pictum est chresimon, & ponè Mulierem à parte dextera volumen pendet, literis hisce ambientibus

CXXIV MARTVRA · E *Caput Mul.* PEC
Caput Viri TETE·VIVATIS·

Minimæ tandem molis, & vix unciam pedalem diametro æquantis, in Vitro cærulei coloris stat Moyses virgâ rupem percutiens. Literæ ad sinistrum latus Moysis,

CXXV AMICORVM

sonant. Moysen in hoc facto ex Sanctorum Patrûm sententia, luculenter explicat P. Aringhus, cujus doctis laboribus toto hoc Capite me juvatum sincerè profiteor.

CAPVT NONVM

GENTILITIA NOMINA

QVORVM · GRVTERVS · NON · MEMINIT

PLACVIT hoc Capite catalogum nominum hactenus ex Thesauro Gruteriano incognitorum contexere, atque in unum cogere, quamvis plura ex jis apud alios Inscriptionum collectores legantur; atque ordine alphabetico, brevioribus in fine adiectis Notis distinguere: Non quòd putem tanti id esse, ut non modicum quo mihi constat laborem fortasse mereatur; sed ut sub aliqua collocatione, abundantiorem (quantùm fieri potest) Epigrammatum segetem talium rerum studiosis, vel emendicato hoc titulo exponam: quod sequenti ultimo nostri Operis Capite pleniùs etiam implebo, ubi ea omnia coniiciam, quæ aliquo pacto rem literariam juvare posse judicabo: itaut, accessio hæc, & veluti corollarium Inscriptionum earum, quæ mihi post nostras explicatas superfuerunt, precipuum opus utilitate superaturum augurer. Nomina verò, veteri tantùm more, ea quæ post prænomen, vel etiam prænomine carentibus prima occurrunt, designabuntur; non spernentes doctissimi Sirmondi mo- F
nitum in Præfatione Notarum ad Sidonium, *media ætate & post eversam rempublicam obtinuisse, ut cùm multis ferè nominibus nobiliores uterentur, proprium* G
tamen unum cuique nomen esset, quod postremum semper collocarent.

Levioris operis hoc foret Reinesio, qui adeò incuriosè gentilitates secernit, ut H
eandem Gentem (exempli gratiâ) putet esse Cintalliam Quinquitiam & Quintiliam, Domestiam Dometiam & Domitiam, Tiferniam Titurniam & Titiniam, I
eandem Fremediam cum Primidia, Bajaniam cum Majania Mainia, seu Mænia, Ameniam cum Aminia Amminia & Aminnia, eosdem Eggios atque Iccios, K
Avillios atque Aveldios Villios Avidios & Aquilios, & sexcenta ejusmodi in toto suo Opere dispersa; dum nobis unica literula dissimilitudinem efficiet. L

Prima igitur Gens, quam cæteræ subsequentur, esto

*ABEIENA

ABEIE-

A 1 ABEIENAE · C · F
BALBINAE · FLAMINICAE
PISAVRI · ET · ARIMINI
PATRONAE · MVNICIPI
B PITINATIVM · PISAVRENSIVM
HVIC · ANNO · QVINQVENNAL
PETINII · PRISCI · MARITI · EIVS
PLEBS · VRBANA · PISAVRENSIVM · OB · MERITA
EORVM · · · · · CVI · · · · · · ·
C IMP · · · · · · · · · · · · · · · · · · ·
· ·
IVS · COMMVNE · LIBERO
RVM · CONCESSIT
D L · D · D · D

Pisauri in Foro.

Gruterus nomine ABEIENAE in ALBIAM corrupto eam refert pag. CCC-
E XXII. 8. Eandem ſub vero nomine *Abejenæ*, ſed immutato Viri cognomine à PRISCO in APRVM, & præterea
F mutilam, habet Cluverius in Ital. Ant. pag. 621.

ABELASIA

Vide inſcriptionem quæ de ea meminit
G Cap. V. num. 132.

ABELLANIA

Vide titulum Cap. I. num. III.

ABONIA

H *Aboniani horti*, de quibus Cap. VII. de Colum. Traj. pag. 205. Inſcriptionem attuli, Aboniam hanc gentem non obſcurè indicant.

I

ABVDIA

2 MATRIBVS · V · S · L · M · Q · ABVDIVS
FRONTONIS L · TEODOTVS

à ſchedis Barberinis.

K

ABVRCIA

L. Aburcium Eutychum oſtendit inſcriptio 496. Cap. IV.

L ABVRTIDIA

Inter plures milites Coh. I. Vigilum, quos ſuprà eodem Cap. IV. num. 91. recenſuimus.

ACANTIA

In ea è ſchedis Barberinis inſcriptione, quam Cap. III. num. 493. legere poteris.

ACIDIA

Inſcriptione num. 91. ſuprà laudati Capitis IV.

ACISIA

Reperitur in hac inſcriptione ex ſchedis Barberinis.

3 M · AMVLIO · EPINICO
L · ACISIVS · SOSVS · PATER
ET AEMILIA MAXIMILLA MATER
VIX · AN · XXXI · M · V · D · XX
FILIO · PIENTISSIMO

ACAENIA

In ſępe dicta 7 Iuvenis inter Vigiles Capite IV. n. 91. pag. 263. legitur ACAENI CRISPINIANE.

ACORA

4 M · ACORVS · SVTOR
VIXIT · ANN · XII
THALLVSA · SOROR · TITVL

è ſchedis Barberinis.

ACVIA

5 ACVIA · POLLA · SO
RORIS · FILIAE
BENEMERENTI
FECIT · MARCIA
BASSILLAE · VIXIT
ANNIS · XII

Vinea Morona ad Viam Appiam intra Vrbem.

ACVSANIA

Habes *M. Acuſanium Aprionem* Cap. II. num. 14.

ACVSPIA

6 C · ACVSPIO · PVTEO
LANO · ACVSPIA
MARICA
M · D · D · D

è ſchedis Barberinis.

ACVTIA

Acutiæ Tychenis meminit inſc. 29. Cap. I.

ACV-

ACVVIA

Hanc eandem cum ACVIA crediderim. Vide inſcriptionem de ea loquentem Cap. III. num. 324.

7 VALENTINO · A
CVVIAE· LICINIANE· SER
VIX · AN · LIX · M · VI · D
XV· VALENTINVS· ET

CAPRIOLA · FIL A
PIIS · · · ET · SIBI

Venuſiis retro Eccleſiam Maiorem.

ADAMIA

8 DIIS · MANIBVS B
L · EGNATIO
IANVARIO
M · MAGIVS

9 L · MARIO · MAXIMO · II · L · ROSC
M · ANTONIVS · PRISCVS · L · ANNIVS ·
NOMINA · DECVRIONVM · INAERE · INCI

PATRONI · C · C · V · V

APP · CLAVDIV	S	IVLIANV	S
T · LORENIV	S	CELSV	S
M · AEDINIV	S	IVLIANV	S
L · DIDIV	S	MARINV	S
L · DOMITIV	S	HONORATV	S
M · ANTONIV	S	BALBV	S
M · STATIV	S	LONGINV	S
L · PONTIV	S	VERV	S
C · BETITIV	S	PIV	S
C · GAVIVIV	S	MAXIMV	S
C · FVRIV	S	OCTAVIANV	S
L · BRVTTIV	S	PRAESEN	S
C · BRVTTIV	S	CRISPINV	S
· · · · · · · · ·	·	· · · · · ·	·
C · IVNIV	S	NVMIDIANV	S
M · PAPIRIV	S	CANDIDV	S
L · CAECILIV	S	MAXIMV	S
Q · CAELIV	S	FLAVIANV	S
L · LVCILIV	S	PRISCILIANV	S
L · PONTIV	S	BASSV	S
L · PONTIV	S	MAVRICV	S
M · ANTONIV	S	CRISPINV	S
TI · IVLIV	S	LICINIANV	S
C · SVLPICIV	S	ARRENIANV	S
C · LICINIV	S	LICINIANV	S
L · VALERIV	S	TVRB	O
L · FLAVIV	S	LVCILIANV	S
P · MARCIV	S	MAXIMILLIANV	S
M · STATIV	S	PATRVINV	S
M · STATIV	S	LONGINVSIVN	
M · VALERIV	S	TVRB	O IVN

PATRONI E · E · Q · Q · R · R

P · GERELLANV	S	MODESTV	S
T · LIGERIV	S	POSTVMINV	S

QVINQVENNALICII

T · LIGERIV	S	POSTVMINV	S
T · ANNAEV	S	RVFV	S
L · ABVCCIV	S	PROCVLV	S
T · AELIV	S	RVFV	S
T · AELIV	S	FLAVIANV	S
M · ANTONIV	S	PRISCV	S
L · ANNIV	S	SECVNDV	S

ALLECTI INTER · QVINQ ·

C · GALBIV	S	SOTERIANV	S
L · ABVCCIV	S	IVLIANV	S
C · SILIV	S	ANTHV	S
P · AELIV	S	VICTORINV	S

II VIRALICII

A · CAESELLIV	S	PROCVLV	S II
L · FAENIV	S	MEROP	S · II ·
L · ABVCCIV	S	MAXIMIANV	S
Q · IVNIV	S	ALEXANDE	R · II ·
M · AEMILIV	S	MARCELLV	S
C · IVLIV	S	HOSPITALI	S
L · MARCIV	S	FORTVNATIANV	S
C · FVLVIV	S	SATYRV	S
P · LIBVSCIDIV	S	VICTORINV	S
Q · FABIV	S	FELICISSIMV	S
T · AELIV	S	ANTONIV	S
L · HERENNIV	S	ARESCVSIANV	S
T · CVRIV	S	SALVIANV	S
A · KANVLEIV	S	FELICISSIMV	S
P · SERGIV	S	BASSAEV	S
P · GRAECIDIV	S	FIRMV	S
M · ATHANIV	S	FELICISSIMV	S
C · VIBIV	S	OCTAVIANV	S
TI · CLAVDIV	S	ONESIMIANV	S
L · ANNIV	S	PIV	S
Q · IVNIV	S	ONESIPHORV	S
C · LVCRETIV	S	VENVSTV	S

A IVSTVS · ET
EGNATIA · NEBRIS
BENEMERENTI
FECERVNT
B ADAMIO · SVCCESSO
EGNATIA · NEBRIS
CONIVGI · B · M

Hortis Palumbariis.

* AEDINIA

Hujus mentio in Lamina ista Canusina, col. I. ex qua Eminentissimus Norisius nomẽ secundi Consulis L. Roscii Aemiliani emendavit, qui à Pagio cum Panvinio & Leunclavio *Papirius Aemilianus* dicitur.

IO · AELIANO · CoS ·
SECVNDVS · IIVIR · QVINQVENN ·
DENDA · CVRAVERVNT ·

AEDILICII ·

T · FLAVIV	S	CROCALIANV	S
C · ENNIV	S	MARCIANV	S
SEX · TEDIV	S	PRISCV	S
P · GRAECIDIV	S	IVSTV	S
TI · CLAVDIV	S	CANDIDV	S
M · SERVILIV	S	HELIV	S
T · ARTORIV	S	MINERVALI	S
L · HERENNIV	S	CRESCEN	S
T · FLAVIV	S	MARINV	S
L · CLATIV	S	SECVNDINV	S
L · ABVCCIV	S	EVRYALV	S
P · MARCIV	S	CARPOPHORV	S
L · DASIMIV	S	PRISCV	S
Q · FABIV	S	THALAMV	S
TI · CLAVDIV	S	EVTYCHIANV	S
M · SEMPRONIV	S	SABINIANV	S
C · ENNIV	S	PRISCIANV	S
L · FAENIV	S	MEROP	S · IVN ·
M · ANTONIV	S	VINDE	X

QVAESTORICII

L · CEIV	S	ASCLEPIODOTEANV	S
L · ABVCCIV	S	LABERIANV	S
D · BALONIV	S	FELI	X
T · FLAVIV	S	IVSTV	S
T · FLAVIV	S	QVINTI	O
M · SAVFEIV	S	CONSTAN	S
M · MARCIV	S	IANVARIV	S
P · SERGIV	S	AVGVRINV	S
M · AVRILIV	S	ACRISIV	S

PEDANI

Q · FABIV	S	FABIANV	S
L · VIBIV	S	IVVENTIANV	S
P · GRAECIDIV	S	VESTINV	S
P · CARINATIV	S	AGATHANGELV	S
C · TERENTIV	S	PRISCINV	S
C · POMPONIV	S	CVPIEV	S

C · FVFIDIV	S	RVFV	S
T · POMPEIV	S	ALEXANDE	R
C · LVCRETIV	S	VENVSTV	S · IVN
C · IVLIV	S	STACHY	S
M · ATHANIV	S	FELI	X
L · HERENNIV	S	CELSV	S
D · SATRENIV	S	SATRENIANV	S
T · POMPEIV	S	ATTALV	S
P · ESQVILIV	S	SILVANV	S
TI · CLAVDIV	S	ONESIMIANV	S IVN
Q · IVNIV	S	MVSOGENE	S
P · RVTILIV	S	TERTVLLINV	S
TI · CLAVDIV	S	VERV	S
M · VLPIV	S	ANTHIMV	S
P · PVBLICIV	S	MAXIMV	S

PRAETEXTATI

T · FLAVIV	S	FRONTINV	S
C · IVLIV	S	HOSPITALI	S IVN
L · ABVCCIV	S	PROCVLV	S IVN
M · AVRELIV	S	MARVLLV	S
T · AELIV	S	NECTAREV	S
L · EGGIV	S	MAXIMV	S
C · VIBIV	S	MARCELLV	S
P · PVBLICIV	S	MAXIMV	S · IVN
L · ANNIV	S	RVFV	S
L · TRICCIV	S	APOLLINARIS	IVN
M · AVRELIV	S	IVLIV	S
M · AVRELIV	S	AGRIPPINV	S
L · ATTIV	S	IANVARIV	S
C · GALBIV	S	ATTICILLIANV	S
C · VIBIV	S	FAVSTINV	S
T · POMPEIV	S	ASCLEPIV	S
L · TIMINIV	S	PONTICV	S
M · AVRELIV	S	VALEN	S
C · GALBIV	S	AMANDV	S
M · SERVILIV	S	MARCELLV	S
M · GAVIV	S	RVFV	S

T · MVNA-

T·MVNATIV	S	FELI	X	A·FABIV	S	CASSIANV	S
T·FLAVIV	S	CROCALIANV	S	L·TRICCIV	S	APOLLINARI	S
C·GALBIV	S	SOTERIANV	S	M·APRONIV	S	PRIMV	S
T·AELIV	S	RVFV	S	P·ESQVILIV	S	SILVANV	S
T·AELIV	S	FLAVIANV	S	Q·IVNIV	S	RVSTICV	S
Q·COELIV	S	SABINIANV	S	P·CLODIV	S	DASIMIANV	S
				L·ABVCCIV	S	FELICIANV	S

AEDRIA

10 AEDRIA
THETIS
ECEPTO
FRATRI·P

Venusiæ penes Pierros.

AELISIA

Habes *Aelisium Carpum* Cap.III.n.382.

AEMILICA

11 DIS · MANIB
D · AEMILI
CHI · ET
HORTENSIAE
PHOEBES

Villa Pamphilia in Vrnula ornatissima.

AENIA

12 D M
SEX·RVBRIO·SEX·F·PAPINIANO
FILIO · PIISSIMO · V · AN · XIIII
MENS·IIX·AENIA·CRISPINILLA
MATER · INFELICISSIMA
F·C · ET · SIBI

Hortis Alteriis.

AENNVLEIA

13 :· · · · · · · MVS
ABVCCIAE
ELPIDI
CONIVGI
CHARISSIMAE
ET·AENNVLEIVS
AMANDVS
COGNATVS·BENE
MERENTI
FECERVNT

Apud Mazzantes.

AEQVANIA

14 *quattuor coronæ cum lemniscis*
SEX·AEQVANIVS·SEX·F D
STEL · LEG · XXX

AEQVISIA

15 DIS · MANIBVS
AEQVISIAE·MARTINAE E
LIBERTAE·BENEMEREN
TI·ET·CONIVGI·V·A·XXVII
M·XI·D·XVI·P·AEQVISI
VS·APRILIS·SIBI·ET·SVIS F
POSTE·EORVM

In Ædibus Nobb. de Rocciis.

AERONIA

16 C · AER G
ONI·CARISSIMI

In annulo apud D. à Vidania.

AERVDA

17 SEMPRONIA H
A·L·ERATO
D·SEMPRONIVS·Ɔ·L
PROTIGENES
D·SEMPRONIVS·Ɔ·L·RVFIO I
SEMPRONIA·Ɔ·L·FLORA
D·VETVRIVS·D·D·FLACCVS
SEMPRONIA·Ɔ·L·PHILEMATIO
I·D·SEMPRONIVS·D·L·SEMPR·Ɔ·ATENIS K
A·AERVDVS·A·L·ANTIOCVS·SOTAIS
SIBI·ET·SVEIS

In impluvio Ædium Nobb. de Salomoniis.

AESCHIONIA L

18 D · M
AESCHIONIAE·EPICTESI·C·AESCHIONIVS
AMERIMNVS·FECIT·CONIVGI·CARISSIMAE
ET · SIBI

Ex schedis Barberinis.

AETI-

C·PETICIV	S	DIONYSIV	S	L·DASIMIV	S	IVSTV	S
SEX·CALPVRNIVS		AEMILIANV	S	Q·IVNIV	S	TROPHIMIANV	S
L·NOVIV	S	ALTICV	S	T·FLAVIV	S	SILVINV	S
C·VIBIV	S	SATVRNINV	S	TI·CLAVDIV	S	FORTVNATV	S
P·PACILIV	S	CHRYSOMALLV	S				
T·POMPONIV	S	FELI	X				
M·AVRELIV	S	MAXIMV	S				
D·AGRIV	S	PIETA	S				
Q·IVNIV	S	SILVANV	S				
A·KANVLEIV	S	ONESIMIANV	S				
T·POMPEIV	S	VITALI	S				

AETIDIA

19 L·AETIDI·SP·F

D ARN·OSSA·HIC

SITA·SVNT

Ex eisdem.

AFRIA

Vide inscriptionem de AFRIA ALLIA num. 628. Cap. III.

AFRICIA

20 CN·OCTAVIUS L·AFRICIUS

E ······THQ PHILARGYRVS

NICESIA SIBI·ET·SVIS

Via Labicana contra Mausoleum D. Helenæ in lapide Tiburtino.

AGASIA

F Inter nonnullas sequentis lapidis Familias, locum ordine facimus huic AGASIAE columnâ II. memoratæ.

21 HERCVLI CELERI

SACRVM

G CORPOR

T·CANINIVS·T·F·L·PHANODEMVS
T·ARCINIVS·T·F·L·THEOPOMPVS
T·GRAECILIVS·T·F·L·PITHODORVS
T·SVTIVS·T·F·L·SVMMONVS
C·FVLVIVS·T·L·TIMOPHANES
H C·LIVIVS·T·F·L·CINEANVS
C·IVNIVS·C·F·DIMARISTVS
C·IVLIVS·SEX·F·L·HEROPHONT
P·IVLIVS·Q·F·LIBERTINVS·ANDROMACHVS
P·RVTILIVS·P·F·LIB·STEPHANVS
I P·IVLIVS·T·L·THEOPOMPVS
P·IVNIVS·P·L·GLORIA·MINOR
M·TVLLIVS·M·L·DIONYSIVS
M·TVLLIVS·Q·LIB·DIOPYTEN·EROS
L·PACCIVS·L·F·LIB·ANTIGONVS
L·LIBASIVS·S·P·F·LIB·THERPANDRVS
K L·LIBASIVS·L·F·FLORVS
L·EGRILIVS·SP·F·APRVSINVS·SCRIBA

DENDROPHOR

Q·SERTORIVS·Q·L·GABVS
Q·OCCIVS·Q·L·ALEXANDER
Q·OCCIVS·Q·L·POEONIVS
Q·ARBVTIVS·Q·L·EROS
Q·AGASIVS·Q·F·PACCIVS
Q·ALBIVS·Q·L·ZETHVS
Q·NEORBANVS·L·F·METELLINVS
Q·MARCINVS·L·F·MARVLLVS
D·IVNIVS·D·F·MARINVS
D·IVNIVS·P·F·FAVSTVS
D·IVNIVS·SEX·F·ARBVSCVLVS
D·NOVENNIVS·D·L·ZOPHYTVS
D·NOVENNIVS·D·F·AXIVS
SEX·POMPEIVS·SEX·L·PHILIPPVS
SEX·POMPEIVS·SEX·L·ANASTASIVS

SVAQVE·PEQVNIA·HOC·SIGN·ET·EPVLVM·DED·COL

II VIR·QQ·C·AFRANIO·C·F·L·N·TVSCO·ET·L·VOCONIO·SP·F·M·N·FLAV

Puteoli ex schedis Barberinis.

L 22 AGASIVS·ASIANVS·EQ·LEG·II·PART

ORIVND·TRA·NAT·ERACLE·V·ANN·XXXV

IN Q·MIL·ANN·VII·H·T·F·I

Ex schedis Vaticanis.

AGILEIA A

23 MARTI·T·AGILEVS·Q·F·RVFVS·SEX
AGILEIVS·Q·F·PEDO·V·S·L·M
Vasione ex schedis Barberinis.

AETRIA

24 C·AETRIO
C·F·C·NEP
L·PRON
C·ABNEP
COR
MATVRO
Crypta Minarda ex iisdem.

AGYLLIA

L. Agyllium Sabinum, vel Figulum, vel Prædii in quo figlina extabat, dominum, vidimus Cap. VII. num. 32.

AILAFIDIA

Habetur *Ailafidius Severinus* in Centuria Iuvenis Coh.I.Vigilum Cap.IV.n.91.

AILLIA

Vide Inscriptionem 335. Cap. V.

AFREIA

Vide Inscriptionem 55. Cap. I.

ALBONIA

25 D·M
M·ALBONI
CALLISTINI
ALBONIA
EPAGATHO
FILIO·PIISSIM
ET·ALBONIAE
GALE
PATRONAE

OPTIM·ET·SIBI B
I schedis Barberinis.

ALEDIA

In Centuria Ingenui inter Vigiles Inscript. 91. Cap. IV. recensetur *Aledius Quintulus.* C

ALFACIA

In nostro Museo extat titulus T·ALFACI·SCANTIANI, de quo Cap.V.n.III. D

ALFEDIA

Vide Cap. II. num. 222.

ALFISIA E

26 ··· IAE·PIAE·CONIVGI
··ANETVSAE·P·ALFISIVS
P·F·PROBVS·ITEM·LIB
LIBERTABVSQ·SVIS·ET·ATEIAE F
FLORAE
POSTERISQ·EORVM
ET·M·LARENIO
ACHILEO G
Vinea Puellarum Mendicantium.

ALLATEDIA

Allatedi Marcelline in Centuria Ingenui inter Vigiles Cap. IV. num. 91. H

ALLECINIA

27 ALLECINIAE·M·L
SEVERAE
cum quattuor lineis erasis. I
Vinea Ferentilla ad Viam Portuensem in Vrnula.

ALLEDIA

28 ALLEDIAE MARCIAE FILIAE DVLCISSIMAE QVE VIXI ANN· K
II·MESIBVS·IIII·DIEB·XIIII·ALLEDIVS TROFIMIANVS ET
AELIA MARINA PARENTES BENEMERENTI FECERVNT
In labro Sarcophagi unicâ lineâ ex schedis Vaticanis.

ALLETIA

In Centuria Iuvenis inter Vigiles, ter repetita.

ALLONIA

Vide Inscr. 280. Cap. III.

ALONIA

29 M·ALONIO·M·L L
THIASO
VESTIARIO
VIX·ANN·LIIII
M·ALO-

A M·ALONIVS·M·L
OLYMPVS
FR·KARISS·FEC
è schedis Barberinis.

B ALPINIA

30 DIVO
TVS·POPVLVS
IGETIANI·MEI
C MORTALEM·MEMO
EX·AENO·COLVMNISQ·MAR
HONOREM · REFECIT
NI·L·ALPINIO·CLEMENTE·CVRAT
(REI·PVB

D *In Bivio Laurentinæ & Viatrii Lavinium lævorsum tendentis sub Taberna la Santola.*

ALPONTIA

31 D · M
E T·ALPONTI·ET·VENVSTAE
CORNELIA·ANTIOCHIS
BENEMER
è schedis Barberinis.

F ALTIDIA

32 C·ALTIDIVS·C·L
PHILOMVSVS
OLLAS·IV
G *Ex iisdem.*

ALVIA

33 D · M
ALVIAE
H VENVSTAE
CONIVGI·BENE
MERENTI·FE
CIT·T·COCCEIVS
I AMARANTVS·ET
M·ALVIVS·FELIX
FILIVS
Vinea Vallæa.

AMAEDIA

34 L·AMAEDIVS
RVFVS
è schedis Vaticanis.

AMASIA

Vide Inscr. 118. Cap. III.

AMATIA

35 L·AMATIO·L·F·FAB
MAXIMO·MEMORIANO
Q·PR·AEDILI·III VIRO·FLAM
IMP·ANTONINI·II VIR · · ·
YCETANAI · · · · · M · · ·
I · · PRINAXOINAE · · X · FR · ·
POPVLVS·LILYBITANVS
BONO·CIVI
L·P·D·D·D
Mazaræ ex Gualthero.

36 P·ATIVS·LVCRIO
AMATIA·LYCHNIS
Villa Corsina.

* AMIA

37 M·AMIVS·M·F·PAL·BALBVS
SACERDOS·IVNONI·REG·SISP
ITAE·LANVMVIANAE·FECIT
VIVENS·ET·AMIO·IVNIO·FI
LIO·SACERDOTE·IOVI·SISP
ET·AMIAE·MATRI·PIISSIM
IN·FR·P·XIIX·IN·AGR·PED·XXVI
Ex Spanhemio.

AMMIANIA

Vide Inscr. 403. Cap. III

AMVLATIA

38 M·EPIDIVS PRIMVS — M·AMVLATIVS CINIPSVS

ANATVLEIA

39 ANATVLEIVS
ALEXANDER

K * ANCILIA *

40 OPERAE·VRB·SCABILLAR
Q·OILORIVS·ANTEROS C·SALAVIVS·PHILODAMVS LVCILIVS·MALCHIO
L·AVFIDIVS·L·L·VTILIS Q·ANCILIVS·EROS
C·LVCILIVS·LVPERCVS ERVS · · · · OF · · · · · FEIX · · · · · · · · ·
L L·HELVIVS·FAVSTVS · · · IVCVNDVS
L·PETICIVS·PRIMVS L·HELVI·PROBATVS Q·CORNELIVS·PINIGER
Q·ANCILIVS·THEODORVS L·ACCEIVS·PHILODESPOTVS·SECVNDVS
· CORNELIVS · · · · TVS L·CORNELIVS·MODESTVS C·VESCLARIVS · ·
Ex schedis Barberinis omnes.

* ANDONIA

40 *protomes viri & uxoris*

C·ANDONIVS·C·F·VALEN
SIBI · ET
ANTONIAE·M·F·ANTVSAE
VXORI·T·F·I
INF·P·XL·RET·P·XXX

Ex iisdem, meoque veteri MS.

ANNAIENA

41 T · ANNAIENVS
T·F·ROM
GALLVS

Ateste in Ecclesia Maiori.

* ANNARIA A

42 D · M · S
ANNARIA
FRVCTA
CONIVNX B
CARISSIMA
PIA · VIXIT
ANNIS · XXXV
H · S · E · · · · C

Florentiae ex Africa advecta.

ANNIDIENA D

43 D M
C · ANNIDIENI · MARCELLI
C · ANNIDIENVS · FREQVENS · EVOC
AVG·PATRI·PIISSIMO·ET·INCOMPARABILI E
ET·SIBI·SVISQ·LIB·LIBERTABVSQ·POSTERISQ·EOR
Primò Licetus ex FAB*ia* MaguriiTribu, eundem FAB*rum* primarium, uncinos aliaque inſtrumenta ferrea fabricantem ad Thynnorum capturam, opinatur. Item, marmor Aponenſe ad Thynnorum piſcationem in Gaditano Mari exercitam traducit.

LVSorum EPIDIXES, quæque alia literariæ meditationis ſpecimina, ritè literati illi majorum gentium vocant; iſte pro LVS*itanis* EPIDIXIBVS, ideſt Piſcatui ad Gades Præfectis accipit, & quidem procul ab ipſa Luſitania Provincia, cujus ad Anam Fl. à meridie termini, pluribus paraſangis à Gadibus diſtant.

Eorundem Præfectorum, quos CETAESTRITARVM inaudito nomine decorat, tres Claſſes conſtituit, eorumq́.

ſupre-

ſupremos, GREGORAM, & VETVRIAM ſancit.

Iam verò EVRAS, *donarium mortuale*, cæteraque deliramenta hominis referre, nec impugnare, quid Reineſium moverit, non capio; niſi, ut ex hoc interpretationis monſtro gloriam ſuo conatui aucuparetur.

* *pag.* 630. H. *TRIVM · LIBERORVM matri*] in Gente *Mammedia*. Titulo ſepulchri digna res viſa eſt, trium liberorum matrem Victorinam celebrare. Et quidem is honor habitus eſt qui Liviam Auguſtam deceret; cui in ſolatium amiſſi Druſi ea prærogativa data legitur in Dione lib. LV, ut *in matrum quæ ter peperiſſent numerũ relata fuerit*.

* *pag.* 632. B. *MINISIA*] Fortunas Antiates (ſic enim plurali numero vocatas videmus in Grutero pag. LXXII.3, & *Sorores* dicuntur Martiali lib. V. Ep. I. Fortunarumque ſimulachra Macrobio Satur. lib. I. cap. XXIII, quas exprimit averſa pars nummi Gentis Ruſtiæ apud Fulvium Vrſinum cum duabus figuris muliebribus & epigraphe FORTVNAE ANTIAT) ideò geminas dici, atque effingi credibile eſt, ut altera bonorum eventuum auctrix ſit, malorum altera. Et propterea noſtra hæc Antii reperta inſcriptio, Deæ tantùm beneficæ votivam gratulationem redditam oſtendit, quia FELICEM (unicè in marmoribus viſo epitheto) nuncupat.

* *pag.* 633. L. *NERVSIA*] Acroſtichorum verſuum inſtitutionem, antiquam teſtantur Plautini Comœdiarum tituli, & Græca Sybillarum carmina, vetuſta ſanè, niſi credere malumus illis coæva; Inter Inſcriptiones hanc offendi, aliamque quam dedi Cap. IV. num. 150.

* *pag.* 634. H. *NVMISIENA*] TRECENARIVS dicitur Numiſienus armatæ ſcilicet militiæ, ut cætera ejus militaria munera docent. De hoc, atque A
Ducenariorum titulo plura Reineſius ad Inſcriptionem 39. Claſſ. VIII, qui ita dictos vult, vel quod juxta Vegetium ducentos homines ducebant in acie, vel B
à ducentis ſeſtertiis in eorum ſalarium conſtitutis. Eadem in Tercenariis retentâ numeri proportione locum habere poſſe videntur, donec certiora ſuppetant. C

De iſtis Tercenariis memoriam Vrbini extare, Grutero retulit Apianus, ex quo ille Inſcriptionem 8. pag. CCCLXXXVII. edidit, hodie deperditam; ex qua D
primùm conieci Vrbinates Tribui Stellatinæ adſcriptos fuiſſe; id quod poſtea ex hiſce aliis adſtrui poſſe, mihi perſuaſi.

514 C · CLODIENO E
C · FIL · STEL · SERENO
VESNIO · DEXTERO · E
QVIT · ROMAN · PATRON
MVNICIPI · ET · PLEBIS F
OMNIBVS · HONORIB
PERFVNCT · PONTIF
PLEBS · VRBANA · ET · HO
NORE · VSI · CVIVS · DE G
DICATIONE · DECVRIO
NIBVS · SPORTVLAS · ET
MVNICIPIBVS · EPVLAS
DIVISIT · LOCVS · PLEBEI H
DATVS · DECRET · DECVR

Vrbini in Tabulario Archiepiſcopali.

515 T · FLAVIO · L · F I
STE · CIMBRO
PONT · AED · BIS
IIII · VIR · I · D · QVINQ
PRAEF · FABR K
D · D

516 Q · STATIO · L · F
STEL · VERO
AEDIL · IIII · VIR L
I · D · PLEPS · VRB
ET · HON · VSI

Ibidem ante Eccleſiam Metropolitanam utraque.

517 C · VES-

A 517 C·VESNIO·C·F·STEL·VINDICI
POPVLI·VRVINI·PATRONO·SVO
ET·MVNICIPII·AEDIL·IIII·VIR
VIAR·CVRANDARVM·TRIB·MIL
B LEG·VIII·AVG
QVO·MILITANTE·CVM·LIBERATA·ESSET
NOVIA·OBSIDIONE·LEGIO·PIA·FIDELIS
CONSTANS·COMMODA·COGNOMINATA·EST
C IPSE·VT·DEVOTISSIMVS·IMPERATORI
COMMODO·AVG·PIO·FELICI·OBIECTO·HONORE
QVAESTOR·DESIGNATVS·EST·ANNORVM·XXIIII
DIVISIT·OB·DEDICATIONEM·BIGAE·DECVRION
D SINGVL·X·V·COLLEGIS·OMNIBVS·VIII·PLEBEI
ET·HONORE·VSIS·X·III·L·D·D·D

Ex Grutero pag. CDLXXXV. 8, sed hodie non extat.

518 T·MARIO·C·F
E STEL·SICVLO
AED·IIII·VIR·I·D·PONT
TR·MIL·LEG·XII
PRAEF·DVOR·PRIN
F FRAEFECT·IN·CL·RAVE
CN·LENTVL
IN·SICILIA

Vrbini ex Gualthero, sed hodie non extat.

G 519 L·SEIVS·C·F
STE·MENSOR
PONTIFEX

Ibidem.

H * *pag.635.H. OFENTIA*] Alias XVI, omnes nempe hucusque editas Inscriptiones, quæ de hoc Taurobolii, Crioboliique sacrificio meminerunt, congesſit nuper V. Cl. Guil. Fleetvvood, à pag.
I 11. suæ Sylloges, qui etiam compendiariam explicationem addidit: absolutiorem dedit Reinesius ad Inscr. 40. Class. I.,

quam mutilam in Notis ad Gentem *Aediniam* supplevimus. Omnia igitur alienâ industriâ jam trita sunt, exceptâ voce illâ *magmenti*, quæ in hac tantùm nostra legitur & juxta Festum *majus augmentum* communi hujus Sacrificii legi additum, significare valet: Hoc verò *augmentum* quale fuerit, sequentibus tribus siglis M. V. A comprehensum puto, *Mactis* scilicet V. *Arietibus*. Detur divinationi venia.

Cur verò Silanus iste se Equitem Ro. *Severianum* inscripserit; caussa fortasse erit, quia in aliqua ex Legionibus quæ Severianæ vocatæ sunt, quales in Grutero VII. & XIV. reperimus, stipendia meruerit.

Hac occasione pauculas Inscriptiones de Taurobolio & Criobolio loquentes addimus, quæ Fleetvvoodi suprà laudati diligentiam effugerunt.

K 520 ANTONIN . . . .
V·C·PONTIF·ET·DECEMVIR·SA·F
TAVROBOLIO·CONFECTO·III·KAL·MAI
L FL·ANICIO·ET·NICRINIANO·CON·ARAM·FELICITER·CONSECRAVIT

Fasti vulgati omnes cum Nigriniano non Anicium, verùm Sergium copulant: itaut, ne erroneum hoc fragmentum putem, succurrit opinari, inter plura hujus *Amicii* nomina (juxta illorum præcisè temporum consuetudinem, per quam

unus AMMIVS MANIVS CAESONIVS NICOMACHVS ANICIVS PAVLINVS, tot ſex iſtis appellationibus apud Gruterum notatur pag. MXC. 19.) hìc *Anicium*, alibi frequentiùs *Sergium* adhibitum. A

521 . . . . B
. . . . V·C·F
SACERDVS· MAXIMA·M·D·M·I·TAVROBOLIO·CRIOBOLIOQ· REPETITO
DIIS·OMNIPOTENTIBVS·M·D·ET·ATTI·ARAM·DICAVIT·NONIS· APRIL
FL·MEROBAVDE·V·C·ITERVM·ET·FL·SATVRNINO·V·C·CONSS

522 M · D · M · I C
SVMMAE·PARENTI·HERMAE
ET·ATTIDI·MENOTYRANNO·INVICTO
CLODIVS· HERMOGENIANVS· CAESARIVS·V·C·PROCONS· AFRICAE
PRAEFEC·VRBIS·ROMAE·XV·VIR·S·F D
TAVROBOLIO·CRIOBOLIOQ·PERFECTO·XIV·KAL·AVG·DIIS·ANIMAE
SVAE·MENTISQ·CVSTODIBVS·ARAM·DICAVIT
D·N·GRATIANO·AVG·TER·ET··AEQVITIO·CONSS

523 ΜΗΤΡΙ ΘΕΩΝ E
ΕΚ ΔΕΚΑ ΠΕΝΤ' ΑΝΔΡωΝ ΦΟΙΒΟΥ CΤΕΦΑΝΕΦΟΡΟC ΙΡΕΥC
ΚΡΗCΚΗΝC ΗΓΑΘΕΟCΤΕ ΛΕΟΝΤΙΟC ΕΝCΟΦΟΙ ΑΝΔΡΕC
ΟC ΜΕΝ ΑΠ' ΑΝΤΟΛΙΗC ΟC Δ ΑΡ ΑΦ ΕCΠΕΡΙΗC·
ΟΡΓΙΑ CΥΝΡΕΞΑΝΤΕ ΘΕΑΙ ΠΑΜΜΕΤΟΡΙ ΡΕΙΗΙ F
ΚΡΙΟΒΟΛΟΥ ΤΕΛΕΤΗC ΚΑΙ ΤΑΥΡΟΒΟΛΟΙΟ ΦΕΡΙCΤΗC
ΑΙΜΑCΙ ΜΥCΤΙΠΟΛΟΙC ΒωΜΟΝ ΥΠΕΡΤΙΘΕCΑΝ

Matri Deûm G
XV·vir Phœbi coronatus Sacerdos
Creſcens divinuſque Leontius ſapientes viri
alter quidem ab Oriente alter verò ab Occidente
Orgia ſimul peragentes Deæ omniparenti Rheæ H
Criobolii victimæ & Taurobolii optimæ
ſanguinibus ſacris aram erexerunt

Ex Martinello omnes in Opuſculo de Imagine Beatæ Mariæ Virginis apud Moniales SS. Xiſti & Dominici.

524 MATRI· DEVM · · · ·
TAVROPOLIVM · · · ·
QVOD·FEC · · · · · · ·
IVL · FADIVS · · · · · ·
SACERD · · · · · · · · · ·
C·PACVVIO·NOLANO
Ex Graverolio.

525 DOMINA I
PAVLINAE·SO
IMP·CAES
TRAIANI·HADR
AVG K
FVNDA
D · D

* *pag.* 636.D. *ONERIA*] Duas Paullinas, alteram Imp. Hadriani matrem, ſororem alteram agnoſcunt Hiſtorici, & hanc ultimam, fragmentum iſtud Inſcriptionis Fundanæ apud Gruterum pag. CCLII. 4. Tertiam, Maximini uxorem invehit Triſtanus, poſtquam Occo de ejus nomine dubius extiterat, repugnante apertè Ill. Spanhemio Diſſ. VII. de Præſt. & Vſu Numiſm. Meliùs certè Triſtanus admonet, corrigendam eſſe Inſcriptionem L

Funda-

A Fundanam, & loco DOMINAE, legendum DOMITIAE, renovato materno nomine: quia, nondum eò processerat adulatio, ut feminis ex Imperatoria B domo *dominarum* appellationes adjungerentur, quæ primùm (quòd viderim) in inscriptionibus Saloninę Gallieni uxoris contigit.

C De hac juniore Paullina inscriptionem nostram loqui credo; cognomen quippe nudum appositum, & de nutritione gloriatio, feminam eam pręcipuam, D & (ut sic dicam) Cæsaream indicant.

* *pag.637.I. PAS QVIDIA*] Non hìc Bonam Deam, quæ & Fauna sive Fatua dicta fuit, & de qua latè Macrobius E lib.I.Saturn.cap.XII. nuncupatam puto; sed ipsam *Cælestem* peculiare Africæ numen, quam ipsam Iunonem esse contendit novissimè Oiselius in Thes. Select. F Numis.Tab.XLVIII.num.5., & *bonam* Deam, quasi faventem & propitiam appellatam, quod Iunoni, & huic quidem Carthagini cultæ, non temerè epitheton G tribuit Virgilius Aeneid.lib.I.vers.735.

Adsis lętitię Bacchus dator, & bona Iuno.

Inscriptionem hanc unâ integrâ lineâ mutilam affert Sponius Sect. III. post H num. XLVI, qui ultra istam, alias duas huic eidem Deæ *Cælesti* votivas Tabellas ex Africa advectas exponit: malè tamen in priori, ✕-notam denarii (quam pag.58. I lineâ 4. rectè agnoverat) pro Sestertio, cujus hæc nota HS, interpretatur.

526 CAELESTI AVG·S
K Q·MALLIVS·PRIMVS
AD AMPLIATIONEM
TEMPLI ET GRADVS
DONAVIT ✕ CXXV
L VOT·SOL·LIB·ANI

527 INVICTAE CAELESTI
AVR·ONESIMVS
D · D

* *pag.641.L. RAPILIA*] Peculiare hoc artificium reponendi oculos nobilium Scalptorum Statuis tangit ex hac nostra Inscriptione Philippus Bonarrotus, in explicatione Numismatum majoris moduli Musei Carpinei nuper typis evulgata, ubi gemmas quoque ad id adhibitas refert.

* *pag.642.I. RENODIA*] Emendat Reinesius, ut τὸ MANIS sit MANIVS prænomen: sed mihi incorrectio subolet, ut idemmet *Planta* alio Sacerdotio malè hìc expresso auctus, non alius pro eo *posuerit*; quemadmodum idem ATVSIVS *Evocatus Augusti aram Tiberino posuit, quam caligatus voverat*, ut vidimus Cap. VI.num.6; idem PACATVS *quod Cob. doctor voverat, Campidoctor* implevit, ex Grutero pag. LXXX. 2; Ijdemque qui votum conceperant illud solverunt apud eundem pag. XLVI. 10.

* *pag.642.G. RONCILIA*] Erravit profectò quisquis hanc Inscriptionem Reinesio transmisit, qui pro *Roncilio* Concilium, & pro *Pollettiano* Politianū exhibet Inscriptione 18. Classis VI. In Pollettiani cognomen facili emendatione transit ex POLITITIANO apud Gruterum pag. CCCLXXIX. 7. quem hujus nostri filium credit Reinesius. Cæterùm, ut suam gentilitatem adstruam, Roncilio, dixerim, tres illos, Victorinum, Iulianum, & Germanum, ex Gente Roncilia, non autem Cærellia, ut Reinesio placet, fuisse: Vero enim similius est, non ex ipsamet Gente Cærellia fratres, alteri pariter Cærellio dedicationem Statuæ, cujus in hac basi extant vestigia, peregisse.

Acutè autem, nescio an verè, Siccam Veneriam, *Venussiam* appellatam opinatur, ex qua Venustianis Hæreticis nomen inhæserit.

* *pag.643.G. RVFENIA*] Vetustatem hujus Laminæ indicat, non minùs

obsoleta scribendi ratio, Carmentæ sæculo conveniens, quàm cognominum in istis omnibus Quæstoribus omissio; ut ostendimus Cap. III. pag. 240. D.

* *pag.* 643. H. *SABVLEIA*] Hujus Gentis Sabulejæ memini me olim vidisse in Vaticana Bibliotheca in schedis nescio quibus inscriptionem, quæ forsan non alia ab hac nostra fuit, unà cum ichnographia illius ejusdem Sepulchri Viâ Labicanâ, quod P. Aringhus in Roma Subterr. lib. IV. cap. XIV. pag. 53. Templi Sancti Tiburtii extitisse tradit. Certè, opus illud nullo pacto Ecclesię Christianorum assimilandum venit, tùm meram gentilitatem spirent Aedicula superior pro aliquo Numine, vel genio Familiæ; & Hypogæum inferius pro cadaveribus recipiendis. Reinesio Class. XI. num. 87. non placet hoc Gentis nomen tanquam *ignorabile*, ut ait, & *Satulliam* pro Sabuleja supponit; quasi multùm literariæ reipublicæ intersit nomina nova non inducere; ut nos ingratiis suis ferè octingentiès hoc Capite fecimus.

* *pag.* 647. D. *SPELLIA*] Risum renovat memoria vinosi illius, sumptuosique simul convivii, quo Cives nostros Spellios, te, amicosque tuos excepisse significasti pro notitia quam ipsis meo nomine fecisti vetustę hujus inter Romana monumenta gentilitatis.

* *pag.* 647. G. *SQVETERNIA*] Ligorianam imposturam, quam Cap. IV. pag. 340. I. jam subolui, ipsum Gentis nomen sapere videtur. Accedit incongrua Tribus post cognomen collocatio: & quod magis urget, numeratio Cohortis VIIII. Vrbanæ, quas Cohortes à decima initium numerandi sumpsisse credidimus Cap. III. pag. 131. D. A

* *pag.* 648. B. *STIMINIA*] Sortes, B inter Divinationis genera reputatæ fuerunt. De istis extat inscriptio pag. CXXII. 6. apud Gruterum.

528 SACRO C
SVSCEPTO
SORTIBVS · SVBLATIS
C · GALLIO
ATTICVS D
MEDIOLANIENS

Et quidem *tollebantur* ab urna, sive arcula, in qua conditæ erant; unde Sacerdos iste, qui proinde *Sortilegus* dicebatur, E à pueri manu commixtas & eductas publicabat. De his, deque aliis Sortibus quæ vaticinatione fundebantur, tractat Cicero lib. II. de Divinat. paullò post F medium, qui jamdiu usu communi explosas, & tam Præneste, ubi primùm adinventæ, quàm cæteris in locis, planè refrixisse, nec nisi in vulgus obtinuisse G tradit: quamvis postea tempore Tiberii incaluisse legamus in Suetonio cap. 63. ibi, *Vicina verò Vrbi oracula etiam disjicere conatus est; sed majestate Prænestinarum Sortium territus destitit, cùm obsignatas devectasque Romam non reperisset in arcam, nisi relatâ rursus ad Templum*; itaut ejusdem Tiberii tempore (ut I videtur) Sex. Mæsius Flamen Divi Augusti in sequenti inscriptione contentus, Sortilegum Fortunæ Prænestinæ se inscripserit. K

529 SEX · MAESIO · SEX · F · ROM · CELSO · PRAEF
FAB · III · Ↄ · LEG · IIII · MACED · Q · AED · II · VIR · FLAMIN
DIVI · AVG · SORTILEGO · FORTVNAE · PRIMIGENIAE
SEX · MAESIVS · ECHIO · LIB · FECIT · SIBI · ET L
SEX·MAESIO·CELERI·FILIO·SVO·ET·MAESIAE·PINOE·CONIVGI·ET
SEX·MAESIO·POTHO·CONLIBERTO·POSTERISQVE·SVIS

Præneste apud loci Dominos.

A Formam harum Sortium ostendit hæc Lamella ærea in Museo Chisio existens.

530 C | CONRIGI · VIX · TANDEM · QVOD
CVRVOM · EST · FACTVM · REDE |

B

* *pag.* 650.A. *TARVLLA*] Vt Tarullum hunc inter Milites recenseat Reinesius Class. VIII. num. 40, notas illas
C M. C. tertii versus explicat *Miles Cohortis*; cujus nam? adhuc quæro. Rursus elidit postremam literam S in verbo PRIMIS, & τὸ E, vult esse notam *Cen-*
D *turiæ Primi*. Ego planius & apertius lego *Municipii Caralitani* (nobilissimi in Sardinia) E' *primis*, Ciceronianâ imitatione, apud quem, *Municipii Primum*,
E *Primum hominem*, *Civitatis Primum* reperire est. Mitto quòd sigla C pro Cohorte nusquam apparet, uti latinum E pro Centurione, sed græcè tantùm
F conscriptum hoc pacto ϵ, ut vitem nodosam, insigne Centurionis referat; quod non mihi enatum, sed alicubi acceptum confusè memini. In Grutero exempla
G suppetunt pag. DXX. 3. pag. DCXLIII. 6. & alibi. In nostris Cap. III. num. 100. 111. 121. 134. 135. & 137, quantum primo intuitu inter militares inscriptio-
H nes perquirere libuit; res namq; trita est.

* *pag.* 651. A. *TITIEDIA*] Mindia Pætilla Mindi Pæti filia, Helvidiam Priscillam, Helvidii Prisci filiam assimilat
I in diminutiva cognominis paterni formatione, de qua ad inscriptionẽ XXXII. Cap. III. à pag. 171. H. plura exempla attulimus. Poterat autem hæc inscriptio
K nuper reperta in exemplum adduci eorum, qui numerum æqualem annorum & dierum impleverunt, de quibus Cap. IV. pag. 326. G. supervacuâ, ut ibi dixi, operositate memini. Titulus *Pontificis Minoris* sub illa sigla non alibi mihi visus est. Modicus istæ Sarcophagus pedes tres longus, & in tres loculos primùm divisus, in unum ab antiquo coaluit: jacuitque in pavimento Sacelli ad Viam Cassiam VII. lapide, cujus curationem huic Titiedio commissa dicitur.

pag. 653. B. *VAESIA*] Definitio stipendii militaris longâ tractatione eget, eamq. accuratè occupavit Lipsius Elect. lib. I. cap. II, & de Milit. Rom. lib. V. Dial. XVI. ubi etiam de Duplicariis & Sesquiplariis. De utrisque per transennam & prætereuntes aliqua tetigimus in Notis pag. 394. B. ad Inscriptionem 70. Cap. V. Hæc nostra illud præ cæteris habet, ut stipendium quotidianum Duplarii exprimat denariorum duûm.

* *pag.* 654. F. *C · VEIVS*] Nil vetat hanc geminam inscriptionem in dialogum resolvere, ut femina laudata par pari referat viro; prout fecisse vidimus reciprocâ salutatione MAGNIAM C. CLODIO suo Cap. IV. num. 51. Ad Dialogum pariter referri posse videntur illæ, quæ in hanc clausulam finalem ET TV desinunt, quales sunt binæ istæ ex nostris.

531 L · ALFIVS · L · L · ISOCHRYSVS · MEDICVS
L · ALFIVS · ISOCRISI · FIL · EVDEMVS
SIBI · ET · PATRI · ET
L ALFIAE · L · L · ATTICAE · VXORI
SIBI · ET · SVIS
BONVS · HOMO · ET · TV

Tergeste, ex schedis Vaticanis.

532 M · FV-

CAPVT . DECIMVM

MISCELLANEARVM · INSCRIPTIONVM

SYLVA

E
POSTQVAM per Inscriptiones Capitis antecedentis, jam ab illis, quæ vel no-
F stri Musei sunt, vel ad nostrarũ explicationem conducunt, planè recessimus: liceat quoque
G expleto Operis nostri pręcipuo argumento parergon addere; & eas quæ vel superfuerunt, vel quibus uti quidẽ oportuisset, sed jam completo labore notitia, vel ad-
H quisitio earum facta est, veluti confusis in unum leguminibus, ut Plutarchus in reditu Thesei ab expeditione Minotauri factum dicit, hoc ultimum Apollini &
I Musis sacrificium instaurando congerere.
Nullo ordine, & breviori quàm fieri poterit ad unamquamque notatione, rem peragemus; ut Studiosis complacuisse,
K jisque materiem supplendi nostram jejunitatem præbuisse, satis sit.

1 LOCVS · IN · QVO
MACERIA · EST · ET
L MACERIA · PRIVATA
M · MESSALAI
CORVINI

Ex Tiburtino lapide in Hortis Mediceis ad Pincium.

2 DECVRIONIBVS
ET · FAMILIAE
PANNI · RVSSEI
C · CEIONI · MAXIMI
QVAESTORE
YPEREGO
INFR · P · XXII
INAGR · P · XX

Vinea S. Officii ad Fornaces.

3 IN HOC
POMARIO
GESTATIONIS
PER · CIRCVITVM
ITVM · ET · REDITVM
QVINQVIENS
EFFICIT · PASSVS
MILLE

Villa Nobb. de Vecchiarellis, emendato Grut. p. CCI. 9.

4 AB · ANGVLO
QVI · RIPAM
CONTINGIT
VSQVE · AT · VIAM
FLAMINIAM
CALPVRNIAE
M · F · MESSALLAE
PRIVATA

Cippus detectus ad ripam Tiberis sub Vinea Cellesia.

5 KEC-

5 ΚΕΣΤΡΟΣ
ſub imagine fluvii jacentis , dex. harundinem tenet,ſin. in Vrnam incumbit
In pariete Villulæ ſub Latina Almonem versùs .

Ceſtrus iſte, Flumen eſt Pamphyliæ, medium inter Cataracten & Eurymedontem, duplici illâ Cimonis de Barbaris victoriâ, navali ſimul, & terreſtri celebratiſſimum.

6 S · P · Q · GABIORVM A

In Oppido Zagaroli : unde opinio aliquorum invaluit ibidem loci Gabios extitiſſe, nullo vetuſtatis veſtigio adiuvante; imò contra Strabonis & Dionyſii tra- B dita,per nos obiter expenſa in Diſſert.III. de Aq. & Aquæd. num. 316. Certiùs igitur,lapis ibi aſportatus fuit è verò Gabiorum loco,ad quod Zagaroli ſatìs am- C plum territorium ſe extendit.

7 VICI · CENSORI · LVSTRATIO · ERIT · IDIBVS · SEPTEMBR
Epiſtylium effoſſum in Inſula Lycaonia .

In P. Victore reperitur VICVS hic CENSORI deſcriptus in Regione XIV, in qua pariter lapis iſte annis ſuperioribus inventus fuit : quippe ab eodem Victore Inſula cum Aedibus Iovis, Fauni, & Aeſculapii in XIV.Regione reponitur: & ſic in Baſi Capitolina apud Gruterum pag. CCLI.

8 LARIBVS · AVG
REG · I
VICO · III · ARARVM
IVSSV
PONTI · FAVSTINI
GRANIANI · PR
MAG · FECERVNT
VALERIVS · ONESIMVS
L·POMPEIVS·EVPHROSYNVS
Q·GRANIVS·AVGVSTINVS
TI·CLAVDIVS·HERMES
Ex ſchedis Chiſiis .

Conſonat hæc Inſcriptio cum Victore & Rufo in collocatione Vici III. Ararum in Regione I, & cum Baſi Capitolina, de qua ſuprà.

9 TERENTIA · SECVNDA
SIBI · ET ·
TERENTIA · CHLOE
VIXIT · ANNIS · IX
DE QVA·NIHIL·VNQVAM·DOLVI NISI
CVN · MORTVA · EST

Similes clauſulas doloris expreſſivas cumulavi ad Inſcriptionem XII.Cap.IV. D pag. 273, ubi hæc quoque collocanda erat.

10 A·RITIVS·A·L·TERTIVS·AVGVSTALIS E
TESTAMENTO·VIAM·STERNI·IVSSIT
IN·QVOD·OPVS·EROGATA·SVNT· HS· XXX
Concordiæ ex ſchedis Vaticanis .

11 . . . .
P·DAT F
ATEIS · ET
EO · MANV
· ET · QVEI
· SPVRCVM G
SENT · SINGVLEIS
·E·P·X·IN·AGRVM·P·X
·NTEM·SAPIS·ET·TITV
VPERIOREM·QVI·EST·IN H
VNDI · FANGONIANI
VS · LOCI · NEMO · HVMA
ERIT · QVI · VOLET · SIBEI
VOVS·MONVMENTVM·FA I
CIET·IN·QVIBVS·LOCEIS.HV
MATI·ERVNT· EI· D·T· QVEI
VMATVS·ERIT·POSTEREIS
E· EIVS·MONVMENTVM K
I · LICEBIT
Ad Molam Sorbani prope Saſſinam ex Antonino.

Ita Antoninus in Hiſtoria Sarſinate,Author indigena, & in quampluribus aliis L ſuæ Patriæ Inſcriptionibus expertæ fidelitatis. Poſtea, ex neſcio quo MS. huic idoneæ ſcripturæ minimè correſpondenti,

A denti, hæc alia emersit apud Reinesium Class. VII. num. 20.

BAEBIVS · GEMELLVS · SASSINAS · MVNICI
PIBVS·SINGVLEIS·INCOLEISQ·LOCA·SEPVL
TVRAE·C·S·P·DAT·EXTRA·AVCTORITATEIS·ET·QVEI D·S·P AVTORATEIS
B SIBI·LAQEO·MANVS·ATTVLISSENT·ET·QVAEI·QVAES
TVM· SPVRCVM· PROFESSI· ESSENT· SINGVLIS· IN
FRONTE· P· X· IN· AGRVM· P· X· INTER · PONTEM
SAPIS· ET· TITVLVM· SVPERIOREM · QVEI · EST
C IN · FINE · FVNDI · FANGONIANI · IN · QVEIBVS FAGONIANI
LOCEIS · NEMO · HVMATVS · ERIT · QVEI · VOLET
SIBI · VIVOVS · MONVMENTVM · FACIET VIVOS
IN · QVEIBVS · LOCEIS · HVMATI · ERVNT · EI
D D · T · QVI · HVMATVS · ERIT · POSTERISQ· *nota D. T duntaxat*
EIVS · MONVMENTVM · FIERI · LICEBIT

quæ rursus in Sponio pag. 264. differunt, tum in numero linearum, quæ illi
E XVI sunt, tum in nonnullis, quæ in margine Reinesianæ suprà notata videbis.

Ego utramque fictitiam puto, postquam ambo à veriori Antonini rece-
F dunt: & nomen Bæbii Gemelli ex alia apud Gruterum Sassinate Inscriptione pag.CCCXXII.3. in qua *T. Bæbius Gemellinus* nominatur, mutuatum credo;
G cæteris pro libito, & ad fidem mendacio conciliandam adiectis: in eoque præcipuè à Sponio dissentio, quòd, eos quos Bæbius (sic vocemus incertum hunc Epi-
H grammatarium) excludere meo judicio creditus est, eos tantùm comprehensos voluit. Si enim verba in suo sensu relinquantur, atque duæ illæ voces quæ pla-
I num intellectum habent, *extra autoratos*, sive gladiatores retineantur (ita enim dictos, pluribus exemplis probat Brissonius de Formul.lib. VIII.pag.734.) plana
K sunt omnia; eos quippe Bæbius excludet, quos vel prudens cujusque judicium, vel lex ipsa exclusos decernit. In quem etenim cadere potest, ut Lenones & Gladiatores, quos portentosæ vilitatis homines, & detestandi nominis, jura vocant, *eosque qui laqueo vitam finiissent, de quibus cautum fuerat in Pontificalibus libris ut insepulti abiicerentur*, (ita Servius lib.XII. Aeneid. vers. 603.) istos nominatim Bæbius in sepulchrum, in mortualem inquam suam Poneropolim invitaverit?

12 A · ATILIVS
CALATINVS ·
COS

è schedis Bibliothecæ Chisiæ.

Dicitur hoc nomen inscriptum in sepulchrali arca erutâ Viâ Appiâ prope Mausoleum Metellorum, vulgo *Capo di Bove*, in qua purpura reperta est, & pusillum Idolum tanquam ex corallo. Consulatus hujus A. Atili duplex Fastis Capitolinis consignatus est, prior A. Vrbis CDXCVI. cum Q. Sulpicio Paterculo, alter huic ipsius monumento inscriptus cum Cn. Cornelio Scipione Asina.

13 C · VMMIDIO · DVRMIO · QVADRATO
LEG · C · CAESARIS · GERMANICI · IMP
L PRO · PRAET
IVSIVRANDVM · ARILIENSIVM
EX· MEI· ANIMI· SENTENTIA · VT · EGO· IIS· INIMICVS
ERO · QVOS · C · CAESARI · GERMANICO · INIMICOS · ESSE

Qqqq COGNO-

COGNOVERO · ET · SI · QVIS · PERICVLVM · EI · SALVTIQ A
EIVS · INFERET · INTVLERITQVE · ARMIS · BELLO
INTERNECINO · TERRA · MARIQVE · PERSEQVI · NON
DESINAM · QVOAD · POENAS · EI · PERSOLVERIT · NEQVE
ME·LIBEROS·MEOS·EIVS·SALVTE·CARIORES·HABEBO·EOS B
QVE·QVI·IN·EVM·HOSTILI·ANIMO·FVERINT·MIHI·HOSTES
ESSE· DVCAM· SI· SCIENS· FALLO· FEFELLEROVE· TVM·ME
LIBEROSQVE · MEOS · IVPITER · OPTIMVS · MAXIMVS · AC
DIVVS·AVGVSTVS·CAETERIQVE·OMNES·DI·IMMORTALES C
· · · · EM· PATRIA· INCOLVMITATE· FORTVNISQVE· OM
NIBVS · FAXINT · · · DIE · V · IDVS · MAI · IN · ARILIENSE
OPPIDO · VITIRI
CN·ACERRONIO·PROCVLO· C·PETRONIO· PONTIO·NIGRI D
NO · COS
VEGETO · TALLICI MAG IBIONARIONI · · ·

Explicavit erudito labore hanc Inscriptionem in Lusitania repertam, & æneę laminæ incisam Vir Cl. D. Didacus Vincentius à Vidania Regii Sacelli Neapolitani Præfectus, quem nulla politior disciplina latet; unde ne actum agam, leviter eandem attigisse satisduco. Et postquam coniecturis agere licet, emendarem quartá lineam in ARITIENSIVM, cùm Aritium ita in Ptolemæo statuatur lib. II. cap. V.

Aritium 5 40: 41. 30

quod juxta II. ipsius Europæ Tabulam, inter Vacuam & Duriũ fluvios, non longè ab Oceani Occidentalis ora situm fuit.

Item, lacunam à qua versus XVI. incipit, idem Vir Magnus voce EXVLEM implet: at nos, bonâ ipsius veniâ, EXPERTEM supplendam credimus; cùm *exulem* quidem *patriâ* fortè dici possit, quamvis meliùs ex Plauto & Horatio *à patria exul*, vel *patriæ exul* dictum foret; at *exulem incolumitate fortunisque*, vix latinam locutionem sapiat: *expertem* autem *patriâ famâ & fortunis* Sallustius in Catil. velut nostræ huic formulæ præeundo, dixerit.

Inter varias juramentorum præscriptiones, quas abundanti doctrina Explanator congessit, ea maximè arridet, quam *majorum diligentiâ comprobatam* observat Cicero in Lucullo, sub ipso fine illius Dialogismi, duo illa sollemnia comprehendens, *Ex sui animi sententia*, atque, *Si sciens falleret*. Propiùs autem ea accedit, utpote cum hac nostra Aritiensibus proposita germanitatem (ut sic dicam) habens, juxta quam P. Cornelius Scipio minor, post Cannensem pugnam, juvenes qui jam de Rep. desperare cœperant, ad juramentum hisce conceptis verbis adegit, *Ex mei animi sententia, ut Ego rem publicam Populi Romani non deseram, neque alium Civem Romanum deserere patiar. Si sciens fallo TVM me Iupiter Opt. Max. domum, familiam, remque meam pessimo leto afficias*: in quo, obiter, Gronovii minoris rabidam ea quæ bene se habent emendandi orexim adnotare occurrit; dum, illud Livii TVM ME IVPITER, quòd in nostra Inscriptione imitatum, & expressum vides, ipse TV ME IVPITER, Livium dedisse opinatur.

E F G H I K L

14 LAPIDES · PROFANEI · INTVS · SACRVM

In Valle Gaudenti prope Tibur ex schedis Holstenii.

15 PHI-

A 15 PHILVMENVS·SACERD·LAVR·LAVIN·SIGILLVM·CVM·ARA
HVIC·AREAE·SVPERPOSVIT· ET·SCRIPTVR·EIVS·VETVSTA
TE·CORRVP·RENOVAVIT·VOTO·SVSCEPTO

Ex iisdem schedis.

B 16 IOVI · STATORI · ET · CONSERVA
ET · VICENNALIVM · SVSCEPTIS · ET · OB · VICTORIAM
MARCI·AVRELII·ANTONINI·AVGVSTI·PARTHICI·MAX

In Vinea Marcelli de Boviis ad Salariam veterem.

C 17 HIC · LOCVS · ITA · VTI · MACERIA
CLVSVS · EST · AD · RELIGIONEM
SEPVLTVRAE · LOLLIARVM
ATTICILLAE · F · ET · STACTES
D VXORIS · ET · M · LOLLI · AMARANTH

Tiburi in pavimento Ecclesiæ Franciscanorum.

18 D · NONIVS · ASPRENAS
E L · AXSIVS · NASO · TR · PL
· · CAECILIVS · CORNVTVS
Q · LVTATIVS · CATVLVS
· · VOCONIVS · STOLO
F CVRATORES · LOCORVM · PVBLICORVM
DEDICANDORVM · EX · S · C · EX · PRIVATO
IN · PVBLICVM · RESTITVERVNT

Ex schedis Vaticanis.

G 19 ωPIωNOC

Ex iisdem.

In trabe triangula latitudinis ferè pedis unius, longitudinis cubitorum IV. ex ære
H duabus clavis in extremitate suffixâ, in Danubio prope Budam repertâ.

20 DORVS · LARO
HVIVS · FLVMINIS
I CVSTOS

In Cippo reperto prope prædium *la Cafaccia*, adiacens Fluvio exeunti à Lacu Sabate, indè fortasse *Larone* nuncupato.

21 P·MARCIVS·T·F·HISTER·C·MA
ENIVS·C·F·RVFVS·IIII·VIR·I
D·S·C·FAC·CVR·PROBAVE
RVNTQ

Spoleti nuper reperta.

Vide aliam apud Grut. p. CLXVII. 12

22 CAECILIAE · IVSTINAE · Q · V · ANN · XVIII
MENSIBVS · VII · DIEB · VII · ET · AVRELIO
VALENTINO · QVI · VIXIT · MENSIB · VII · D · VI
K AVR·VALENS·MIL·STRATOR·PRAET·CONIVGI·ET·FILIO
BENEMERENTIBVS · FECIT

Ex schedis Barberinis.

23 ΧΑΙΡΕ ΔΙΣ ΗΒΗΣΑΣ ΚΑΙ ΔΙΣ ΤΑΦΟΝ ΑΝΤΙΒΟΛΗΣΑΣ
L ΗΣΙΟΔ' ΑΝΘΡΩΠΟΙΣ ΜΕΤΡΟΝ ΕΧΩΝ ΣΟΦΙΗΣ

Ex Bibliotheca Vaticana in Proverb. Cent. IV. num. 3.

Salve pubescens iterum ac bis condite salve
Hesiode humanæ qui modus es Sophiæ

alludit nempe hoc ad novum apud Orchomenios Hesiodi sepulchrum, ad quod è Naupactio agro ossa ejus deportata sunt; ut rem narrat, fabulamque de Cornice miscet Pausanias in Bœotic. lib. IX. sub finem. A

24 ΠΕΝΤ' ΕΠΙ ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ ΠΟΔΑΣ ΠΗΔΗΣΕ ΦΑΥΛΛΟΣ
ΔΙΣΚΕΥΣΕΝ Δ ΕΚΑΤΟΝ ΠΕΝΤ ΑΠΟΛΕΙΠΟΜΕΝΩΝ B

Ibidem Cent. XIV. num. 13. cum versione ad utranque.

Quinquaginta pedes saliit cum quinque Phayllus
Ad centum Discum sed deme quinque jacit. C

Rapidi hujus & vix credibilis saltus authorem, Phayllum Crotoniaten fuisse coniicio; eum scilicet, quem Pausanias in Phocic. lib. X. *nullâ Olympiâ palmâ insignem, Pythicis Ludis duas, de Stadio* (nec enim mirum in tanta agilitate) *tertiam tulisse*, tradit.

25 ΛΕΓΟΥCIN
ΑΘΕΛΟΥCIN
ΛΕΓΕΓωCI
ΟΥΜΕΛΙΜΕ
CΥΦΙΛΙΜΕ
CΥΝΦΕΡΙCΟΙ

In Acathepenis V. Cl. Michaëlem Capellarium.

dicunt
quæ volunt
dicant
nîl mihi curæ est
tu ama me
utile tibi erit

26 NONI ATTICI
VC ET INLVS
TRIS

In Lucerna ærea apud Bellorium.

27 I · O · M · CONSER
VATORI · TERTI
NIVS · VITALIS
MIL · LEG · XXX · V · V · SA
LIB · PRAEF · PRO · SE
ET · SVIS · V · S · L · M
VI · KAL · MAIAS
LVPO · ET · MAXIMO · COS

Ill. Cuperus in Monum. Antiq. pag. 230.

De hac Inscriptione consultus, SALIBVS PRAEF. explicavi; quam sententiam V. Cl. mei honorificè memor, amplecti dignatus est.

28 N · TETTIO · N · F
GAL · RVFO D
II · VIR · Q · ALIMENT
CVR · PEC · PVBLICAE
CVRATORI · FRVMENT
CVLTORES · IOVIS E
OB · MERITA · EIVS
L · D · D · D

à schedis Vaticanis.

29 PONTIVS · DA F
DVCVS · SPI
RARCHES · LI
BERI · PATRIS
STIBADIVM ·· G
TVIT · LOCO ····

30 ACHILLEVS
SPIRARCH ····
BERI · PAT ··· H
STIBADIVM ···
TITVIT · LOCO ··

Ad S. Crucis in Hierusalem à sch. Barb. utraque.

Nova hîc nomina & officia referuntur, DADVCVS & SPIRARCHES. I

Primum, in Glossis Græcis vertitur *Facularius*, facem præferens, ut in pluribus Ethnicorum sacris mos erat. K

Spirarches, is fortè fuit, qui pompis (hodie Processiones vocamus) ducendis præerat: *Spira* etenim, *multitudo, cohors, ordines*, apud Festum valet. L

Stibadii restitutio, lectuli tricliniaris reparatio dicta videtur, ad Lectisternia decorè celebranda.

A 31 ARCVS PILAS ET PLVTEVM EX VTRAQ · PARTE
OVATA .·. LABORE EXPENSOA · VV CC · ET
SPECTABILIBVS TARPEIO · ANNEIO FAVSTO
VC COMITE ORDINIS · PRIMI ET FORMARVM
B ET IVLIO FELICE CAMPANIANO VC · EX COMITE
ORDINIS PRIMI ET FORMARVM INSTAVRATVM

Effossa ad Aggerem Servii.

Iulius Felix Campanianus V. C. memoratur in hac Infcr. Gruteri pag. CLXXVII. 6.

C 32 IVLIVS FELIX CAMPANIA
NVS V C PRAEFECTVS VRBI
AD AVGENDAM THERMA
D RVM TRAIANARVM GRATIAM
CONLOCAVIT

E Sed tamen non puto eundem effe cum hoc noftro, quia ille fub Imperatore, incerto quidem, fed ex Antoninis, floruit; nofter autem non nifi poft Theodofium
F juniorem ad Comitivam Formarum evectus effe potuit, cujus dignitatis nulla ante Caffiodorum mentio reperitur, nec Theodofius inter tot Comitivas,
G hujus FORMARVM ufquam meminiffe legitur.

Ordinis primi, fecundi, & tertii exactam difquifitionem invenies apud Gothofredum ad l. unic. de Comit. & Trib.
H Schol. ejufdem Codicis.

33 L · FVLVIO · C · F · POPIN
ABVRNIO · VALENTI
I PONTIFICI · PRAEFECT
VRBI · FERIARVM · LATINAR
FACTO · AB
IMP · HADRIANO · AVG · II · COS
K III VIRO · A · RA · F · F · QVAEST · AVG
TRIBVNO · PLEBIS · DESIGNATO
CANDIDATO · AVG
EQ · PVBL
L D C · I D

è fchedis Barberinis.

Notas feptimæ lineæ F · F · explicavimus Cap. I. num. 183. *Fifci Frumentarii.*

ANTΩNEINΩ CEB TO B
KAICAPI ΥΠ
ΠPO · I · KAΛ · AΠPEIΛ
KOΥPATOPEΥONTOC
AΥP · ΠPOTEEΩC
KAI EΠIMEΛOΥMENOΥ
AΥP · TOPKOΥATOΥ

34 T · COCCEIVS
VICTVMARIVS
VIXIT · AN · XIX · M · III
ET · D · III

Vinea PP. Prædicatorum Via Salaria.

35 CN · PISENTIVS
CN · F · CLV · CAPITO
VICTVMARIVS

Eugubii.

36 C · NORBANVS
FLACCI · L
QVIETVS
PVLLARIVS

è fchedis Barberinis.

37 L · VETVRIVS
RVFIO
· · · SPEX · EXTISPICVS
· · · ERDOX · PVBLICVS *fic*
· · PRIVATVS

Eugubii apud Nobb. de Abbatibus.

38 DIANAE · INVICT
AE · SACRVM · M · VL
PIVS · MARTIALIS
MIL · LEG · XXX · VLPIAE
ET · VLPIA · PAMPHI
LA · VOTO · SVSCE
PTO r L r M r

è fchedis Barberinis.

39 DIS · MANIBVS
L·HOSTORIO·AMANDO·PR·FAB
VIXIT · ANN · LXVIII · M · VI
HOSTORIVS·CALATINVS·APER
FECIT · SIBI · ET · SVIS · LIBERIS
INFR · P · VIIIIS · INAGR · P · XV

40 DIS · MANIBVS
SACR
CLAVDIAE · SPICARIO
D·CLAVDIVS·D·LIBER
PATROCLVS · AENI
DISPENSATOR · FECIT
ET · SIBI

41 IVNIAE · TIT · LIB
VIX · ANN
XXVIIII
L · IVNIVS · DO
MITIANI · AVG
AENI · DISPENS
à schedis Ba.berinis omnes.

42 XANTHVS · AENI
DISPENS
à schedis Vaticanis.

Dubitavi (fateor) & adhuc dubito, quid sibi velit hoc Officium DISPENSATORIS AENI: Lumen aliquod, tenue quamvis, præferre videtur lex unica de Frum. Carthag. in Codice Theodosiano, ubi quater de *æneo frumento* fit mentio; quasi *ænum* hoc nostrarum inscriptionum, per apocopen explicet æneum illud Carthaginense Frumentum, de quo lex loquitur. Vide ad eam acutissimum interpretem Gothofredum, qui (ut verum dicam) turbat aliquantum, dum putat, frumentum istud ad Vrbem Carthaginiensem spectasse; nos verò ex Romanis inscriptionibus, hìc asservatum, distributumque coniicimus.

A

B

C

43 ... CAES · T · AEL D
HADRIANVS · ANTONINVS
AVG·PIVS·P·M·TR·P·VI·COS·III
IMP·II·P P·VIAM·AEMILIAM
VETVSTATE·DILAPSAM·OPERIB E
AMPLIATIS · RESTITVENDAM · CVR
A ROMA · M · P · CLXXXVIII
In Agro Pisano Romam versùs.

44 S · I · M F
PRO · SALVTE
IMPERATORIS · CAESARIS
M · AVRELI · COMMODI
ANTONINI · AVG G
FELICIS
Q · IVLIVS · SEVERVS · F · P
Lanuvii ex schedis Barberinis.

45 DD · NN · ARCADIVS · ET · HONORIVS H
PERPETVI · AVGG · THEATRVM POMPEI EXTERIORE
AMBITV MAGNA ETIAM INTERIORI VIRTVTE CON EX PARTE (*lego*)
VVLSVM SVBDVCTIS ET EXCITATIS INVICE .....
Ex MS. Einsidlensi, apud P. Mabillonium. I

46 IMP · CAESAR · DIVI · TRAIANI · PAR
THICI · FILIVS · DIVI · NERVAE · NEPOS
TRAIANVS · HADRIANVS · AVGVSTVS
PONTIF · MAXIM · TRIBVNICIAE K
POTEST · XVIIII · COS · III · P · P · FECIT
Ex eodem MS. ad Pontem Ælium, hoc anno, ut videtur, erectum.

47 IMP · CAESAR · DIVI · NERVAE · F
NERVA · TRAIANVS · OPTIMVS · AVG L
GERMANICVS · DACICVS · PONTIF · MAX
TRIBVNIC · POTEST · XVIII · IMP · VII · COS · VI · P · P
SACRARIA · NVMINVM · VETVSTATE · DILAPSA · A SOLO · RESTITVIT
Villa Cæsarina olim Bosii.

48 APXIE-

A 48 ΑΡΧΙΕΡΕΙ·ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ	*Summo Pontifici Alexandriæ*
ΚΑΙ·ΑΙΓΥΠΤΟΥ·ΠΑΣΗΣ	*et totius Aegypti*
ΛΕΥΚΙΩΙ·ΙΟΥΛΙΩΙ·ΟΥΗΣΤΙΝΙΩΙ	*L. Julio Vestinio*
ΚΑΙ·ΕΠΙΣΤΑΤΗΙ·ΤΟΥ·ΜΟΥΣΕΙΟΥ	*Curatori Musei*
B ΚΑΙ·ΕΠΙ·ΤΩΝ	*et*
ΕΝ·ΡΩΜΗΙ·ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΩΝ	*Bibliothecarum in Vrbe*
ΡΩΜΑΙΚΩΝ	*Latinarum*
ΤΕ·ΚΑΙ·ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ·ΚΑΙ	*et Græcarum et*
C ΕΠΙ·ΤΗΣ·ΠΑΙΔΕΙΑΣ	*Præceptori*
ΑΔΡΙΑΝΟΥ·ΕΠΙΣΤΟΛΕΙ·ΤΟΥ	*Hadriani ab epistolis*
ΑΥΤΟΥ·ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ	*ejusdem Imperatoris*

Ex Analectis P. Mabillonii.

D 49 IMP·CAES·L·SEPT·SEVER·PII·PERT·AVG·ET·IMP·CAES
M·AVREL·ANT·PII·FELIC·AVG·PARTH·MAX·BRITANN
MAX·P·P·ET·IVLIAE·AVG·MATR·AVG·N·ET·SENAT·ET·PA
TRIAE·ET·CASTR·MINERV·AVG·SACR·DASIMIVS
E FIRMIN·CORN·LEG·ET·AVR·VICTORIN·ACTAR
CVM·IMM·LIBR·ET·EXACTIS·VOT·M·F

Albani apud Paulum Panizzam, ex schedis Barberinis.

50 IVLIAE·DOMNAE·AVG
MATRI·CASTRORVM
F MATRI·AVGVST·····
IMP·CAES·L·SEPTIMI·SEVERI·PII
PERTINACIS·AVG·CONIVGI
Q·SILICIVS·VICTOR·ET·C·TADIVS·FOR
G TVNATVS·OB·HONOREM·FLAM
SVI·PERPETVI·STATVAM·CVM
BASE·EX·HS·BINIS·MILIBVS·N·LEGI
TIMIS·ADIECTIS·TERTIS·EX·DE
H CRETO·PAGANORVM·PAGI·MERCVRIALIS
VETERANORVM·MEDILITANORVM
S·P·F·IDEMQVE·DEDICAVERVNT

Florentiæ ex Africa advecta.

I 51 VALVAS·SIGNA·DEORVM·AVGV(
Q·BADVSIVS·Q·L·DELPHICVS)
VI VIRI·ET·VI VIRI·AVGVSTALES)
DEDICATIONE EPVLV)

K IVLIAE·AVG·MATRI·CASTROR
ET·AVG ∴ D·D·PVBL

Pisauri in fragmento Epistylii.

52 IVLIAE·DOMNAE
L AVG
MATRI·AVG ∴ N
ET·CASTRORVM

Hortis Vrsinis ad Arcus Neronianos &

53 IVLIAE·AVG
IMP·CAES
L·SEPTIMI·SE
VERI·PERTINACIS
AVG·ET·M·AVRE
LI·ANTONINI·CAE
SARIS·IMP·DESTI
NATI·PARENTI
MATRI·CASTRO
RVM·TREBVLA
NI·MVTVESCANI

Trebulæ in Campanario, mutila in Grutero.

Iustam

Iuſtam, naturalemque matrem Caracallæ, fuiſſe hanc Iuliam Domnam, non autem (ut nonnulli volunt) Novercam, ſupradictæ Inſcriptiones probant, aliæque apud Gruterum pag. VI. 6, XII. 1, XXXII. 10, CIX. 8, CXXII. 4, CCLXIV. 5, CCLXV. 2, CCLXVI. 7, & CCLXVII. 1: præſertim ſi Oppiani dicto, ut par eſt, acquieſcamus, qui in ipſo initio ſuorum Cynegeticorum quæ Caracallæ nuncupavit; apertè eum Domnæ & Severi prolem agnoſcit,

Τὸν μεγάλη μεγάλῳ φυτίζατο Δόμνα Σεβήρῳ

Quem Magna Magno peperit Domna Severo

vel ſi Dionis, contemporanei pariter Scriptoris traditioni junguntur; quòd nempe dum inter Caracallam & Getam imperium dividendum proponebatur, interceſſit ipſa, dicens, maria & terras bene dividi poſſe; ſed ipſam non niſi poſt funus dividuam eſſe, ut unuſquiſque ex filiis dimidiæ ſui parti ſepulchrum tribuat, juſtaque perſolvat.

Alia non minor Virorum Doctorum controverſia orta fuit, An Caracalla Iulium uxoris loco habuerit. Scio equidem, opinionem Spartiani, qui primus id aſſeruit, crebriori calculo receptam: Sed mihi, ut tantum dedecus, nullis inſcriptionibus ſuffragantibus, ab Orbe Romano amoveam, placet Triſtani ſententia in Comment. Hiſtor. To. II. pag. 115, per quam origo erroneæ & fabuloſæ hujus apud Spartianum hiſtoriæ, ita detegitur. Scripſerat Herodianus (ipſe quoque Caracallæ coævus) Alexandrinam plebem, Iuliam per luſū Iocaſtam vocaviſſe; quod dicterium à Spartiano, re parùm ſibi compertâ, tanquam ei, qui LXXX. circiter poſt annos ab obitu Caracallæ Hiſtoriam ſuam concinnavit, ita interpretatum fuit, tanquam ſi inceſtas cum filio
nuptias obiectaverint, de quibus tum A
Herodianus, tum Dio ſilent. Sed Triſtanus æquiparationem Iuliæ cum Iocaſta, non ad inceſtum, ſed ad mutuum
inter utriuſque filios odium, parricidium B
ferro, venenoque intentatum, fratricidium exeqvutum, aliaque Auguſtæ domus mala, ingenioſè trahit.

54 IOVI·OPTIMO·MAX·ET C
IVNONI·REGINAE
SACRVM
M·CORNELIVS·M·F·M·N
LENTVLVS·PRAEFECT D
VS·FABR·OSTIEN
IIII·VIR·QVINQ
SVA·PECVN
V·S E

55 NEPTVNO·CONSER
EQVEST·ORDIN
L·COILIVS·L·F·PAL·PRI
SCVS·II·VIR·CAPITAL F
OSTIENS
NAV · · · · · · · · · · ·
CAVSS · · · · · · · · · ·
· · · · · · · · · CVRAVIT G

è ſchedis Barberinis utraque.

56 SIGNVM
ET AEDEM
PRO BENE H
ADORATO
NVMINE
M·VETTIENVS
MARCELLVS I
VOTVM·SOLVIT
L·M

Bergomi apud Mazzolenos.

57 DIIS K
DEABVS
QVE
CASIAE
PHILOCAPTAE L
ET·MARITO
OPTIMO

In Agro Regino ex ſchedis Vaticanis.

58 LIVIA

A 58 LIVIA · CLITE
LIVIAE · AMMIAE
SACERD·M·D·M·I·FIL
Ex schedis Pevia.

B 59 NYMPHIS
SACR
Q · VOLOCIVS
Q · F · STEL
C ANCHARIVS
SCRIB · LIBEL
DOMITIAN
CAES
D *Teano, è schedis Barberinis.*

60 SALVIS
DOMINIS
N · N · ANTO
NINO · AVG · ET · IVLIA
PIA·FELIX·RVFINVS·ET·LVPERCILLA
Ex eisdem.

61 IVLIAE
DOM
NAE · AV
GVSTAE
MATRI · CAS
TRORVM
D · D
Arbi in Dalmatia, ex Lucio.

62 S · P · Q · R
IMP · CAESARI · T · AELIO · HADRIANO
ANTONINO · AVG · PIO · P · P
E PONTIF · MAX · TRIB · POT · VI · COS · III · OPTIMO
MAXIMOQ · PRINCIPI · ET · CVM · SVMMA
BENIGNITATE · IVSTISSIMO · OB · INSIGNEM · ERGA
CAERIMONIAS · PVBLICAS · CVRAM · AC · RELIGIONEM
F *Hortis Iustinianeis.*

63 IMP · CAESARI · M
ANTONINO · GOR
DIANO · PIO · FEL
G INVICTO · AVG
PONTIFICI · MAX
TRIB · POTEST · III
COS · PROCOS · P · P
H LE · II · ADI · P · F
GORDIANA
NVMINI
MAIESTATIQVE
I EIVS
In Suburbio Budæ ex schedis Vaticanis.

In hac inscriptione Gordianus III. *Antoninus* vocatur; frequentiùs verò *Antonius*:
K rationem hujus duplicis nominis explicat Tristanus To.II.pag.473.& 503.

64 D · N · M · ANTONII
GORDI · PII · F · AVG
L FORONOVARII · DEVOTI
NVMINI · MAIESTATIQ
EORVM
In veteri Episcopio Sabinorum ad Fl. Himellæ.

Antonii, an *Antonini* nomen fuerit huic Gordiano III. dubium remanere videbatur. Pro *Antonino* scilicet stant Inscriptiones Gruterianæ 14. pag. XXIX, & 5. pag. LVII, tresque apud Reinesium Class. III. à num. 37. *Antonium* cum hac nostra vocant sex ordine Inscriptiones ejusdem Gruteri pag. CCLXXII, pag. MVI.8, atque pag.MLXXV. 10. & 11; facitque nummus ex Indice Cavotorta, quem refert Ill. Mediobarbus pag. 336. Nodulum nexui, idemque ex hac à me pluriès visa & contrectata Epigraphe Musei Sabbatini, expedire me posse credo, postquam nostræ huic sententiæ Lampridium, eorundem propè temporum non ignobilem Historicum accessisse video, cujus hæc verba sunt in Vita Heliogabali, *Hic ultimus Antoninorum fuit, quamvis cognomine postea Gordianos multi Antoninos putent*, QVI ANTONII DICTI SVNT NON ANTONINI.

65 PRO S·IMP·CAES·M·ANTONI·GORDIANI·PII·FELICIS·AVG·ET A
TRANQVILLINAE · SABINAE · AVG · VENATORES · IMMVN
CVM CVSTODE· VIVARI·PONT· VERVS· MIL· COH VI·PR·CAM
PANIVS · VERAX MIL · COH VI PR FVSCIVS CRESCENTIO·
ORD·CVSTOS·VIVARI·COHH PRAETT ET VRBB DIANA AVG D S EX·V·P B
DEDICATA XII KAL NOV ·········· IMP D N GORDIANO AVG ET POMPEIANO COS

66 IMP · CAE
NERVAE · F
VAE · TRAI
AVG·GERM
PONTIF · M
TRIBVN·PO
IMP· III·COS
LAVRENTES·LA
D E C D
P V B L I

Inter ruinas Lavinii.

67 DIVO · ANTONINO · AVG
SENATVS· POPVLVSQVE· LAVRENS
QVOD· PRIVILEGIA · EORVM · NON
MODO·CVSTODIVERIT·SED·ETIAM
AMPLIAVERIT · C V R A T O R E
M·ANNIO· SABINO·LIBONE· C·V
CVRANTIBVS · TI · IVLIO · NEPOTIANO
ET·P·AEMILIO·DONATIANO·PRAET
II · QQ · L A V R E N T I V M

Cætera humi defossa, ibidem.

70 IMP · CAES · M · AVRELIO · AN
TONINO · PIO · FELICI · AVG
PRINCIPI IVVENTVTIS · NV
MINI PRAESENTI RESTITV
TORI ET CONSERVATORI
SEMPER VITAE ADQVE
DIGNITATIS SVAE DE
VOTISSIMVS · NVMI
NI · EIVS
M·AVRELIVS·MACER·FAVSTINIA
V · C

Excepi ex ipsa Basi in Oppido *Pratica*, ex qua Gruterum corrigo pag.CCLVI.7.

68 D · N · GALERIO · VAL · C
M A X I M I A N O ·
FORTISSIMO · AC ·
BEATISSIMO · C A E S ·
PRINCIPI·IVVENTVTIS· D
IVN·PRISCILIANVS· MAXIMVS
V · C · CVR · LAVR · LAV
DIC · N · M · Q · EIVS

69 PRINCIPI · IVVENT E
IVN · PRISCILIANVS
M A X I M V S · V · C
CVR · LAVR · LAV F
DIC · N · M Q · EIVS

latere sin. literis hoc pacto inversis.

MAXIMO·ET·AQVILINO·COS
DED·KAL·FEBR G

Ibidem utraque.

latere sinistro H
DEDIC · XVIII · KAL
SEPTEM · A
C·ATIO·SABINO·ET·CORNE
LIO · ANVLINO · COS I

K

Villa Burghesia sub Tusculo in Basi.

Ex hac inscriptione, levique immutatione similis dedicationis apud Gruterum pag. CCLX. 1.

DEDICAT · · · · · VII · KAL · OCT · CATTO L
SABINO · II · ET · CO · ANVLLINO · COS

ita ut τὸ CATTO legatur C.ATIO, ut in nostra. Laterculum horum Coss. in Panvinio & Pagio depravatum, emendavit Eminentiss. Norisius in sua Ep.Consf. pag. 128.

A 71 GENIO · HERCVLEI · AVG
HERCVLEA · PORTICV · EIVS
A FVNDAMENTIS·ABSOLVTA
· EXCVLTAQVE
B AELIVS·DIONYSIVS V·C·OPERI·FACIVNDO

In Aedibus Nobb. de Cavaleriis nuper effossa, rectà respiciens Vicum Ferrariũm, ubi alia Porticus istius extremitas apud
C Gruterum pag.CXL 6. *Ioviæ* ibi nuncupatæ, ex Iovio Diocletiani nomine, ut ex hac parte *Herculea*, ex Maximiano Herculeo.

D
72 PLEPS·VRBANA·QVINQVE·ET
TRIGINTA · TRIBVVM
DRVSO·CAESARI·TI·AVG·F
E DIVI · AVGVSTI · N
DIVI · IVLII · PRONEPOTI
PONTIFICI · AVGVRI· SODAL· AVGVSTAL
COS· ITER· TRIBVNIC·POTEST·ITER
· AERE · CONLATO
F *In Ædibus Eminentiss. Nerlii ad 4. Fontes.*

73 PLEPS·VRBANA·QVINQVE·ET
TRIGINTA · TRIBVVM
GERMANICO · CAESARI
G TI · AVGVSTI · F
DIVI · AVGVSTI · N
AVGVRI · FLAMINI· AVGVSTALI
COS· ITERVM· IMP· ITERVM
H AERE · CONLATO
Ibidem.

74 IMPER · CAESARI
L · SEPTIMIO · SE
I VERO · PIO · PERTI
NACI · AVG : ARAB
ADIABE · PAGVS
LAPILLANVS
K *Cassini ex schedis Vaticanis.*

75 D·N· FL·IVL· CONSTANTI
NOBILISSIMO · AC
FORTISSIMO·CAES
L RVPILIVS· PISONIANVS· V·C
PRAEFECTVS · VIGILVM
D · N · M · Q · EIVS
Ex schedis Barberinis.

76 Q·HERENNIO·ETRVSCO·
MESSIO · DECIO · NOBILIS
SIMO · CAES · PRINCIPI
IVVENTVTIS · COS · FILIO
IMP·CAES·C·MESSI·QVINTI
TRAIANI· DECI·PII·FELICIS
INVICTI · AVG·
ARGENTARII·ET·EXCEPTORES·
ITEMQ· NEGOTIANTES· VINI·
SVPERNAT · ET · ARIMIN · DEVOTI·
NVMINI · MAIESTATIQVE · EIVS
In Archivo Basilicæ Vaticanæ.

A mala manu Exscriptoris EXCEPTORES dici eos, qui necessariò EXCOCTORES nominari debebant, adnotat ad hanc inscriptionem Reinesius, sibi num. 88. Classis III: Sed nos ex quotidiana ferè marmoris inspectione edocti, scripturam retinendam indicimus; aliamque interpretationem verborum illorum ARGENTARII· ET· EXCEPTORES amplectimur, per quam, non *homines prorsus diversæ conditionis* (ut Reinesio excidit) sed propemodum sociæ, fuisse videntur: Si enim consuetudinem verborum tenuisset, facile erat homini græcè latineque doctissimo, *Argentarium* non nisi Trapezitam, & Mensarium intelligi debere; *Exceptorem* verò, ab eruditissimo Cangio *publicorum vectigalium conductorem* explicari, qui idem græcè Ε'κλή-πτωρ vertitur in Glos Veter. & apud eundem Cangiũ in Glossario med. & infim. græcit. hoc verbum ita interpretatur, Ε'ΚΛΗΠΤΩΡ, *Susceptor*, *Conductor publicorum tributorum*, *Exceptor*.

Adnotare autem operę pretium duco, Equitem Ioannem Franciscum Gualdũ Ariminensem, ne hanc patriæ suæ mentionem in abscondito latère pateretur, in fronte suarum Aedium è regione Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Campo Carleo nostrum hunc lapidem ita tectorio inducto imitatum fuisse, ut pluribus etiam nunc

imponat, & authographum se habuisse persuadeat.

77 ID·QVOD·INTRA
CIPPOS·AD·CAMP·VERSVS
SOLI·EST·CAESAR·AVGVST
REDEMPTVM·A PRIVATO
PVBLICAVIT

Apud Nobb. de Serlupiis in Tiburtino lapide.

78 LIX
IIII

IMP·CAESAR·DOMITIAN
AVGVSTI·GERMANICI
N̄·III

In scapo Columnæ ex lap. Pietra santa prope Collegium Clementinum effossæ an. 1691. diametros ped. V.

79 RATORVM·CAESARVM
NI ET VERI·AVGVSTOR D
NI X̄X̄ OF AVR
ONINO III ET VERO II COS
P C
B T

In scapo Columnæ ex lap. lutei coloris in Monasterio Campi Martii, diametr. ped. III. unc. III.

80 IN·HONOREM
··CLAVDI
CAESARIS·AVGVSTI
GERMANICI
SEX·PAETICIVS·Q·F
TERTIVS·ET
C·PETICIVS·SEX·F
FIRMVS
HORILOGIVM·CVM·SEDIBVS *sic*
PAGANIS·LAEBACTIBVS
DEDERVNT

Ex Valerii Antiq. Bellunen.

81 ·······RVA
········MAX
TR·P· COS·III
VIAM·VALERIAM
FACIENDAM·CVRAVIT
XXXXI

Milliaria prope Oppidum le Celle di Carsoli.

82 M·AVRELIO·CAESARI A
IMP·CAESARIS·TITI·AELI
HADRIANI·ANTONINI·AVG
PII·PONT·MAXIMI·TR·POTESTATE
XVIII·COS·IIII·P·P·FIL·DIVI B
HADRIANI·NEPOTI·DIVI·TRAIANI
PARTHICI·PRONEPOTI·DIVI
NERVAE·ABNEPOTI·TRIBVNIC
POTESTATE·IIII·COS·II C
SECVNDANI
ARAVSIENSES

Ex schedis Lucæ Holstenii.

83 HAEC·AREA·INTRA·HANCCE D
DEFINITIONEM·CIPPORVM
CLAVSA·VERIBVS·ET·ARA·QVAE
EST·INFERIVS·DEDICATA·EST·AB
IMP·CAESARE·DOMITIANO·AVG
GERMANICO·EX·VOTO·SVSCEPTO E
QVOD·DIV·FRAT·NEGLECTVM·NEC
REDDITVM·INCENDIORVM
ARCENDORVM·CAVSA

In fundamentis S. Andreæ in Quirinali. F

84 IMP·CAESAR
VESPASIANVS·AVG
PONTIF·MAX·TRIBVN G
POTEST·VI·IMP·XIIII·P·P
COS·VI·DESIG·VII·CENSOR
LOCVM PVBLICAE
OCCVPATVM·A PRIVATIS H
PER·COLLEGIVM·PONTIFICVM
RESTITVIT

In Ædibus Nobb. de Matiis in Campitello.

85 IMP·CAESARI I
M·ANTONINI
PII·F·DIVI·HADRI
ANI·NEP·DIVI·TRAIA K
NI·PARTHICI·PRO
NEP·DIVI·NERVAE
ABN·L·AVRELIO·VE
RO·AVG
TRIB·POT·II·COS·II L
D D

In Monte Carpineæ Basis ante Ædes Eminentissimi Loci Domini.

86 IMP·

A 86 IMP · CAESARI
M · AVRELIO · ANTO
NINO· AVG· TRIB· POT
· · COS · IMPERATORIS
B ··· L·SEPTIMI·SEVERI·PII
PER ····· IS·AVG·ARABICI
···· ICI·PARTHICI·MAXI
··· DIVI · M · ANTONINI
C ··· MANICI·SARMATICI
NEPOTI·DIVI·ANTONINI·PII· PRO
···· DIVI·HADRIANI·ABNEPO
··· TRAIANI·PARTHICI· ET·DI
D ····· VAE · ADNEPOTI · INDVL
····SSIMO· ET · CLEMENTISSI
MO·PRINCIPI·DOMINO·N
MAESIA·FABIA·TITIANA
C · F · ET
MAESIVS·FABIVS·TITIANVS
. C · P

Marsalæ ex Gualthero.

Quinque in hac inſcriptione gradus inferioris ordinis enumerantur, *filius*, *nepos*, *pronepos*, *abnepos*, *adnepos*, ſivè *atnepos*; totidem ſuperioribus, *pater*, *avus*, *proavus*, *abavus*, *atavus*, reſpondentes. Iidem hi ordines græcè ita diſtinguuntur in ſequenti Baſi.

87 αυτοκρ ΑΤΟΡΑ · ΚΑΙCΑΡΑ
θεȣ· αντ ΩΝΕΙΝΟΥ·ΕΥCΕΒ·ΓΕΡΜ
E σαρ· υἱον·ΘΕΟΥ·ΚΟΜΜΟΔΟΥ·ΑΔΕΛΦ
θεȣ· αυτον ΕΙΝΟΥ·ΕΥCΕΒ·ΥΙωΝΟΝ
θεȣ· αδριαν ΟΥ · ΕΓΓΟΝΟΝ · ΘΕΟΥ · ΤΡΑΙΑΝΟΥ
εκγονον · ΘΕΟΥ · ΝΕΡΟΥΑ · ΑΠΟΓΟΝΟΝ
F Λ · Cεπτιμ ΙΟΝ · CΕΟΥΕΡΟΝ
περτι ΝΑΚΑ · CΕΒ · ΑΡΑΒΙΚΟΝ
Αδιαϐ · παρ Ρ · ΜΕΓΙCΤ · ΔΕΜΑΡΧΙΚ
εξ· αυτο ΚΡΑΤΟΡΑ · ΤΟ · Η
G Π · Π
Δημ ΗΤΡΙΟC
Δημητ ΡΙΟΥ

Imperatorem Cæſarem
D. Antonini Pii Germanici
F. Divi Commodi fratrem
D. Antonini Pii nepotem
D. Hadriani pron. D. Trajani
abnepotem D. Nervæ adnepotẽ
L. Septimium Severum
pertinacem Aug. Arabicum
Adiab. Parth. Max. Trib
Pot. Imperatori VIII.
P · P
Demetrius
Demetri F.

Baſis ad D. Petri in Vinculis ex ſchedis Vaticanis cum ſupplemento.

H Notatione quidem dignum videtur, eoſdem quinque cognationis gradus numeraſſe Septimium Patrem & Caracallam filium, à Nerva initium ſumentes,
I cùm Caracallæ ſextus conveniret. Sed, ut *trinepotis* nomen effugeret, quod *tritavo* opponitur, (latino ſanè verbo, & nedum à Cajo I.C. in l. ſexto gradu D. de grad. affinit., ſed à Plauto in Perſ. uſurpato) Nervam & Trajanum ſub eodem *atavi* nomine comprehendit, ſequè utriuſque *adnepotem* vocat; ut adverti in Syntag. de Col. Traj. Cap. IX. pag. 286. ad hanc inſcriptionem, quam è ſchedis Barberinis excepi, indicatis etiam aliis ex Grutero exemplis:

K 88 MAGNO · IMP · CAES · M · AVRELIO
ANTONINO · AVGVST · PONT · MAX
TRIBVNIC · POTEST · COS · PROCOS
IMP · CAES · L · SEPTIMI · SEVERI · PII
L PERTINACIS · AVG · ARABICI · ADIABEN
PARTHICI · FORTISSIMI · FELICISSIMI
P · P · FILIO · DIVI · MARCI · AVRELI · ANTO
NINI · GERMANICI · SARMATICI · NEPOTI

DIVI

DIVI · ANTONINI · PII · PRONEPOTI A
DIVI · TITI · AELI · HADRIANI · ABNEPOTI · DI
VI · MARCI · VLPI · TRAIANI · GERMANICI
PARTHICI · DACIC · ET · DIVI · NERVAE
ADNEPOTI B
COLLEG
IVVENVM · PVTEOLANOR
OB · MERITA
D · D · D C

inter quę pręcipuum est illud pag. CXCI. 5, in qua Severus Trajani *abnepos* Nervę *atnepos* dicitur, paullò verò infrà Caracalla Hadriani *abnepos*, Trajaniqúe simul & Nervæ, ut hic, *adnepos* enunciatur.

89 IMP · CAESAR
NERVAE · F · NERVA
TRAIANVS · AVGVSTVS
GERMANICVS · DACICVS
PONTIFEX · MAXIMVS
TRIBVNICIA · POTESTATE
IMP · IIII · COS · V
RESTITVENDAM · CVRAVIT
XXXVIII
In ripa Anionis prope Fontes Aquæ Claudiæ.

90 IMP · CAE · M · AVR
VAL · MAXENTIO
P · FEL
INVICTO · AVG
M · P · XI
IX · d · W
Verona in S. Firmo Maiori.

91 I · NERVAE · F · NERVAE
O · PONTIFICI · MAX
MP · VI · COS · V
NIFICENTIAM · SVAM
SVBOLEMQ · ITALIAE
Ex schedis Vaticanis.

Respicit hoc inscriptionis fragmentum liberalitatem Trajani Plinio in Panegyr. num. 222, & 228. celebratam, per quam, *Romana soboles in subsidium bellorum, ornamentum pacis, publicis sumptibus alebatur*: sive ALIMENTA ITALIAE, de qua nummi 5. & 6. Tabulæ LXXV. Oiselii..

92 DIV · FL · IOVIANO
TRIVMPHATORI
SEMPER · AVG D
In Agro Laudensi ex schedis Vaticanis.

93 DOMINO · NOSTRO · · ·
INVICTISSIMO · · · · · · · · ·
OMNIVM · PRINCIPVM · R · · · E
BENIVOLENTIA · INDVLGENTIA
EXVPERANTISSIMO
IMP · CAESARI · M · AVRELIO
ANTONINO · OPTIMO F
SANCTISSIMOQVE · P · · · · ·
FELICI · AVG · PARTH · MAX
BRITANN · MAX · PONTIF
MAX · TRIB · POT · XVI · IMP · V G
COS · IIII · PROCOS · P · P
LAVRENTES · LAVINATES
Ex schedis Vaticanis.

94 D · N · HELENA · VE · · · · H
AVIA · BEATISS · · · · · · ·
THERMA · · · ·
Hortis Ursinis.

95 IMP · CAES I
M · CASSIANI
VS · LATINIVS · PO
STVMVS · PIVS · FEL
INVICTVS · AVG K
GER · MAX
PONT · MAX
TRIB · POT
COS · III · P · P L
PROC · RES
TITVIT
In Oppido Guadix, ex iisdem.

Scio

AVGVRINO VIX · ANN · XII · MEN · II
D · XXV · ET AVGVRINAE VIX · A · VI
M · IV · D · IV · FILIIS KARISSIMIS QVI
DECESSERVNT · VNA · VNOQVE LECTO L
ELATI LIBERTIS · LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE · EORVM
Apud Mazzantes.

237 DOMI-

A 237 DOMITIAE·INGENVAE
FECIT·AELIA·DOMNA
MATER·BENEMERENTI
Villa Corsina in tabula Tiburtina crassiori.

238 C·AELIVS·ASPRENAS·COMMODI
B CAES · NEGOT
QVO NEMO MORTEM ALACRIVS
ADMISIT QVOD A SERVORVM
SVORVM SERVITVTE TANDEM
C LIBER EVADERET
HOC AVTEM TESTAM·CAVIT
POSTERIS INSCRIBI
D BIX·ANN·LVII·M·IX·D·XI
Ex Valerio Antiq. Bellunen. ser. 2.

239 *frustum Columnæ*
duo manus surrectæ hinc indè
E D M
TI·IVLIO·FELICI
COIVGI·BENEMEREN
TI·FECIT·IVLIA·CHRY
F SEIS·ET·SIBI·CVM·QVO
VIXIT·ANNIS·XXVIIII·QVO
PLVS
Hortis Giliis.

G 240 L·VALERIO·VOLESO
CN·CINNA·MAGNO
COS
K·MART·APSOLVTVM·EST
H *In Ædibus Otthoboniis, emendato Grutero pag. MLXXXIII. 8.*

Ex correctione Gruteri, qui in hac eadem Inscriptione legit VOLSEO per-
I mutatis secundę syllabę elementis, emendari potest receptum à Panvinio (quo idoneo authore nescio) cognomen VOLVSSI; quod in Fastos Vindobonenses
K quoque irrepsit.

241 VINICIO·COCTAEO·CALAT
VII·VIR·EPVL·LIBERTO
OPTIMO·PATRONVS
L *Apud Falconerium in Epist. super sigillo lateri impresso post Nardinum pag. 9.*

Dormitavit porrò ad hanc Inscriptionem Vir non vulgaris literaturæ, dum vile *Calatoris* titulum non respiciens, nobilissimum Sacerdotium liberto affixit: quis enim alius *Calator*, quàm servus publicus, aut ad summum Magistratus, aut Sacerdotis apparitor, seu Viator? ut Glossæ Græcæ explicant Verb. *Calatores*, & Verb. ἐκβιβασταί.

242 D M
TOLOMEA·ANPHIO
NE·FECIT APVLEIO
CARPO·FILIO·SVO
PIENTISSIMO·ET·SIBI
QVANDOQVE·ET
LIBERTIS·LIBERTA
BVS·POSTERISQVE
EORVM

243 D · M
ZOZONTIS·ORONTES
ET·DAMAS·FIL·KARISS
FEC·ET·SIB·SVIS·POST·Q
è schedis Barberinis utraque.

244 D · M
THEOTIMAE
ANCILLAE
QVAE·VIXIT
ANN·XV·M·VI
ANTEIA·CLIDE
DOMINA·B·M·F
Vinea Nobb. de Georiis Via Nomentana.

245 CN·ASINIO
POLLIONIS·ET·AGRIPPAE·NEPOTI
PVTEOLANI·PATRONO·PVBLICE
Puteoli ex Capaccio.

246 L·AVFVSTIVS·L·L·FELIX
PRAECO·COS
AVFVSTIA·L·L·HELENA·MAT
AVFVSTIA·L·L·PRIMA·SOR
L·AVFVSTIVS·L·L·STEPHANIO
è schedis Barberinis.

247 EX·TESTAMENTO·Q
ERVCI·MONTANI·LEGATVM
C·QVINTIO·BATHYLLO·COLVM
BARI·ITVM·AMBIT·DEBETVR
In muro Vineæ alle 3. Madonne.

248 M·CEM-

248 M · CEMΠPωNIOC · NEIKOKPATHC A
HMHN ΠOTE · MOYCIKOC · ANHP
ΠOIHTHC · KAI KIΘAPICTHC ·
MAΛICTA ΔE · KAI CYNOΔEITHC ·
ΠOΛΛA BYΘOICI · KAMωN · B
OΔH ΠOPIEC · ΔATONHCAC ·
ENΠOPOC · EYMOPΦωN ΓENOMHN
ΦIΛOI METE ΠEITA · ΓYNAIKωN ·
ΠNEYMA ΛABωN ΔANOC OYPANOΘEN C
TEΛECAC XPONON AYTA ΠEΔωKA
KAI META TON ΘANATON ♁
MOYCAI MOY TO CωMA KPATOYCIN

Poëta sedens cum volumine sub sella pluteus
Puella cubito innixa super columnam
persona scenica

persona scenica sub sedili
Poëta sedens cum volumine
Puella lyrae cubito incumbens
protome defuncti

In Sarcophago Vinea PP. Augustinianorum ad Viam Flaminiam. D

M. Sempronius Nicocrates
fui olim musicus vir
poeta & citharista
potissimùm verò & synodo adscriptus E
multum autem cùm mari laborassem
atque itineribus essem lassatus
mercaturam pulchrarum deinde
o amici mulierum feci
spiritum cujus munus è cælo accepi
expleto tempore rursus reddidi
ac post mortem
Musæ meum habent corpus

249 C·CALPVRNIO·SP·F·COL APOLLINARI APPARITORI AVG·PRAECONI·PECVLIARI
IVLIAE M·F· VLLITTAE· MATRI· CALPVRNIAE C· LIB· DAPHNE · FECIT· CALPVR F
NIVS · C · F · QVIR · APOLLINARIS · MIHI · POSTERISQVE · FAMILIAE · NOSTRI
NOMINIS · HVIC · MONIMENTO · IVRIS · AGRI · IN · FRONTE P · LXX
IN · AGRO · P · LXX · CVI DEBEBITVR · AB OMNIBVS POSSESSORIBVS EIVS·

Ex schedis Ægii, dicitur extare apud Argos in Campis.

250 DIS · MANIBVS G
C · SEIO · M · F · QVIR
CALPVRNIO · QVADRATO · SILIANO
PROCOS · PROVINC · NARBONENSIS · PRAET H
PEREGRINO · TRIB · PLEBIS · QVAESTORI · PROVINC · AFRIC · III VIRO
CAPITALI
CVIVS · CORPVS · HIC · CREMATVM · EST

Zagaroli. I

251 C · IVLIVS · C · IVLI · F · COL · VITALIS · ET
C · IVLI · ALEXANDRI · LIBERTVS
PARATVS · SIBI · ET · CLODIAE
AMORI · CONIVGI · SVAE · FECIT K

Effossa An. 1639. ad Portam S. Sebastiani.

252 RESPVBLICA · POPVLVSQ
CORFINIENSIS
SACELLVM LVCCEIVM VETVS L
TATE · DILAPSVM ADIECTIS BA
SILICIS SVA PECVNIA RESTITVIT
DECRETO DECVRIONVM

Ad D. Venantii ad ripam Aterni.

253 M.VALE-

A 253 M·VALERIVS
M·F·ANI
SATVRNINVS
FOROIVLI
B MIL·LEG·VIIII
HISPANAE
7·ANTONI
KARI
C MILIT·AN·XVII
VIX·AN·XXXIIX
T·P·I
Vinea Nobb. de Naris Via Salaria.

D 254 PVBLICIA·REPARATA
MIHI·ET·TIBI
MARCO·ALLIDIO
OB·MEMORIAM
E FECIT
Ad D. Pelini prope Fucinum Lacum.

255 AVFIDIA·M·L
BACCHIS
F PIA·IN SVIS·SEMPER·FVIT
è schedis Barberinis.

256 D · M
T·FL·COELIVS·SEVERVS
G SIDENSIS·MEDICVS
IPSE SIBI VIVOS FE
CIT ET FILIS SVIS
COELIO SEVERIA
H NO EVMELO ET COE
LIO SEVERO ET MA
TRI ILLORVM COE
LIAE CALLIST··
I SANCTISSIMAE ET···
EORVM LIB···
Vinea Peretta ad Aggerem.

257 DIS·MANIBVS
K CN·POMPEI
CN·F·IVSTI
V·AN·VI·M·IIII
Vrbuli Hortis Matthaiis.

L Patrem hujusce infantis non absurdè quis dixerit illum CN·POMPEIVM·IVSTVM, qui VALERIAE·LVCILLAE conjugi titulum posuit apud Gruterum pag. DCCCXXXVII·10.

258 D · M
SEX·CALPVRNIO
TATIANO·E·M·V
CALPVRNIA·BASILLA
FILIA
PATRI·DVLCISSIMO
ET
SYRIA·PATERNIANA
VXOR
MARITO·OPTIMO
FEC
Cippus iacens ad Pontem rivuli sub Prima porta.

259 HELVIAE·FELICISSI
MAE CONIVGI SANC
TISSIMAE QVAE SIC
VT OPTAVIT·SVPER
STITIBVS MARITO
ET LIBERIS DIEM
SVVM FVNCTA EST
P·AELIVS FRVCTVOSVS MARITVS·QVI
CVM EA VIXIT
ANN·XXII
è schedis Barberinis.

260 PILATVS
IIII VIR
QVINQ
Ameria ad D. Secundi.

261 D · M ·
T·FLAVI·AVG·LIB
ZMARAGDI
Hortis Matthaiis.

262 AVFIDIAE·C·L·VENVSTAE
VIATORES·SALVETE
ET·BENE·VALETE
In Agro Ferrariensi ex schedis Barberinis.

263 D M

SANDALIVS
DICIT AMBVLA

SEQVAERE ME CVM OENO
FORV CVM CALICE ET TAPAN
TIONE
In Sarcophago undulato à Torre Paluzza.

Scaliger hanc Inscriptionem Thesauro Gruteri sui inserendam tradidit pag. DCLII. 2, sed inordinatam & in lateralibus illis signis deficientem. Idem in Indice Grammaticalium ponit quidem inter barbara verbum illud *Tapantionis*, sed quid sibi velit non explicat; ut nobis pudori non sit, nequaquam intelligere, quæ tantum Virum, longeque eruditissimum effugerunt. Sed cum neque *Oenophorum* neque *Calicem* scalpturæ illæ significent; videant doctiores an per eas adumbrata sit *Tapantionis* figura; pernę scilicet suillæ salitæ cute hinc indè sublata conspicuæ, quæ bibaculis irritamento sitis esse potuerint. A B

264 . . RVFRIA · SP · F · DONATA · ET · C · IVLI
CONIVGES · DVLCISSIMI · HIC · SVNT · SEP
BENE · VALEAS · QVI · LEGIS
In D. Cæciliæ Transtiberim. C

265 D · M
C · AMARFIO
RESTITVTO
CAESIA
AMOR
CONIVGI
BENEM
Ante Ædem S. Victoriæ Trebulanæ.

266 DIS · MANIBVS
IVLIAE · HELPIDIS
OSSA · PIIA · CINE
RESQVE · SACRI · HIC
ECCE · QVIESCVNT
Hortis Perettis in Vrnula.

267 LOLLIANI
V · C · PR · ET
TRIVM
FALIS
In lamella Musei Carpinei è Cæmeterio Callisti.

268 C · VETTIVS · C · L · ZETVS
C · VETTIVS · C · L · PAPA
Villa Corsina.

269 NAERATIVS
CEREALIS · V · C
CONS · ORD
CONDITOR
BALNEARVM
In Ædibus Barberinis.

270 FORTVNATVS · CASSIVS
VIXIT · ANN · LXX
VALE · FELICI · ANIMO
Patavii ex schedis Lilii Vaticanis.

271 D · M D
HERENNIAE
PALESTRAE
NEOCAESARIENSI
FABIA · IVLIA E
MATRI · PIENTISSI
MAE · FECIT
Ex eisdem, emendata Grutero pag. DCCXXXV. 12.

272 Q · CORRIO F
Q · F · VOL
ANTIQVO
Hortis Iustinianeis.

Huic eidem tumulum posuit Aplasia uxor in Grutero pag. DCCLVI. 4. G

273 H · V · V · S
C · IVLIVS · C · F
PAL · RVFVS H
TRIB · MIL · BIS
FANI · CVRATOR · V · Q
AB AERARIO · SATVRNI
Grut. pag. CDXXIV. 8. emendata ex MS. Holstenii. I

274 C · CARISTAN
CAESETI · RVFI
Apud D. à Vidania in annulo.

Simile nomen C. Caristan habes inter Pontifices Col. Sutrinæ Grut. p. CCCII. 1 K

275 L · VALERIO
L · F · ADAVCTO
gladius L · VALERIVS *scutum* L
FAVSTVS
PATRI · PIISSIMO
Cippo apud Barberinos.

276 LO-

A 276 LOCVM SEPVLTVRAE DONAVIT
C · VALGIVS · FVSCVS · CON
LEGIO · IVMENTARIORVM
PORTAE · GALLICAE
POSTERISQVE·EORVM·OMNIVM
B ET·VXORIBVS·CONCVBINISQ.
Forosempronii.

277 D M
ARRIAE
C T · LIB
VICTORIAE
BONAE
FEMINAE
D *Prope Viam Portuensem in Vinea PP. Bernabitarum.*

278 D · M·
VLPIAE · SYNORIDI
TERTIVS AVG LIB
E TABVLAR
SVMMI CHORAGII
CONIVGI BENE DE SE
MERITAE FECIT
F *Ædibus Alteriis.*

279 DIIS · MANIBVS
IVLIAE VICTORIAE
TI · CLAVDIVS
G AVG · LIB · FAVSTVS
A COPIIS
MILITARIBVS
CONIVGI · ET SIBI
H *Extra Portam Tiburtinam in Vinea Michaëlis Charon.*

280 D · M
NVMISIAE
HEORTE
I ANNORVM·X·MESVM *sic*
III · DIERVM · XXV
NVMISIA
TROPHIME
K VERNAE
DVLCISSIMAE
Cippulus cum stemmate puellæ in Hortis Matthæiis.

281 D · M
L LYGIANES
FECIT · DAMA
LAS · PATER
FILIAE
Villa Burghesia.

Lygianæ ista Reinesio in *Felicianem* acumine, sed importuno, evadit Class. XII. num. 116.

282 ΤΡΟΦΙΜΟC ΒΟΥΚΟΛΟC
à sch. Barb. apud Alphonsum de Anania.

283 T·ARRVNTIO
IVLIANO
PRAEFECTO
FABRVM ET
IVLIAE·ARRVNTIANAE·FIL·EIVS
In Vinea Andreæ Riccii apud Albanum.

284 C· IVLIO · AMARANTO
DE · FORO
SVARIO
MERCATORI
FECIT

Ex schedis Barberinis.

285 DORMI
CLAVDIAE
HERMIONAE
ARCHIMIMAE SV
I TEMPORIS PRI
MAE HERE
DES
In Archivo Basilicæ Vaticanæ.

286 DIS
MANIBVS
CAESENNIAE
EROTIDIS
A·CAESENNIVS
HERMA
ARAM·ET·STATVAS·FECIT
SIBI·ET·CONIVGI·SVAE·DE·SE
BENEMERENTI
Cippo in Insula Portuensi, ubi Tabula num. 595. Cap. III.

287 A·CAESENNIO
HERMAE
In Tabula ibidem.

288 D · M
C· VALERI · SOCRATIS
M · QVINQVENNALIS
COLLEGI · FABRORVM
TIGNVARIORVM· LVSTRI·XXVII
à schedis Barberinis.

289 M · VIPSANIVS · ISTHIMIDIVS · V · F A
SIBI · ET · CONIVGI · SVAE
IVLIAE · AVTODICENI
Villa Corsina.

290 L·GALLONIVS·L·L L·GALLONIVS·L·L GALLONIA B
ASCANIO PHILODAMVS L·L·LAAIS *sic*
Villa Nobb. de Patritiis Via Nomentana.

291 *stemma Viri* | *aliud*
D M C
SEX · ALLIDIO | SEX · ALLIDIO
HYMENAEO | SYMPHORO
HYMNIS · SOR | HYMNIS·VXOR
Apud Carolum de Rubeis. D

292 DIS · MANIB
FAENIA · L · F · SYNTYCHE
L · FAENIO CARPO PATRI
FAENIAE L · L · HELPIDI MAT E
L·FAENIO IANVARIO·FRATR
L· FAENIO CERIALI FRATRI
FAENIAE L · L · Ɔ LIB SYNTYCHE AVIAE
L · FAENIO EVHELPISTO LIB · PIO F
C · MVCIO PIETATI · AVO · SVO
POSTERISQVE EORVM
In Hortis Iustinianeis.

293 A · RITIVS · A · L · TERTIVS · AVGVSTALIS G
TESTAMENTO · VIAM STERNI IVSSIT
IN QVOD OPVS EROGATA SVNT HS · XXX
Apud Concordiam.

294 D · M
L · VISELLIO L · F · CLV
PROTACANTHO
MIL · COH · II VOLVNT
VIX · ANN · XXX MILIT
ANN · XI · M · IIII · D · VIII
L · VISELLIVS EVARIST
ET APPVLEIA HILARA
PARENTES
F · I · S
è schedis Vaticanis.

295 NE TANGITO
O · MORTALIS
REVERERE
MANES DEOS
Ædibus Altaëmpsii in Vrnula elegantissima.

296 PHILARGVRI H
PICTORIS
Titulus in Villa Burghesia.

297 D · M
TI · MANLIO T · F I
PALAT
CLEMENTIANO
SCRIB · AEDIL
CVRVL K
LICTORI CVRIATO
FILIO PIENTISSIMO
Ad D. Pauli, emendato Grut. pag. CCCXXVI. 6.

298 OSSA L
DECIAE · A · L · EROTINIS
HIC · SVNT · SITA
Hortis Iustinianeis in ossuario lapideo.

299 NYM-

A 299 NYMPHIO
FILIO · ANN · III
NYMPHIODOTVS
PLOCAMI · DIVI
AVG · L · SER
B *Aquileiæ.*

300 MICCINVS
ET
STEFANVS
C HIC
Ad utrumque latus Tripus cum Corvo.
Hortis Iustinianeis.

D 301 P · MAGIVS · P · F) CES
Q · MINVCIVS · L · F)
BASILICAM FAC
CVRAVIT · DE · SEN · SENT
E *Catanzarii ex schedis Barberinis.*

Notanda hìc forma compendii illius CES pro *censores* omisso N utì in COS.

F 302 L · HOSTILIO · L · F · AEM · TVLLO
FIL
DECVR . VRBE
SAL VIA
G *In Monte Milone, ex schedis Vaticanis.*

303 L · ATINIVS · L · L
APOLLONI
IN · FR · P · XIIII · IN · AG · P · XIIX
Villa Carpinea.

H Alia eâdem prorsus epigraphe, ut & illa quam dedimus Cap. VI. num. 125.

304 CLODIO HERMOGENIANO
I OLYBRIO V C · FRATRI
ADMIRANDAE PIETATIS
FALTONIVS PROBVS
ALYPIVS V · C
K *è schedis Vaticanis.*

---

305 TRIB · LEG · XI · CL · P · F
X · VIR STLITIB IVDICAND · CVRAT
GRAVISCANORVM ET INTERAMNA
L TIVM · NARTIVM
OPTIMO PATRONO
VOLSINIENSES
Ex eisdem.

306 C · CILNIVS · C · F
VARVS · IIII · VIR
Volaterris, ex eisdem.

Gentilem hìc, forsanque Civem Mæcenatis agnoscimus.

307 GLAVCO · · N
MVTINENSI
PVGNAR · VII · ☉
QVI VIX · ANN
XXIII · D · V · AVRE
LIA MARITO B · M
ET AMATORES HVIVS
PLANETAM
SVVM
PROCVRARE
VOS MONEO IN
NEMESE NE FIDEM
HABEATIS
SIC SVM DECEPTVS
AVE · VALE
In Hortulo D. Zenonis Veronæ.

308 C · OPPIVS SP · F · COL
RVFVS PAGI MAGISTER
IDEM PRAEFECTVS VLVBRIS
IVRE DICVNDO
è schedis Vaticanis.

309 L · TITINIVS L · F · SABINVS
L · TITINIVS L · F · CLAVDIA
MARSVS
TITINIA SABINA ET
TITINIA VAPVSIA
DISTIG · FECERVNT
Villa Cinquina Via Nomentana.

210 PYLADES
VESTIARIVS
Florentiæ apud Nobb. de Vecchiettis.

---

311 CNIDVS · SIBI · ET
PLAETORIAE · C · L
SECVNDAE
C · PLAETORIVS · C · L · ACRATVS
In pavimento Ecclesiæ Trebulanæ.

Docet, firmatque hæc epigraphe, id quod Cap. VI. pag. 454. cum Fulvio Vrsino

ſino coniecimus, Familiam ſcilicet hanc PLAETORIAM Sabinæ originis fuiſſe.

312 DIS · MANIB
PETRONIAE
TELESINAE
T· PETRONIVS
EPAPHRODITVS
CONIVGI
B·M·FECIT
Cavernula ſubdita, cum oſtii veſtigio ad claudendos cineres
In Vinea Saccoccia ad Viam Labicanam.

313 DIS · MANIBVS
C· TREBIO·HERMAE
LICTORI
IVLIA THAIS
CONIVGI · SVO
BENEMERENTI
FECIT
ET · SIBI
Vinea Nucula ad S. Pancratium.

314 Q·FABIO·Q·F·ESQVILINA
CALATINO
PRAEF·FABRVM LEG·VI·AVG
X VIRO STLITIB· IVDICAND
PATRONO MVNICIPI
LAVIN · LAVRENTI
FABIVS·Q·F·ESQ·SILVESTER
PIETATIS CAVSSA
ì ſchedis Vaticanis.

315 CAESA·FILITE·TVLLIO· *ſic*
AVGVRINO·CONIVGI·
DVLCISSIMO·QVIVIXIT·
ANN·LXX·M·X·D·VII·MECV
ANN·XXXIII
Villa Pamphilia ad D. Agnetis.

316 D · M
C· MESSI·CAL
LISTI
MESSIVS·EFFI
CAX · PATRONO
INCOMPARABILI
B · M
Ad Divæ Mariæ de Carmelo Vrbini.

317 M · AVREL A
REDITVS
BF · LEG · LEG
II · ADI · P · F
SEVERIANAE B
V · S · L · M
SVSCEPTA·FIDE·EX·ORCO
In Villa Salmar. in pariete Eccleſiæ ex ſch. Vatic.

318 D · M C
FLAVIAE
CHRISIDI · ET
ARAGO·AVG·LIB
FLAVIA D
ARTEMISIA
PARENTIBVS
B · M
Hortis Iuſtinianeis. E

319 DIS · MANIBVS · SACRVM
D · LABERI · D · FIL · SERGIA
LATINI · VET
PRAEF · FABRVM
VIX · ANN · LXIIX F
D · LABERIVS · SECVNDVS
PROCVR · CADVCORVM
FRATER Ø SANCTISSIM
POS
ì ſchedis Barberinis. G

320 D · M
A · CORNELIVS
CELER · ET CORMELIA
EVTYCHIS · CORNELI H
AE · SEVERINE · ET COR
NELIS · QVIETO · ET ROMA
NO · VERNIS · PAREN
TES FECERVNT DVLCIS
SIMIS ET PIISSIMIS I
Hortis Iuſtinianeis.

321 DIIS · MANIBVS
POPPAEAE
CEMADIS K
LIBERTI
PATRONAE · BENEMERENTI
VALES · ILIAS · EVTYCHVS
CHRYSANTVS·FECERVNT·ET·SIBI
ET · PHILANTROPHVS *alia manu* L
Hortis Chiſiis ad Viminalem.

In ſummo Appennini jugo paullò ſuprà Oppidulum *la Schieggia* extat Sacellum

A lum S. Paterniani, atque in contiguis Sacricolæ ædibus tectum divergium aquarum facit, hinc ad meridiem mare Tyrrhenum, indè ad Boream Adriaticum petentium; ubi basis muro inserta cum
B sequenti epigraphe.

322 C · MAESIO
C · F · LEM
C RVFINO
VIX · ANN · XIX
C · MESSIVS
D PLOTIDIANVS
FIL · PIISSIMO

323 M · ANTONI
VS · INGENVS
E HIC
SITVS · EST
Porci effigies
Penes lapicidam ad Caetanos.

F 324 DIS · MANIBVS
CLAVDIAE
CELERANAE
VIXIT·ANN·VI·DIE·XII
G NVTRIX
FECIT
Ad D. Eusebii in Vrnula.

325 D · M
P · MINDIO · EPAPHRODITO
H FECIT MINDIA KHARIS
LIB·PATRONO·B·M·ET·SIBI
ET SVIS LIB · LIBERTABVSQ
POSTERISQ · EORVM
Hortis Matthaiis.

I 326 M · ANTISTI · M · F · FAB
M · ANTISTI · M · F · F
SATVRNINI
PRECILIA·Q·F·TERTIA·FECIT
K SIBI · VIRO · FILIO · LIBERTIS
LIBERTABVSQVE · SVEIS
Villa Barberina ad Castrum Caudulphi.

327 L · PLOTIO · L · LIB · SABINO
L EBORARIO
VIX·ANN·LVII·M·IX·D·XII
L·PLOTIVS L·L·DIADVMENVS
T · F · C
è schedis Barberinis.

328 EVMOLPVS · CAESARIS
A · SVPELLECTILE
DOMVS · AVRIE · ET
CLAVDIA · PALLAS · F
SOLI · ET · LVNAE
DONVM · DONAVERVNT
Apud Nobb. de Meleria ad Pontem Cestium.

Emendare libuit singularem hanc Inscriptionem, in Grutero pag. XXXI. 11, quæ sola *domus aureæ* (quòd viderim) mentionem facit; à Scaligero in Indice *à suppellectile domus aurif.* vocata: repugnante sanè eodem Grutero in *Corrig. & Animadvert.*, qui cum Pighio, proximè ad nostram germanam lectionem accedit.

Hac occasione adverto, ex nomine *Claudiæ Pallantis* non proinde libertam Claudiæ Gentis hanc mulierculam argui debere: quod enim de servis in nomen dominorum per manumissionem assumptis pluriès diximus; id in ancillis non æquè obtinet, ut Iosepho Castalioni visum fuit in Comm. ad l. 1. C. quæ res pig. obl. poss. ex hac Inscriptione, quam ex Grutero pag. DC. 8. malè intellectam, pessimè excepit:

329 D  M
EVHEMERI
CAESARIS · N
VERNAE · PEDI
SEQVO · VIXIT
ANNIS·XIII·MENS
IBVS · VIII · DIEBVS
XV·AELIA·SVCCESSA
MATER · INFAVST
FIL·OPT·PIENTISS·
OB·MERITA
EIVS
FECIT

subdens, *Libertum potius puto, cujus*

mater

mater ex gentilicio nomine libera cognoscitur, quique tum matris commendatione, tum suis meritis facilè libertatem ab indulgentissimo Principe impetrare potuit. Frivola omnia; mulieres namque dominico quamvis primo nomine vocatas, passim in servorum connubio, servilibusque parentibus ortas legimus.

330 D · M
CASSIO
HOMINI · BO
NO · MACARI
VS · MERENTI
FECIT
In Vinea Arrighi Causidici ad Viam Appiam.

331 LOCVS · ADSIGNATVS
AB · NIGRO · ET · COSCONIANO
CVR · OP · PVB
Ex schedis Chisiis.

332 DIS · MA · · · · S
A · APIDI
MAIIORIS
TABLARI
A PORTA
PONTINALI
Præ foribus Ecclesiæ SS. Marcellini & Petri.

emendato Grutero pag. DCXXIV. 11.

333 GRANIA
RVFILLA
DECESSIT
BIMA
ET DIERVM
XV
è schedis Barberinis.

334 GRANIA
PVELLA
DECESSIT
BIMA ET
DIERVM
XVI

Eadem fortè cum superiori; sed nostra certior, quippe quam ex Cippo Tiburtini lapidis egomet exscripsi in Vinea PP. Tertii Ordinis Viâ Labicanâ, cui ab altero latere oppositio sequens inest. A

335 GRANIA · QVARTA
BIMA
TROPHIME B
BIMA

336 PAPINIA · Q · L
MOSCHIS C
P · ARRIO · Ↄ · L · SVRO
IN · FRO · P · XII
IN · AGRO · P · XV
Vinea Saccoccia in lapide Albano.

Aliam eâdem epigraphe habes suprà num. 303. D

337 L · AVRELIO
L · L · VICTORI E
DOMO AEQVO
AVG · ET SENIAE
SAC · PRIM · CORP
AVGVSTALIVM F
ORNAT · ORNAM
DECVRIONALIB
PLEBS SENIENSIVM
AERE CONLATO G
CVRANTE AVR · SECVND
Seniæ ad DD. Cosmi & Damiani.

338 PRIMA · AVGVSTI
ET · AVGVSTAE · L H
NVTRIX · IVLIAE · GERMA
FILIAE
In meo veteri MS.

339 P · CAECILI · P · L · HERMETIS I
EPIPPIARI *sic*
CAECILIAE · P · L · NOBILINE
Hortis Matthaeis.

340 IN HIS PRAED K
VALERI · IANVARI · HOC
ID MESOLAEVM · FA
Veronæ ex D. Blanchino.

Depravationes hujus vocis MAVSOLEI plures attuli de Col. Traj. Cap. VIII. pag. 252. A; quibus ista MESOLAEI accedit. L

341 D · M ·

A 341 D · M · IV | A · ONESI
ME · FEC · FIL | S · PIENTIS
SIMIS · CLA | DIAE · PTOLE
MAIDI · VI | NN · X · M · VI
B D · X · ET · CLA | DIO · PTOLE
MAEO · VIX | NN · XII · M · IIII
D · XXV · FECIT | BI · LIB · LIBER
TABVSQV | POSTERISQVE
C EORVM

In pavimento S. Ioannis Ante Portam Latinam.

342 D · M
D C · POPPEO
fax Cerealis IANVARIO *Ceres stans*
POPPEA
IANVARIA
E PATRONO · BE
NEMERENTI
FECIT *Modius Porcus*

Hortis Instinianeis.

F 343 Π · ΑΙΛΙΟϹ · *P. Aelius*
ΑϹΚΛΗΠΙΑ *Asclepia-*
ΔΗϹ · ΚΑΤΑ *des ex*
ΔΙΑ *testa-*
G ΘΗΚΗΝ *mento*

Ad D. Stephani del Caeco.

Notanda est scissio illa per interpunctionem ultimi vocabuli ΔΙΑΘΗΚΗΝ.

H 344 D · M
L · PVLLIO · L · F
VOL · IVSTO
Q · PEC · ALIM
I PARENT · FILIO
PIENTISSIMO
P
VIXIT · AN
K XXV

Ex schedis Chisiis.

345 THYMELE
MARCELLAE
L SIRICARIA

Vinea Vallea.

346 SERICARI : D · D

In scapo Columnae Hortorum Quirinalium.

Siricarios, hoc est *Negotiantes in Serico*, explicamus cum Reinesio ad Inscriptionem 25. Classis XI.

347 D · M
ATENIVS · FIRMVS
STATILIO · CHRESIMO
ET · STATILIAE · HELPI
DI · ET · AELIO · BENE
MERENTIB POSVIT

Hortis Iustinianeis.

Ateneus Firmus habetur in Grutero pag. DXXIII. 4.

348 C · CAELIO · SATVRNINO · V · C
PRAEFECTO · PRAETORIO
C · CAELIVS · VRBANVS · V · C
CONSVLARIS · PATRI

Vinea Vallea.

349 D · M
L · CESENNI
SOSPITIANI
EX ORDINE
HARVSPIC · LX
VIXIT ANN · XXV
PARENTES FILIO
OPTIMO

Ex schedis Chisiis.

Vulgaverat hanc Inscriptionem Gruterus pag. CCCIV. 7, sed sub nomine L. CASSENI. Nos ex aliis schedis aliter, nescio an meliùs. Vis tamen apud me non in nomine, sed in numero Haruspicum residet: quorsum enim, cùm Augures non plùs decem, ut ex Cicerone probavimus Cap. V. pag. 407. A, sexiès totidem Haruspices (paullò ab Auguribus differentes, si non ejusdem Corporis) adhibere opus erat? Et tamen in hoc sexagenario numero convenit ea, quæ proximè consequitur apud Gruterum, aliaque penès Reinesium Class. V. num. 13. qui modestè (rarum in docto æquè àc animoso viro, ita se excusat: *Plura de talibus scire non datur. Propter An-*

Xxxx *tiquita-*

tiquitatis etiam inscitiam, cujus mores & ritus penitus hodie non agnoscimus, pleraque mirari magis quàm intelligere possumus.

350 D · M
FLABIAE · SYNTY
CHE·FLAVIA·ONE
SIME· PATRONAE
B · M · F
Ad D. Silvestri in Quirinali.

351 L·CAESONIO
L·F·ANI·VERO
FLAVOS· L· H· *lib. heres*
Hortis Matthaiis.

352 D · M
T · SEMPRONIO
PVDENTI · MIL V
FRVM ❦ LEG ❦ XX· V
PVPIVS ❦ VERNIA
NVS ❦ HERES ❦
è schedis Barberinis.

353 SACRVM
QVIETI
CORPORIS
PETRONIAE
GLYCONIDIS
M · VETTIVS
SYNEGDEMVS
CONIVGI
OPTVMAE

354 DIS· MANIBVS
M · VETTI
SYNEGDEMI
CONIVGIS
PETRONIAE
GLYCONIDIS
Cippi in Vinea Pilastria à Moricone in Sabinis advecti.

355 D · M
M · VLPIVS· AVG·LIB
DOCIMVS·FEC· VLPIO·IRENE
FILIO· FECIT · ET· PRO
PINQVIS·EIVS·ET LIBERTIS
LIBERTABVSQVE EORVM
è schedis Barberinis.
vide idem nomen in Grut. pag. DCXX. 2

356 D · M A
PHOEBVS
MERCVRIO
F · BENEME
FEC · V · A B
XII
Hortis Matthaiis.

357 M·' APIDIVS·TIMOTHE
VS FLAVIAE DIOGENI C
DI · CONIVGI SVE CO
N QVA·VIXI·ANNIS·XXX
MEVIBO·BENERE
NTI · FE D
Hortis Iustinianis.

358 ARCELAVS · PSECAS
DE · PORTICV E
Vineà Vallaa.

Post longam de nomine, sive officio hujus *Psecadis* dissertationem, Reinesius ad hanc Inscriptionem F

359 VENERI
SACRVM
CASSIA· L·L·PSECHAS

sibi 89. Classis I.; dubius tandem remanet, an officium vel cognomentum sit: G
Ambiguitatis caussam dabat munus *ornatricis* mulieri conveniens, quod jam in viro cessat, itaut cognominis loco accipiendum putemus. H

360 DIIS
MANIBVS I
CAECILI
MAXIMI
MENSORIS
AEDIFICIORVM K
Hortis Iustinianis.

361 TI· IVLIVS ·AVG. ET · I
AVG·L · ATHENIO
VIX · ANN · L L
Hortis Matthaiis in lapide nigro.

Livia hìc Augusta Tiberii mater, post viri obitum Iulia vocari cœpit, ut & alibi adnotavimus.

362 CHIAE

A 362 CHIAE
TI.CLAVDIVS
BITHVS·HOC·MERVERAT
Ex meo veteri MS.

363 Q·CORNELIVS
Q·ET·Ↄ·L·NICEPHOR
SAGARIVS
Vinea Nobb. de Rondininis ad Aggerem.

364 D
B P·SVILIVS·ZOTI
LIA·NICE·CONIVNX
BI·ET·FILIS·ET·LIBERTIS·LIBE
C BVSQVE·POSTERISQVE·EORVM
FECERVNT ITA·NE·A QVOQVAM·EORVM
HORTVLVS·ALIENETVR·VEL·VENEAT·QVOT·SI·QVIS·DONA
D *sic* VEXIDERE·ALIENAREVE·ALIQVO·MODO·VOLVERIT
IVLIAE·TATIANETI·COIVGI·OPTIMAE
TIS·LIBERTABVSQVE·POSTERISQVE·EIVS
VEL IVS·ISTEIAE
Villa Cæsarina olim Bosii.

E 365 T·VECTIDIVS·T·F·SCAPT·VALENS
IIII·VIR·IVR·DI·QVINQ·PONT·SIBI·ET
VECTIDIO·POTENTI·FILIO·EQVO·PVBLICO
ANN·XX·M·IIII·D·II·T·F·I
F *Forolivii, ex MS. Pevia.*

366 M·LAEVIVS·Ↄ·L·DIONYSIVS·HOC
MONVM·FECIT·M·LAEVIO
M·F·PAL·NIGRO·F·S·ET·SIBI·ET·SVEIS
G *Prope Mausoleum D. Helenæ in Muro Vineæ inversè posita.*

Pater Tribu caret: filius ejus ingenuus, sed libertinæ conditionis, Palatinæ adscribitur.

367 D · M
T·AELIVS·AVG·LIB·FAVSTVS
H ET·AELIA·ARCTE·VXOR·FECERVNT
VIVIS·SIBI·ET·LIBERIS·SVIS·ITEM
LIBERTIS·LIBERTABVSQVE·SVIS·ET
POSTERIS·EORVM·ITAVT·NE·DE
NOMINE·SVO·AVT·FAMILIA·EXEAT
I VT·POSSIT·MEMORIAE·SVAE·QVAM
DIVTISSIME·SACRIFICARI
In Museo Ciampino.

368 D · M
K L·POMP·FAVSTINI·FILI·PIISSIMI·DEFVN
ANN·X·QVEM POST MORTEM FRATR
EIVS SEVERIANI L·POMP·HERME
ROS PATER AMISSERAT
Ex schedis Barberinis.

L 369 L·ARRVNTIVS
L·L·HILARIO COC
VIX·ANN·XXXX
In Vrnula Ecclesiæ Primæ Portæ.

370 ASMENVS
NERONIS·CAESARIS
A CYATHO
Villa R. P.D. Nuptii apud Hortam.

Xxxx 2 371 M.BIL-

371 M· BILLIENVS·M· F· ROMATIACVS A
LEG · XI · PRAELIO NAVALI
FACTO IN COLONIAM DEDV
CTVS AB ORDINE DECVRIO

Ex schedis Vaticanis, ad Pogianum Municipium. B

372 FVRIA · SP · F · DONATA · C · IVLIVS
CONIVGES · DVLCISSIM · HIC SVNT
SEPVL · BENE · VALEAS · QVI · LEGIS

Ex schedis Barberinis. C

373 D · M
TI · CLAVDIO
PROCLO · FE
CIT · FLAVIA
PRIMITIVA
COIVGI · SVO
BENEMERENTI
HOMINI · BONO

Hortis Iustinianeis.

374 D · M
C·ACVTIO·C·L·SEVERO
A RA· MIL · TR · LEG
VII · GEM · F
FRATRI
PIENTISSIMO
L·ACVTIVS·ROMANVS
H · F · Q

Villa Caesarina.

375 D ⚘ M
L·IVLIVS·SECVNDI
NVS·AO·SVO·ET
VALERIA·SECVNDA
PATRI·SVO·B M
FECER

Cippo in Vinea PP. Praedicatorum Via Salaria.

376 D · M
CN · VERGILIVS
EPAPHRODITVS
MAGISTER·ODARIARIVS
A · MINERVA
MEDICA·VIXIT·ANNOS
SEPTVAGINTA·ET

Horto de Vecchiis ad Arenulam.

ODORARIVM habet Reinesius Class. XI. num. 81. ex Luca Langermanno, quem persepe falli solitum vidimus, ipseque Reinesius agnoscit; at nos ODARIARIVM ab *Odario*, quod est *cătilena* apud Cangium in Glossar., idest *Cantilenarum magistrum* nomen potiùs sumpsisse dicimus. D

377 D · M
M·VALERIO·M·F·PAP E
ASTERI
VERONA
LANARIO·A·VIC ⚘ F
LORET·MINOR
FILIO·DVLCISSIMO
VIXIT·ANN·LVIIII
MEN·IIII· D·VIII G
M·VALERIVS·M·F·PAP
AXIANVS·FRATRI
ET·VALERIVS IANVA
RIVS AXIANVS·PATR H
INFEL·FEC

è schedis Barberinis.

378 T·DESTICIO
AVGVSTIA
NO·LIB·FIDELIS I
SIMO
DESTICIA
PLOTINA
PATRONA K

Vinea Puellarum Mendicantium.

379 D · M ⚘
ARIONI · CELSI
N̄· TABVL L
DIOSCORAS
CONSER·F

è schedis Barberinis.

380 D·M

A 380 D · M
L · PISTORI · EPHOEBI
TIBI · DIC · C·M
Penès Lapicidam ad Templum Pacis.

B 381 D · M
L · PVLLIO · L · F
VOL · IVSTO
Q · PEC · ALIM
C PARENT · FILIO
PIENTISSIMO
P
VIXIT · AN
D XXV
Ex schedis Chisiis.

382 ·· AELIO · Q · L · PHILARGYRO
ARBITRATV
E LAELIAE · Q · Q · L · PRIMAE
CONCVBINAE
In ruderibus Bæbiana Via Aurelia.

383 AEMILIO · ALCIMO
F PRINCIPI · PEREGRINOR
OMNIBVS · EXEMPLIS · ADQVE
TOTIVS
Vinea Angelonia Via Salaria.

G 384 D M
M · CLAVDIO
MVSAEO · DEC
VIAT · CONSVL ·
H ALFIVS · A L
Apud Nobb. de Allis in Sarcophago cũ mensa apparatu.

385 D . M
C · CAECILIO
I SATVRNINO
AVTOMATARIO
P · DOMITIVS
MAXIMVS
K AMICO
è schedis Barberinis.

386 M · VLPIVS · AVG · LIB
DIONYSIVS
L BYBLIOPOLA
F · S · ET · S
Ex eisdem.

Eadem nomina, sub alio *ab Auratu-ris* officio, habes in Grutero pag. DL-XXXIII. 14. repetita in filio.

387 P · AVDASIVS
Ɔ · L · STEPANVS
LAMPYRINI
BENEVOLAE · SVEI
Vinea PP. Prædicatorum Via Salaria.

388 D · M
M · ANTONIVS · M · LI
BERTVS · EBORARIVS
A · LVC · SEMEL · FECIT
SIBI · ET · ANTONIAE
LATINAE · CONIVGI
SVAVISSIMAE
è schedis Barberinis.

389 CL IRENICO
FILIO DVLCIS
SIMO CL EVTY
CHES AVS ET CL PO
THVMENVS PA
TER ET DECIA RV
FINA MATER
FECERVNT
Vinea DD. de Ciampinis sub Crypta Ferrata.

390 D · M
M · VLPI · AVG · LIB
EVTYCHI
TABVL · VIAE APPIAE
VIX · ANN · XXXX
FLAVIA
DAPHNE
CONIVGI · B · M
FECIT
Villa Cæsarina olim Bosii.

391 D · M
A · NAEVI
SATVRNINI
QVI ANTE
TITVLVM HVNC
SEPVLTVS EST
PATRI OPTIMO
A · NAEVIVS
MARCELLINVS
Ad D. Hilarionis extra Florentiam.

392 D·M

392 A

D M

POMPONIAE · TERTVLEAE · VIX · ANN · XXV · INFELICISSIMI B
PARENTES·FECERVNT·ET·SIBI·ET·TI·CL·EPAPHRODITO·COIVGI·EIVS

Villa Cæsarina in epistylio.

393 ANN XXI | P · AELIVS SA | FADIA CRES
MEN V | LVTARIS | CENTINA C
DIE XXIII
'AN IIII ME VIIII *Mulier jacens, & Puerulum complectens*
DI VI

Vinea Nobb. de Cavaleriis ad D. Balbina Tabula grandi musivi operis. D

394 DIS
MANIB
COSSVTIA
ARESCVSA
FELICI
FILIO · SVO
CARISSIM
FECIT
VIX·ANN·XIII

è schedis Barberinis.

idem nomen in Grut. pag. DCXLIV. 1.

395 TI· CLAVDIO·AVG·LIB
ORONTI · PRAEGVSTAT
AVG · N · VIX · ANN · XLVI
M · VIII · D · VIIII · H · S · E
TI·CLAVDIVS AMERYMNVS
B · A · F · C

Ex eisdem.

396 D · M
T · FL · PHEDIMO
T·FL· IONICVS·PATRO
NO · SVO · DONVM
DEDIT · DVLCIS
SIMO · BENEME
RENTI · FECIT

Sarcophago in Ædibus Nobb. de Palutiis.

397 C · VENNIVS · C · L
XANTHVS
CARPENTARIVS
A · VIC · III · ARAR

è schedis Barberinis.

398 DIIS
MANIBVS
METRODORVS
FLAVIAE E
FELICVLAE
CONIVGI
OPTVMAE
DE SE MERITAE F
QVAE · ANNV
XXX · AGES
DECESSIT

In Ædibus Carpineis. G

399 DIIS · MANIBVS
P · AMBIVIO · P · L
HERMETI · V · A · LXVII
ET
-AMBIVIAE P·L· MARGARIDI H
V · A LV
PARENTIBVS OPTIMIS ET
BENE DE SE MERITIS FECIT
P · AMBIVIVS P F
HERMES F I
PIENTISSIMIS

Hortis Matthaiis.

400 D · M
AELIA · EVTHENIAS
FECIT · SIBI · ET · ACILIO K
PRIMIGENIO · PETRO
CONIVGI · SVO · QVI
VIXIT · ANN · L O
ME · IIII · DI · VI
BENEMERENT · FCIT *sic* L
V · ANN · XXVII
MENSIBVS · V · D · XII

Vinea Abb. de Benedictis in Sarcophago.

A 401 P · AMBIVIVS
P · FIL · QVI · HERMES
ARAM POSVIT
P · AMBIVIO P LIBERT
HERMETI PATRI SVO VIXIT
B ANNIS LXVII
ET AMBIVIAE P·L· IVCVNDAE
SORORI SVE VIX·ANN·XIX·M·VI·
Apud Altaëmpsios.

C 402 L·RVTILIVS· L·L· ARTEMIDO
A·CARVILIVS· L·L· DIODORVS
P·SVLPICIVS · Q· L· PHILOCOM
MAG·CONL·CAPRINA·GALLA
D EX · D · D · AC · COERAVER
Tabula ex topho in Insula Lycaonia.

403 P·SALLVSTIO
NYCHIO
E NOMIVS
L F P S V
Vrnula in Hortis Vrsinis ad Esquilias.

404 D · M
F M· VALERIO · NEDYMI
LE · SCRIB · LIB · Q · III
DEC · I · F · C
Via Salaria veteri in bivio delle 3. Madonne.

G Titulum hunc SCRIBAE · LIBRARI QVAESTORI · TRIVM · DECVRIARVM vide extensum apud Gruterum pag. DCXXVII. 7.

H 405 C · IVLIO
PHILIPPO
EQVITI · ROMANO
CORPVS · FABRVM
I NAVALIVM · OSTIENS
QVIBVS· EX·S·C·COIRE·LICET
S · P · P
Apud Alterios.

K *Genius alatus porrigẽs poculũ oblivionis*
406 *Vir juvenis cubans ac dormiens*
DIIS · MANIBVS · COS · EVGENII
Ad Portam Pancratianam in tympano.

407 L · CORNIFICIVS · L · L
L PHILEMO · PVGIL
MARCIA · SEX · L
CLEOPAIRA *sic*
Villa Pamphilia.

408 DIS · M ·
A · CAELIO ·
PRIMITIVO
Q · VIX · AN ·
XVI · MEN · VIII ·
TVCCIA · HELPIS
MATER · INFEL
FECIT · FILIO ·
SVO · ET · SIBI
POSTERIS
QVE · SVIS
A L P V *animam liquit prater votum*
IN· A· P· VI· IN · F· P. IIII
Ibidem.

409 Q· CORNELIVS·Q·F·L·N
LEVINVS · FLAMEN
DIALIS
EX · S · C · TERMIN
RESTITVENDVM·COERAVIT
Apud Colocium, ut in ejus Vita.

410 L · CORNELIVS
VMMIDIANVS
FVRIAE SILVINAE
NVTRICI
VMMIDIANI · FILI SVI
PIISSIMAE
Ad D. Agnetis.

411 D · M
MELAE · Q
VIX · AN · IX
M · VI · ARGO
LICE · SOROR
B · M · F · C
In muro Vineæ à Torre Pignattara.

412 C · LVTIVS
ABDEVS
INFECTOR
Ex D. Georgio Baglivo Physico.

413 A V E
OCTAVI ALE
XANDER QVI
VIXISTI AN
NOS XXVII
Concordiæ.

414 YGIAE

414 D M
YGIAE · VER
SVAE · VIT · ANN · V *sic*
MESES · III · DIES · XXII
FECERVNT · M · VLP · EM
TVS · ET · LVCILIA · PRI
MITIVA · ET · SIBI · ET · SVIS · POSTR
E · O · R ·
In Horto Ronconii.

415 T · FLAVIO T · F · LARGONIO
HEROTI · MALACA · FABRO
FLATVRARIO Φ SIGILLIA
RIARIO · VIX · ANN · LXXVI
T · FLAVIVS IOCVNDVS
FR · PIISS · FEC
IN · AGRO · PED · IX · IN · FR · P · IIII
è schedis Barberinis.

416 D · *M*
M · VLPIO · *Aug · lib*
ABASCANTO · *qui · fuit*
CVSTOS · A COM*mentaris*
BENEFICIORVM · *fecit*
FLAVIA · PALLA*s* · *coniugi &*
B · M · ET · CAECILIV*s* · *Artemidorus*
FILIVS · EIVS · SIBI · *&* · *suis · libertis*
LIBERTABVSQVE · *posterisque*
EORVM
Genaziani, ex schedis Cameli.

suppletâ eâ, quæ apud Sponium mutila exhibetur in Miscell. pag. 208.

417 DIS · MANIBVS
TI · CLAVDIO · NERONIS
AVG · L · HICELO
CVBICLARIO
VIX · ANN · XXXX
Via Labicana.

Potentissimi, simulque rapacissimi Galbæ liberti Iceli meminit Tacit. Hist. lib. I. cap. 13. & 37.

418 D M
P · IVVENTIVS · SVCES
SVS · NEGOTIAS · CORI
ARIORVM · · · · · · · ·
Museo Carpineo.

419 SINGVLARIS INTEGRITATIS A
ET BONITATIS EXIMIAE
M · AVR · CONSIO · QVARTO ·
IVNIORI · C · V · CORRECTORI
FLAMINIAE · ET · PICENI · B
PONTIFICI · MAIORI ·
PROMAGISTRO · ITERVM
DVODECEMVIRO ·
ANCONITANI · ET · C
FANESTRES · CLIENTES
PATRONO
Museo Ciampino in basi.

420 MALLIVS · PAMPHILVS D
MEDICVS
PRIMILLAE · L · ET · VXORI · ET
PRIMO · L · DELICIO
CARISSIMIS · SIBI · FECIT E
IN FRONTE · P · XXII · IN AGR · P · XXV
Villa R. P. D. Nuptii apud Hortam.

421 DIIS MANIBVS
AVGVSTALIS IVNI F
FECIT ABASCANTVS
IVNI DE QVO NIHIL
DOLVIT NISI MOR
TEM EIVS G
Florentiæ apud Nobb. de Strozzis.

Hac ultimâ clausulâ usos vidimus coniuges inter se Cap. IV. totâ pag. 275. Vsurpat eandem *Augustalis* erga *Abascantum*, mancipia utraque Iunii communis eorum domini. H

422 CN · POMPEIO
ONESIMO I
POMPEIA · HEL
PIS · CONTVB ·
ET CONIVGI
BENEMERENTI K
In Museo Ciampino.

423 Θ · K
M · AVRELIVS
SATYR · AVG · LIB L
AVGVR
Ex schedis Barberinis.

In corona sub qua arbor, vulpis, serpens.

424 MAN-

A 424 MANLIA · ARTEMIS · SIBI · ET
T · FLAVIO · THEODORO
OPTIMO · CONIVGI · ET
TRYPHONI · ERMIAE · F
B ET·SVIS *ET·C·SEPTIMI*
O · GEMELLO · ET · SVLPICIAE · SECVN
DINE·ET·SVIS·LIB·LIB·POSTERQ·AEOR·

Hortis Pamphiliis.

C quod alio charactere cernitur, additum fuit posteriori tempore, & malâ literâ.

425 : · LIQVIS · CONDITIS · SACRVM ·
· CORNELIVS · MVSSIVS · SIBI · ET ·
L · CORNELIO · FAVSTO · FRATRI · SVO ·
D L · CORNELIO · THEOMNESTO · FILIO ·
ET · AEMILIIS · CONCORDIAE · CONIVGI ·
EVHODIONI · EVHODO · CONCORDIAE · FIL
E SALACAVDIANO · PRIMO · SPENI · FAVSTINO
FELICISSIMO · PISTENI · ALVMNIS LIBER
TIS · LIBERTAB · POSTERISQ · EORVM · SE VI
VO FABRICAVIT

Apud me, ex munere Illustrissimi D. Leonis Strozii.

F Quod reliquum est in corpore post obitum, *reliquias* appellasse antiquitùs, hìc & alibi in Grutero legimus, indicante Scaligero inter *Historica rerum memorabilium*. Facit hæc quoque Inscriptio Villæ Corsinæ in Cippulo.

G

426 RELIQVIIS · C · PACCI
H ARISTAENETI

427 L · FVFICIVS
OPTATVS FECIT
L · FVFICIO
I COMMVNI · PATRO · ET
FVFICIAE · MVSAE · LIB
SIBI · SVISQVE · LIBERTIS
LIBERTABVSQVE · QVOS
K TESTAMENTO · HONORAVERIT

In Suburbano Illustriss. Nuptii apud Hortam.

Opportuniùs inseri poterat hæc Inscriptio inter eas, quas attulimus Cap. III. post pag. 152. C.

L

428 IVLIA · D · L · MA
HIC · SITA · EST

Museo Carpineo.

429 CN · MANLIVS
SOTERICHVS
PORCIA · ATHENAIS
FECIT · SCHOLAM
OLLARVM · XX
SIBI · ET · SVIS

Vinea Ximenia ad Portam Collatinam.

430 *Instrumenta fabrilia in tympano*
M · AEBVTIVS · M · L
MACEDO · PATER
M · AEBVTIVS · M L
CALLISTRATVS · F
V · M · AEBVTIVS · M · L · EROS
V · IVLIA · L · L · BERENICE · V
IVLIA · L · L · HESVCHIVM
POMPONIA · L · L · SELENE
CLODIA · Ɔ · L · ANTIOCIS

In Hortis Matthaiis.

431 CELERI
NERONIS
AVGVSTI · L
A · · · · · O

In abaco Columnæ ad D. Agnetis.

Architecto putaverim lacunam ultimæ

 lineæ

lineæ ſupplendam eſſe; & innui fortaſſe *Celerem* illum, alterum ex *magiſtris & machinatoribus*, quibus uſum fuiſſe Neronem tradit Tacitus Annal. lib. XV. cap. 42, ut *ab Lacu Averno navigabilem foſſam uſq; ad Oſtia Tiberina deprimeret.*

432 D·ANNIVS
D·L·HERMO
GENES VIVIT
LAT·P·XII·LOG
ANNIA·D·L
DARDANA
VIVIT·P·XVII

Ad D. Cæſarei, ex ſchedis Barberinis.

433 D · M
F·ATALANTE
MATRI
DVLCISSIMAE
F·ZOSIME
FILIA

Villa Nuptia apud Hortam.

Sub eadem ſigla F. latere nomen Gentis Flaviæ, vidimus in alia noſtri Muſei Cap. V. num. XXV.

434 DIS · MAN
ANNIAE·SOTERIDI
L·ANNIVS·SYNERGVS
SIBI·ET·LIBERTIS·VTRIVSQVE
SEXSVS·POSTERISQVE·EORVM
ET·P·DECIMIO·CHRESTO
ET·LIBERTIS·LIBERTABVS·POSTERISQVE
EORVM

Ex ſchedis D. Philippi Bonarroti.

Credideram *libertos utriuſque ſexus* ideo expreſſos, ut evitaretur ſordidum illud verbum *libertabus*, ſic à nonnemine dictum, ſed non abhorrere ab hoc idiotiſmo, ſubſequens, vulgariſque forma demonſtrat.

435 DORIDI·ASINII·GALLI
AEDITVAE· A DIANA
ANTIOCHVS·CONSER
B·M·F

Florentiæ apud Nobb. de Stroziis.

436 T·IVLIO EVTICHETI PATRON
ET RECTORI COLLEG
DEND·SIGN·Q·Q·OB
PLVRA SAEPIVS BENE
FICIA ET MVNIFICENT
LARGITIONESQVE QVE
CIRCA COLLEGIVM SV
VM EXIBVERIT DIGNIS
SIMO EX AERE COLLA
TO STATVAM COLLE
GIVM DENDROFOR
POSVERVNT CVIVS DE
DIC DEDIT SING SS XXXII
ET EPVLVM DED

Signiæ, ex ſchedis Barberinis.

437 C·SEIVS·VITALIS
VIXIT·ANNIS·XIIII
MENSIBVS·VI
DIEBVS·XXII
QVEM·NON·LICVIT
PLVS·AETATEM·SVAM
FRVI·INFELICISSIMAM
MATREM·SVAM·FECIT
CATTIA · FORTVNATA
FECIT·FILIO·SVO
PIENTISSIMO

Ex ſchedis D. Philippi Bonarroti.

438 D · M
L·PATVLCIO·L·F·OFF·CELSO
TARR·MIL·COH·XII·VRB
7·CLAVDI
VIXIT·ANN·XXIII
MILIT·ANN·III

Ex eiſdem.

439 AEMILIAE
C·FIL·CAL
LISTAE
C·F·CONIV
GI·L·TVRCI
FAESASI·A
PRONIANI
COS
AVFIDENATES
D·D

A Caſtel di Sangro, ex ſchedis Chiſiis.

Conſul

A Consul iste *L. Turcius Apronianus*, Romanis Fastis ignotus, Duumvir Aufidenæ Samniticæ Vrbis esse potuit, qui honoris, sive ambitionis gratiâ, id nominis
B usurpare ausus sit, eâdem notione, qua se Burdigalę Consulem vocat Ausonius,

Diligo Burdigalam, Romam colo, Civis in hac sum,
C *Consul in ambabus.*

Scio equidem, non placuisse hoc Reinesio Epist. XXVIII. ad Rupertum pag. 139, ibi. *De COSS. municipalibus non*
D *possum amplius dubitare, ab ignaris antiquitatum Romanarum nobis fabricatos fuisse, quanquam & Scipio Gentilis noster 2. de Iurisdictione 5. è Casauboni*
E *Not. ad Apol. Apuleos conetur obtrudere.* qui Ausonium poëticè potiùs quàm propriè locutum asserit Epist. XXXI. pag. 160: sed prævalet Eminentissimi Norisii authoritas hoc lapide fulta, alioque quem nuper Pisis erutum ostendit in Cenot. Pisan. pag. 41.

440 D · M · S
FELIX · HERCVLEO
EQ · P · AED · II · COS · I
PONT · PERP
REIP · PIS

in quo, difficultatem mihi non facit suspicio illa doctissimo Viro oborta ob insolitam enumerationem primi Consulatus: innititur quippe ista, enunciationi antecedenti bis gestæ Aedilitatis; quemadmodum vidimus Cap. IV. num. 495. Magisterium primum ibi expressum, ubi bis, & tertiùm, alii exercuisse dicuntur.

441 DEDIC · IDIB · NOV · MAXIMO · ET · GLABRIONE · CoS
F CVRA · AGENTIBVS · AELIO · ACHILLA · EQ · VAL ·
EVPORO · ET · AVR · NOMINATO · PATRON · ET
AVR · NOMINATO · VALERIO · HILARINO ·
CALP · IVSTO · Q · Q · ET · AVR · EVTYCHIO · OCTAV ·
G PVDENTIANO · CL · SOCRATENO · QVEST · ET ·
ANT · CAPITOLINO · SCRIBA · CORPORAT ·

Vir juvenis cum calatho in capite, & tribonio indutus super nudo, dexterâ pateram super ara accensa exporrigens, lævâ cornucopiæ,
H *ad pedes modius cum spicis*

In Ædibus Nobb. de Bigazzinis.

442 ΜΝΗΜΗΝ ΤΗC ΙΔΙΑC ΓΑΜΕΤΗC ΜΕΤΑ ΜΟΙΡΑΝ ΑΤΡΕΠΤΟΝ
ΕΝ CΤΕΡΝΟΙCΙΝ ΕΧωΝ ΙΔΙΟC ΠΟCΙC ωΝ ΕΤΙ ΖωΟC
ΕΤωΕΦΥ CΤΥΛΑΙC ΠΑΡΟΔΟΙ ΠΟΡΕΤΟΥ ΘΥΠΕΤΡΑ Α
I ΠΡωΤΟΝ ΜΕΝ ΤΥΠΟC ΗΝ ΑΥΤΗ ΧΡΥCΗC ΑΦΡΟΔΙΤΗC
ΕΙΧΕ ΔΕ ΚΑΙ ΨΥΧΕΝ ΑΦΕΛΗ CΤΕΡΝΟΙCΙ ΜΕΝΟΥCΑΝ
ΗΝ ΑΓΑΘΗ ΝΟΜΙΜΟΙC ΔΕ ΘΕΟΥ ΓΑΡΕΓΕΙΝΕΤΟ ΠΑCΙΝ
ΟΥΔΕΝ ΟΛωC ΠΑΡΕΒΑΙΝΕ ΧΑΡΙΖΕΤΟ ΛΕΙΠΟΜΕΝΟΙCΙΝ
K ΔΟΥΛΙC̄ ΥΠΑΡΧΟΥCΑ CΤΕΦΑΝΟΝ ΤΟΝ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ ΕCΧΕΝ
ΖωΟΥC ΤΡΕΙC ΕΚΤΗCΕ ΓΟΝΟΥC ΜΗΤΗΡ ΕΓΕΝΗΘΗ
ΔΙCCωΝ ΑΡΡΕΝΙΚωΝ ΤΟ ΔΕ ΘΗΛΥ ΤΡΙΤΟΝ ΚΑΤΙΔΟΥCΑ
ΗΟΥC ΕΝΔΕΚΑΤΗC ΕΛΙΠΕ ΨΥΧΗΝ ΑΜΕΡΙΜΝωC
L ΚΑΛΛΟC Δ ΑΥ ΜΕΤΑ ΜΟΙΡΑΝ ΑΜΑΖΟΝΟC ΕCΧΕΝ ΑΠΙCΤΟΝ
ωCΤΕ ΝΕΚΡΑC ΠΛΕΟΝ Η ΖΟCΗC ΕΙC ΕΡωΤΑ ΦΕΡΕCΘΑΙ
ΕΙΚΟCΤΟΝ ΔΕ ΒΙωCΑCΑΝ ΑΦΕΛωC ΕΝΙΑΥΤΟΝ
ΜΑΡΚΙΑΝ ΤΗΝ ΕΛΙΚΗΝ ΖΟΦΕΡΟC ΤΑΦΟC ΕΝΘΑ ΚΑΛΥΠΤΕΙ ·

Monumentum propriæ coniugis post fatum immutabile A
[eam] *in pectore servans suus maritus adhuc superstes* [posuit]
quod est extra ordinem cipporum viæ verò lapis I
primum quidem typus erat ista aureæ Veneris
habebat verò animam simplicem in pectore manentem B
erat proba institutis Dei intererat omnibus
nullumque penitùs violabat miseris auxiliabatur
serva cum esset liberæ coronam obtinuit
Vivos tres enixa est fœtus mater facta C
duorum marium feminam verò tertiam cum vidisset
undecima aurora efflavit animam sinè solicitudine
pulchritudinem autem Amazonis post mortem servavit incredibilem
adeò ut in amorem defunctæ plusquam vivæ traheret D
cùm vigesimum vixisset probè annum
Martiam Helicem tenebrosum sepulchrum hic abscondit

Apud me.

Inter quamplurima exquisitiorem eruditionem spirantia marmora Barberinarum Aedium præcipuum illud est, quod Sponius in Miscell. pag. 52. recensuit, titulo quamvis omisso qui est LEX COLLEGI · AESCVLAPI · ET · HYGIAE; quod quia ex linearum prolixitate pagina nostra non capit; ita supplebimus ut ipsius lineas quæ non plùs E quàm XXIV. sunt (quamvis Sponius ad LIV. auxerit, principio exporrectiori indicemus) & omissionibus Sponii succurramus, relicta sibi laude Notarum, in qui- F bus ingeniosè se gerit, præsertim in nota S num. 11. sextarii, pro vini mensura.

443 LEX COLLEGI · AESCVLAPI · ET · HYGIAE G
SALVIA· C· F· MARCELLINA OB MEMORIAM FL· APOLLONI PROC·
AVG·QVI FVIT A PINACOTHECIS ET CAPITONIS AVG·L·ADIVTOR
EIVS MARITI SVI OPTIMI PIISSIMI DONVM DEDIT COLLEGIO AESCVLAPI ET HYGIAE LOCVM AEDICVLAE CVM PERGVLA ET·SIGNVM MARMOREVM AESCVLAPI ET SOLARIVM TECTVM IVNCTVM IN H
QVO POPVLVS COLLEGI SS· EPVLETVR QVOD EST VIA APPIA AD MARTIS INTRA MILLIARIVM Ī ET II AB VRBE EVNTIBVS PARTE LAEVA INTER ADFINES VIBIVM CALOCAERVM ET POPVLVM ITEM I
EADEM MARCELLINA COLLEGIO S S·DEDIT DONAVITQVE HS L̄·M· N̄· HOMINIBVS N̄· LX· SVB HAC CONDICIONE VT NE PLVRES ADLEGANTVR QVAM NVMERVS S S ET VT IN LOCVM K
DEFVNCTORVM LOCA VENIANT ET LIBERI ADLEGANTVR VEL SI QVIS LOCVM SVVM LEGARE VOLET FILIO VEL· FRATRI VEL LIBERTO DVMTAXAT VT INFERAT ARKAE N̄ PARTEM L
DIMIDIAM FVNERATICI ET NE EAM PECVNIAM S S VELINT IN ALIOS VSVS CONVERTERE SED VT EX VSVRIS EIVS SVMMAE DIEBVS INFRASCRIPTIS LOCVM CONFREQVENTARE

EX RE-

A EX REDITV EIVS SVMMAE SI QVOD COMPARAVERINT SPORTVLAS
HOMINIB· N̄· LX EX DECRETO VNIVERSORVM QVOD GESTVM
EST IN TEMPLO DIVORVM IN AEDE DIVI TITI CON
VENTV PLENO QVI DIES FVIT V· ID· MART· BRVTTIO PRAESENTE
B ET IVNIO RVFINO COS· VTI XIII· K· OCT· DIE FELICISSIMO N̄·AN-
TONINI AVG· N̄· PII P·P SPORTVLAS DIVIDERENT IN
TEMPLO DIVORVM IN AEDE DIVI TITI C· OFILIO HERMETI Q·Q·P·P·
VEL QVI TVNC ERIT X III AELIO ZENONI PATRI COLLEGI X III
C SALVIAE MARCELLINAE MATRI COLLEGI X III IMM·
SING· X II CVR· SING· X II POPVLO SING· X I ITEM PL·PR·NON·NOV·
N̄· COLLEGI DIVIDERENT EX REDITV S S AD MARTIS IN SCHO-
LAM N̄· PRAESENTIBVS Q̄Q̄ X VI PATRI COLLEGI X VI
D MATRI COLLEGI X VI IMM· SING· X IIII CVR· SING· X IIII PANES IIII
VINVM MENSVRAS Q̄ Q̄ S VIIII PATR· COLL· S VIIII IMM· SING·
S VI CVR· SING· S VI POPVLO SING· S III ITEM PR· NON· IAN·
E STRENVAS DIVIDERENT SICVT S S EST XIII K· OCT· ITEM VIII K·
MART· DIE KARAE COGNATIONIS AD MARTIS EODEM LOCO
DIVIDERENT SPORTVLAS PANE ET VINVM SICVT S S EST
PR· NON· NOV· ITEM PR· ID· MART· EODEM LOCO CENAM QVAM
F OFILIVS HERMES Q̄Q̄ OMNIBVS ANNIS DANDAM PRAESENTIBVS
PROMISIT VEL SPORTVLAS SICVT SOLITVS EST DARE ITEM
XI K· APR· DIE VIOLARI EODEM LOCO PRAESENTIBVS DIVIDE-
RENTVR SPORTVLAE VINV PANE SICVT DIEBVS S S
G ITEM V ID· MAI DIE ROSAE EODEM LOCO PRAESENTIB· DIVI-
DERENTVR SPOR
TVLAE VINV ET PANE SICVT DIEBVS S S EA CONDICIONE QVA
IN CONVENTV PLACVIT VNIVERSIS VT DIEBVS S S II QVI AD
H EPVLANDVM NON CONVENISSENT SPORTVLAE ET PANE ET
VINV
EORVM VENIRENT ET PRAESENTIBVS DIVIDERETVR EXCEPTO
EORVM QVI TRANS MARE ERVNT VEL QVI PERPETVA VALE-
TVDINE DETINETVR ITEM P· AELIVS AVG· LIB· ZENON
I EIDEM COLLEGIO S S OB MEMORIAM M· VLPI AVG· LIB· CAPI-
TONIS FRATRIS SVI PIISSIMI DEDIT DONAVITQVE HS X· M· N·
VT EX REDITV EIVS SVMMAE IN CONTRI
BVTIONE SPORTVLARVM DIVIDERETVR QVOD SI EA PECV-
K NIA OMNIS QVAE S S EST QVAM DEDIT DONAVIT COLLEGIO S S
SALVIA C· F· MARCELLINA ET P· AELIVS AVG· LIB· ZENO IN ALIOS
VSVS CONVERTERE VOLVERINT QVAM IN EOS VSVS QVI S S S
QVOS ORDO COLLEGI N̄ DECREVIT ET VTI
L HAEC OMNIA QVAE S S S SVIS DIEBVS VT ITA ET ANT· DIVI-
DANTQVE QVOD SI ADVERSVS EA QVID EGERINT SIVE QVID
ITA NON FECERINT TVNC Q· Q· VEL CVRATO
RES EIVSDEM COLLEGI QVI TVNC ERVNT SI ADVERSVS EA QVID

FECE-

FECERINT Q· Q ET CVRATORES SS· VTI POENAE NOMINE AR- A
KAE N̄ INFERANT HS XX M· N·
HOC DECRETVM ORDINI N̄ PLACVIT IN CONVENTV PLENO QVOD
GESTVM EST IN TEMPLO DIVORVM IN AEDE DIVI TITI V· ID·
MART· G· BRVTTIO PRAE B
SENTE A· IVNIO RVFINO COS· Q· Q· C· OFILIO HERMETE CVRA-
TORIB· P· AEL· AVG· LIB· ONESIMO ET C· SALVIO SELEVCO

Expectabat, merebaturque supplementum lapis iste, anno XLII. hujus in finem vergentis sæculi detectus, & à Nardino in sua Roma Antiqua pag.362. ita exhibitus.

TI· CLAV*dio Drusi f Cæsari*
AVGV*sto Germanico Pio*
PONTIFICi *Max Trib.Pot.IX.*
COS·V·IM*peratori XVI. Patri Patriai*
SENATVS·POPV*lusque Romanus quod*
REGES BRIT*anniai perduelles sine*
VLLA·IACTV*ra celeriter caeperit*
GENTESQ·E*xtremarum Orcbadum*
PRIMVS·INDIC IO *facto R. Imperio adiecerit*

Sed dum suppletioni huic per Gaugem Gozium Pisaurensem, non vulgaris eruditionis literatum, minimè acquiescendum judicabatur; pejùs adhuc suppletum legitur in impluvio Aedium Barberinarũ,

TI · CLAV|DIO · CAES
AVGV|STO
PONTIFIC|I·MAX·TR·P.IX
COS· V· IM|P· XVI · P· P
SENATVS · P|OPVLVSQ·R·QVOD
REGES·BRIT|ANNIAE·ABSQ
VLLA· IACTV|RA · DOMVERIT
GENTESQVE|· BARBARAS
PRIMVS·INDIC|IO · SVBEGERIT

vetus *additum*

sub eodem alterius anachronismo Tribuniciæ Potestatis IX, & Imperatoriæ acclamationis XVI; cum angustia loci, & exinde ortâ titulorum decurtatione. Quæ singillatim percurramus oportet, ut præclaro antiquitatis monumento, fides probabilis, si non exacta veritas constet.

De anachronismo, dubitari non sinit sequens Inscriptio, quæ cum consulatu quarto & designatione quinti, tribuniciam potestatem decimam copulat: C

444 PRO · SALVTE
TI· CLAVDI · CAES · GERMANICI D
PONT · MAX · TRIB · POTEST · X
IMP · XIIX · COS · IIII · DESIGN · V
SIGN · ARGENTI · P · X · ET
PRO · SALVTE E
NERONIS · CAESARIS · F · AGRIPPINAE
AVG · SIGN · ARG · P · V · VOTO
SVSCEPTO
VIATORES · ET · SCRIBAE · LIBR · ET
PRAEF · PRINCEPS · ET · LATINVS F
FELIX · DED·

Gruterus pag. CXIII. 3.

Vnde perspicuum fit, perperam cum consulatu V. nonam tribuniciam potestatem G
jungi, quando non ante undecimam ejus consulatus V. cum Orfito initus fuit. Nona siquidem, quam cum acclamatione H
Imperatoria XVI. placuit istis assumere, cadit sub consulatu quarto, ut rectè adnotatur in hoc conspicuo prætereuntibus Cippo ad Cloacam S. Luciæ, à Grutero I
quoque relato pag. CXCVI. 4.

445 TI · CLAVDIVS
DRVSI · F · CAISAR
AVG · GERMANICVS K
PONT · MAX · TRIB · POT
VIIII · IMP · XVI · COS · IIII ·
CENSOR · P · P
AVCTIS · POPVLI · ROMANI L
FINIBVS · POMERIVM
AMPLIAꟼIT · TERMINAꟼITQ

Ex hac Inscriptionis Barberinæ resecatione,

A catione, coactoque Laconismo, prove-
nit titulorum decurtatio, quinimo etiam
confusio & æquivocatio cum Ti. Clau-
dio Divi filio, qui & ipse *Tiberius Clau-*
B *dius Cæsar Augustus* rectè vocari potuit.
Et hinc, nôn de nihilo, sed quampluri-
bus aliis Inscriptionibus suffragantibus,
ultra eam quam Cap. I. num. 176. dedi-
C mus, Gauges titulos suos implevit (si
Pium excipias, quem nusquam assum-
psisse legimus). Inscriptiones extant
apud Gruterum pag. CLXVI. 4, CLXX-
D VI. 1. 4. & 5, CLXXXVIII. 3. 5. 6. & 8,
CCXXXVII. 5. & 8, inter quas speciali
nota dignæ sunt illæ CLXXVI. 1. & 5,
quæ totam subditorum Arcuum latitu-
E dinem æquabant.

Hęc igitur, tanquam contra Historiam
expungenda credimus; sicut in Gozii
suppletione τὸ *celeriter cœperit* in sexta
F linea, verbum *celeriter*; obstante Tacito
Annal. lib. XII. cap. 36, qui postquam
de captura uxoris & filię Caractaci Regis
meminit, ita subdit: *Ipse (ut ferme intu-*
G *ta sunt adversa) cùm fidem Cartisman-*
duæ Reginæ Brigantum petivisset, vin-
ctus, ac victoribus traditus est, NONO
POST ANNO quàm bellum in Britan-
H *nia cœptum.*

In quincta linea Barberini supplemen-
ti, post extensa verba SENATVS. PO-
PVLVSQ., non erat sub nota R signan-
I dus ROMANVS; cùm passim vel per
siglas legatur integer titulus S. P. Q. R,
vel, si notas omittere placet SENATVS.
POPVLVSQVE. ROMANVS, ut in
K Grutero pag. CXXXVI. 2, CLII. 7,
CLXXII. 4, CCXLIV. 3, CCXLVII. 4,
& CCLXXXVII. 3.

In sequentibus duabus lineis 5. & 6,
L minùs latina locutio videtur QVOD
REGES DOMVERIT; Vrbes quippe,
populi, gentes, vel nationes propriè do-
mitæ dicuntur.

Duæ tandem ultimæ lineæ, jejunitate (ut cæteræ omnes) & obscuritate laborantes, malè, & per anistoresiam supplentur à Gozio *de subactis Orchadibus*; cùm certum sit, Orchadas non adhuc innotuisse temporibus Claudii, primùmque per Agricolam circumnavigatam Britannię Insulam, & cognitum, undique circumfusam esse mari, ut ait Xiphilinus lib. LXVI. *Eodem tempore alterum bellum extitit in Britannia, quo bello Cn. Iulius Agricola regionem hostium universam vastavit, primusque omnium Romanorum, quòd sciamus, Britanniam circumfusam esse mari undique cognovit*: dixeratque prius Dio lib. XXXIX. verbis parùm diversis, *Successu temporis priùs quidem sub Agricola Proprętore, nostris autem temporibus sub Severo Imp. liquidò deprehensum est, Britanniam esse Insulam.* Iuvenalis quoque, qui Domitiani ævo satyras scripsit, de Orchadibus loquens, eas *modò captas* dixit Satyr. II. vers. 18. quod malè retroduci potest ad tempora Claudii, qui XL. circiter annis Domitianum, & sub eo detectas captasque Orchadas antecesserat. Hisce Authoribus conformat se Tacitus, cui, ut ipsius Agricolæ Genero fidem indubiam adhibere debemus cap. 10. *Hanc oram novissimi maris tunc primùm Romana classis circumvecta, insulam esse Britanniam adfirmavit, ac simul incognitas ad id tempus insulas quas Orcadas vocant invenit domuitque.*

Præfatus modò cum Cicerone lib. I. de Nat. Deor. *Vtinam tam facilè vera invenire possim, quàm falsa convincere*, meum tandem supplementum expono: utque me divinasse non obiiciant, Tribuniciam potestatem XI, & Imperatorium titulum XXIV. cum V. cos. qui in lapide certus est, coniunxisse; sponte fatebor me secutum Inscriptione Gruteri

6. pag. CLXXXVIII., quæ ipsum eundem annum initi & gesti V. consulatus per Claudium, suffectis sibi Fundano & Severo signant, ut Panvinius observavit. A

446 TI · CLAVDIO · DRVSI · F · CAISARI
AVGVSTO · GERMANICO B
PONTIFICI · MAXIMO · TRIB · POTEST · XI
COS · V · IMP · XXIIII · PATRI · PATRIAI
SENATVS · POPVLVSQVE · ROMANVS · QVOD
REGES · BRITANNIAI · PERDVELLES · ABSQVE
VLLA · IACTVRA · SVORVM · CAPTIVOS · HABVERIT C
GENTESQVE · BARBARAS · VLTRA · OCEANVM
PRIMVS · INDICTO · BELLO · IMPERIO · ADIECERIT

Vindicias nostræ correctioni quoad titulos ferent nobis allegatæ in Grutero Inscriptiones, & stylus receptus, exemplisque in hoc eodem Claudio comprobatus, easdem cum magniloquentia Asiatica, non autem tenuitate plùs quàm Laconica concinnandí.

Communis usus diphtongi AI in hac Arcus fronte resultat ex simili forma, quæ in ima ejusdem Arcus parte visitur in Grutero pag. CCXXXVI. 9.

Aliam rationem extensionis POPVLVSQVE in quinta linea, deducimus ex inspectione septimæ GENTESQVE.

In sexta, reposueram cum Suetonio cap. 17. TVMVLTVANTES, sed cùm respexissem ad diuturnitatem & sevitiam hujus Belli, potius visum fuit, & nobilius verbum Gozii PERDVELLES.

In penultima VLTRA OCEANVM D magnificè explicatur poëticum illud VLTRA ANNI SOLISQ. VIAS, aliudque ET TOTO DIVISOS ORBE BRITANNOS. E

In ultima tandem linea τὸ INDICIO FACTO, vanum & superfluum videtur: non enim INDICIO Britanniæ opus erat, centum antea annis à Iulio Cæsare F datis obsidibus tributariæ redditæ; quapropter Horatii phrasim ADIECTIS BRITANNIS IMPERIO assumpsimus, atque INDICTO BELLO reposuimus, G formulam Fecialem respicientes, & justum, moreque majorum illatum Bellum, ubi illud Cæsaris, privatæ excursionis vim habuisse videbatur. H

447 *Matrona stolata stans, & dexteram super caput pueruli demittens*

TI · CAESARI · DIVI
AVGVSTI · F · DIVI
IVLI · N · AVGVSTO I
PONTIF · MAXIMO · COS · IIII
IMP · VIII · TRIB · POTEST · XXXII
AVGVSTALES
RESPVBLICA K
RESTITVIT

similis, dexterâ sublatâ, levâ stolam sublevans.

*par*THENIA · · EI · RON · XX · *magnes*IA

è parte postica sex figuræ stantes, & sub jis hæc nomina L
TEMNOS CYBIRA MYRINA EPHESOS APOLLONIDEA HYRCA*nia*

latere sinistro, tres mulieres, sub quibus
MOSTENE *aeg*AE *Hieroc*AESAREA

lat. dextero binæ mulieres, & vir medius
PHILADELPHEA TMOLVS CYME

Cum

A Cum statim post hanc Basim Puteoli detectam, nimis forsan præcipiti studio, Antonius Bulisonus exponendæ ipsius, typisque suis commendandæ curam su- B sceperit: ego tum ut meo labori parcam, tum ne alienum contemnere videar, amici hominis explicationi insistam; ita tamen, ut nonnulla suppleam, quæ eru- C ditum quidem Virum, sed in hac Inscriptionum palæstra minimè exercitum, effugerunt.

Et primò, quam ipse nescio quam D THENIAM in fronte, dignioriique lapidis loco positam putat pag. 25. sui libelli, & cum THYNIA quadam Insula juxta ostium Ponti confundit, quæ nil ad ter- E ræmotum, quo reliquæ hujus Baseos Vrbes afflictæ fuerunt pertinere potest, ego, marmore ibi abrupto *Partheniam* reponendam duco; itaut nomen Metro- F polis Puteolanæ, SAMVM scilicet, quæ eadem vetustiori appellatione Parthenia dicebatur, expressam censeam, hisce Strabonis, & Plinii testimoniis innixus: G ille enim lib. XIV. ait, *Ea* [Samos] *priùs Parthenia dicebatur*; hic lib. V. Histor. cap. XXXI. pariter de Samo loquens, *Partheniam primùm appellatam Aristo-* H *teles tradit*. Adstruit hanc cogitationem, quòd figura illa muliebris cum puello cui dexteram imponit, tanquam sub ejus tutela natum & adolescentem protegens, I Lucinæ, idest Iunoni, præcipuo Samiorum numini convenit, quam unam eandemque esse putavit Cicero relatus à P. Harduino ad nummum Patini ΜΗΝΗ K ΣΑΜΙΩΝ, ubi Iuno, cum Luna ad pedes conspicitur.

Simili confidentiâ sequentia verba •• EI·RON·XX· (sic lego ex accurata L delineatione marmoris hujus ab Eminentissimo Cantelmo mihi transmissâ) in COTEIORON pag 26. ex Xenophonte immutat (cui tamen *Cotyoron*, quod Straboni *Cotyajum*) quodque mirum quantùm à locis terræmotum passis dissitum sit: præsertim quia nulla figura, quæ omnibus aliis Vrbium nominibus adest, huic *Cotejoroni* referri potest. Sed postquam conjecturis uti necesse est, constatque verbum illud EIERON non integrum esse, lævi correctione, priori E in H verso haberetur HIERON, quod propriè in Græca Colonia pro *Templo* accipi potest: additâque notâ numerali I ubi post notas XX marmor corrosum videri tradunt, resultaret numerus XXI Augustalium, ex prima erectione hujus Sacerdotii constitutus, ut ait Tacitus Annal. lib. I. cap. 54. *Idem annus novas cæremonias accepit, addito Sodalium Augustalium Sacerdotio, ut quondam T. Tatius retinendis Sabinorum Sacris Sodales Tatios instituerat; sorte ducti è primatibus Civitatis unus & viginti*.

Emendato hoc nomine, alioque *Partheniæ*, in reliquis bene supplet Bulisonius *Magnesiam*, *Hyrcaniam*, *Aegas, & Hierocæsaream*, legitque *Temnum*, *Cybiram*, *Myrinam*, *Ephesum*, *Apollonideam* (ex qua divisim duo loca constituit Eusebius, Apolloniam, & Diam) *Philadelpheam*, *Tmolum*, *Cymen*, *& Mostenem*.

In eo tamen ipsum falli puto pag. 15, quòd verba postrema RESPVBLICA RESTITVIT, de Republica Romana dici debere credit, ibi, *Poiche la parola dell'Inscrizione RESPVBLICA, non può in modo veruno di Pozzuoli intendersi*. Attamen, adeò latè patet hoc *Reipublicæ* nomen, ut non tantùm de *summa* (Romana scilicet) quàm etiam de inferioribus intellexerit linguæ Latinæ parens Cicero lib. III. de legibus, ita distinguens, *Scaurus Consul, utinam*, inquit, *M. Cicero isto animo atque virtute, in summa Republica nobiscum versari*,

quàm in municipali maluisses: faventque septuaginta & ampliùs Inscriptiones in Grutero, quæ in Oppidulo quovis Rempublicam agnoſcunt, ut nos in Labicana Cap. VII. num. 388, atque in Ocriculana non memarata Grutero ex ſequenti. A

448 RIO CVRATORI · VIAE
ET · ALIMENTORVM ·
IPVBLICAE · AECLANENSIVM
RICVLANORVM ·
OVINCIAE · ASIAE ·
ARIO · Q · K · FLAMINI ·

PROCOS · PROV · AFRI
COS · AQVARVM · ET · M B
ELECTO · AD · IVDICAND · SACR
RECTORI · ITALIAE · REG · TRA
CVRATORI · COLONIARVM · SPL C
LVGDVNENSIVM · CAM
CALENOR · XII · VIR · ROM

In Cœmeterio Calliſti.

Nec etiam illud probatur pag. 24. *Che i nomi delle Statue uniformi ſi veggono à quei delle Città oppreſſe, ſecondo vengono da Tacito, e Niceforo, e parimente da Geografi mentovati*: differunt enim tum ex mentione earum, quæ à calamitate immunes leguntur apud Tacitum, Cybiræ nempe & Epheſos; tum ex omiſſione earum quas afflicta ſcimus, inter quas prima & præcipua Tacito eſt Sardis. Vnde probabile mihi fit, non poſſe hinc hauriri numerum eorum locorum, quæ terræmotum experta ſunt; ſed totam illam Provinciam, & proinde Epheſum quoque, quam Prætoris Sedem ex Cicerone ad Atticum lib. V. epiſt. 13. cujuſque Epiſcopum ſucceſſivè ex Chriſtianis monumentis Aſianæ Diœceſeos Exarchum agnoſcimus, nec ſecùs Cybirates, qui juxta Strabonem lib. XIII. in fine, *à Lydis* (qui aſperrimam præ cæteris luem ſenſerunt) *dicuntur profecti*, ſumptus in hoc chariſterium contuliſſe.

Fruſtra igitur ex hac Baſi quæritur hiſtorica veritas quoad numerum Vrbium, quæ hoc Aſiatico terræmotu corruerunt; quaſque ex duobus concordibus, & calamitati proximis Authoribus Plinio & Tacito, duodecim tantùm fuiſſe non ambigimus.

Annus quoque in quo contigit, inter Scriptores controverſus remanet; cum Euſebius Tiberio & Rufo coſ. Anno D Chriſti LXIX, Tacitus (cui magis credendum) Rufo & Flacco coſ. Anno ſalutis LXX. accidiſſe narret.

Fallitur demum Interpres, dum ait, E pag. 44. numiſma quod habet Tribuniciã poteſtatem XXIV. & aversâ parte inſcribitur CIVITATIBVS ASIAE RESTITVTIS, proximè ad tempus ſuæ Inſcri- F ptionis accedere. Quandoquidem conſulatus Flacci & Rufi, ſub quo, nocturno motu terræ XII. Aſiæ Vrbes conlapſæ ſunt, cadit ſub XIX. Tribunicia poteſta- G te Tiberii ſi Vellejo Paterculo credimus, qui cæteris rerum Romanarum Hiſtoricis apertiùs loquens, annum Tribuniciæ poteſtatis ſextæ prorogatæ Tiberio poſt H ejus reditum à Rhodiano ſeceſſu, poſtque adoptionem V. Kal. Iulii, Cato & Sentio coſ. fuiſſe tradit: & procedendo ab hac Tribunicia poteſtate XIX. ad XXXII. no- I ſtri marmoris, violenter dicitur, *che, ſe non uguale di tempo à quello dell' Inſcrizione, poca, o neſſuna varietà eſſer vi poſſa*.

Vtque tandem conſtet undequaque K fides hujus inſignis monumenti; advertatur Tribuniciam poteſtatem XXXII, à die V. Kal. Iulii conſulatu Vinicii & Longini cœptam, bene jungi cum Trib. L Pot. XXXVIII, & conſulatu Proculi & Nigrini, ſub quo Tiberius, eâ non completâ die XVII. Kal. Aprilis moritur.

449 MH-

A 449 ΜΗΝΟΦΙΛΟΝ ΤΑΦΟϹ ΟΥΤΟϹ ΕΧΕΙ ΠΟΛΥΠΕΝΘΕΑ .
ΠΑΙΔΑ ΟΝ ΧΑΡΙΤωΝ ΠΡΙϹϹωΝ ΠΑΝΕΠΗΡΑϹΤΟΝ ΕΙΔΟϹ
ΕΧΟΝΤΑ ΑΙΝΟΤΟΚωΝ ΕωΝ ΦΘΟΝΟϹ ΗΡΠΑϹΕ
ΝΟΝΚΑΘΟΡΑΤΕ ΟΚΤω ΜΟΝΟΙϹ ΕΤΕϹΙΝ
B ΒΕΒΙω ΚΟΤΑΛΛΗϹΙΤΕ ΠΕΝΤΕ

Ex Cæmeterio D. Agnetis inversè posita apud me.

Menophilum sepulchrum hoc continet calamitosum puerum
Quem amabilissima forma plusquam Gratiæ præditum
C *Malignorum parentum suorum invidia rapuit. Quem cernitis*
Annis tantùm octo vixit & mensibus quinque

Ita vertit V.Cl. Laurentius Zaccagnius
D Vaticanæ Bibliothecæ primus Custos, qui in secunda linea verbum ΠΡΙϹϹωΝ, quod ita legitur, tanquam nullius idoneæ significationis in ΚΡΕΙϹϹΟΝ immutandum censuit.

450 CN · SENTIO · CN · FIL
CN · N̄ · TER · FELICI
E DEC · DECR · AEDILICIO · ADL · D · D · D · ADL
Q · A · OSTIENS · II̅ · VIR · Q · IVVENVM
HIC PRIMVS OMNIVM · QVO · ANNO · DEC · ADL · EST · ET
Q · A · FACT · EST · ET · IN PROXIM · ANNVM · II̅ · VIR · DESIGNAT · EST
F QVINQ · CVRATOR NAVIVM · MARINAR · GRATIS ADLECT
INTER · NAVICVLAR · MARIS · HADRIATICI · ET · AD QVADRIGAM
FORI VINARI PATRONO DECVRIAE SCRIBAR CERARIOR
ET LIBRARIOR · ET LICTOR · ET · VIATOR ITEM · PRAECONVM · ET
I ET ARGENTARIOR · ET NEGOTIATOR · VINARIOR · AB · VRBE *sic*
ITEM · MENSOR · FRVMENTARIOR · CERERIS · AVG · ITEM · CORPOR
SCAPHARIOR · ET LENVNCVLARIOR · TRAIECT · LVCVLLI ET
DENDROPHORVM ET TOGATOR A FORO · ET DE SACOMAR
H ET LIBERTOR ET SERVOR PVBLICOR ET OLEARIOR ET IVVEN
CISIANOR · ET VETERANOR AVG · ITEM BENEFICIARIOR PROC
AVG · ET PISCATOR · PROPOLAR CVRATORI LVSVS IVVENALIS
CN · SENTIVS LVCILLVS
G GAMALA CLODIANVS · F
PATRI · INDVLGENTISSIMO

Inter rudera Ostiensia nuper reperta.

451 ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΜΑΙ ΔΑΜΑΡ ΥΠΑΤΟΥ ΗΡΟωϹ ΑΓΑΥΟΥ
K ΑΡΡΙΟΥ ΜΟΙ ΦΙΛΙΟΥ Τω ΔΕ ΜΙ ΓΕΙϹΑ ΜΟΝω
ΗΝ ΔΕΚΕΝ ΕΚ ΠΡΟΓΟΝωΝ ΠΟΤΕ ΤΟΥΝΟΜΑ ΠΟΥΒΑΙΑΝΗ ΜΟΙ
ϹΚΙΠΙΑΔΑΙ Δ ΕΠΕΛΟΝ ΕΥΓΕΝΙΗ ΤΕ ΠΡΕΠΟΝ
ΧΗΡΕΙΑΙϹ Δ ΑΥΤΗΤΟΝ ΑΠΑΝΤΑ ΧΡΟΝΟΝ ΜΕΙΝΑϹΑ
L Κ ωΚΥΜΟΡωΝ ΤΕΚΕωΝ ΠΕΝΘΑΙ ΤΑΚΟΜΕΝΑ
ΕΝ ΒΙΟΤω ΔΕ ΓΟΝΟΝ ΓΟΥΛΥΝ Δ ΑΝΕΤΛΗΝ ΜΟΓΕΟΥϹΑ
ΜΟΥϹΑΙϹΙ ΜΟΥΝΟΝ ΤΗΝ ΦΡΕΝΑ ΘΕΛΓΟΜΕΝΗ

In Ædibus Barberinis.

Hic jaceo berëis supremi ac nobilis uxor A
Arri cui tantùm corpore nota viro
Clara Pubeanæ fuerant mihi nomina gentis
Scipiadûm clarum nobilitate genus
Orba viro viduum duxi sine crimine tempus B
Abreptæ prolis icta dolore gravi
Dum vixi multosque tuli miseranda labores
Illexitque animum sola Camœna meum

Ita carmine vertit D. Emanuel Martinus Valentinus, sed ad literam hic sensus est. C

Hic jaceo uxor summi & præclari Heröis
Arris mihi chari quem solum virum cognovi
Erat enim ex progenitoribus nomen mihi quondam Pubæana
Scipiadæ autem erant generis nobilitate conspicui D
In Viduitate eadem omne tempus permanens
Natorum subito fato abreptorum dolore consumpta
Dum viverem multos labores perpessa sum ærumnosa
Musis tantùm animum demulcens E

Nonnullis Gruteri Inscriptionibus medelam adhibui, sed tantùm prout in transcursu se se obtulit occasio: Atqui cùm persæpe obversetur oculis tanquam secundam schalarum requiem Aedium Eminentissimi Cardinalis de Carpineo occupans, hæc quam ex Grutero transcripsit, imò deturpavit Sponius in Miscellan. pag. 229, omnia susque deque habens. F

452 M · IVNIO · M · F · PAL · RVFO
SOTERICHVS · PEDAGOG · FECIT G
HAE · SVNT · PARVAE · TVAE · MEAEQ · SEDES
HAEC · CERTA · EST · DOMVS · HAEC · COLENDA · NOBIS
HAEC · EST · QVEM · MIHI · SVSCITAVI · VIVVS *sic*

Eam in literæ sensu ita emendo; integrosque duos versus in fascia, quæ inter figuras duplicis ordinis exporrigitur, quorum aliquod in Grutero vestigium, ita lego, quamvis minusculæ literæ difficulter admodum appareant. H

SIQVA TAMEN PIETAS GELIDOS MOVET *Anxia Manes*
RVMPE MORAS *spes hac s*OLA EST MIHI GRATIA *vita*

Lacunas implevit Ioannes Vincentius Gravina, Vir *adversis suis clarus*, & immeritis probris prolixè, & ad bonorum fastidium impetitus; quæ me quoque manere timeo, dum in ejus partes me transire, & amici forsan quamvis non adhuc cogniti poëtæ ingeniosos, sed nigro nimis sale respersos conatus improbare viderint.

In tertio Inscriptionis versu repono PARVAE, ubi PRIMAE sedes Sponius importunè suffecit, quasi sepulchrum cum incunabulis confundens: Et postquam figuris exornandum hoc monumentum susceperat, omittere laterum novitatem non debuit, ut pro urceolo & patera, ut fieri solet, personæ scænicæ latè patentibus buccis hinc indè visuntur. I K

Palmare denique erratum, & cæteris gravius in eo residet, quòd M. Iunius, ingenuus adolescens, ac Soterichi servuli dominus in tunicula stans inducitur, pedagogus autem civili habitu sedens; perperam L

A peram omnia,& contra marmoris fidem, & herile decus:cùm præfertim ex eodem Grutero pag. DCCXI. 6. in fimili monumento, quod huic noftro lapidi ægregiè convenit, præmittatur Infcriptioni *Hic fub fornice fculptus in fede difcipulus, contrà ftante Præceptore dextrâ extensâ.*

B

453 ΜΑΡΚΕΛΛΗϹ ΤΑΦΟϹ ΕΙΜΙ ΤΙϹ ΑΥΤΗ ΓΡΑΜΜΑΤΑ ΛΕΞΕΙ
ΑΡΤΙΓΑΜΟϹ ΚΟΥΡΗ ΕΙΚΟϹΙΝ ΟΥϹΑ ΕΤΕωΝ
ΑΥΤΗ Η ΓΕΝΝΗϹΑϹΑ ΚΑΙ ΚΗΔΕΥϹΑϹΑ ΕΠΕΓΡΑΨΑ
C ΑΧΘΟϹ ΕΧΟΥϹΑ ΚΡΑΔΙΗϹ ΠΕΝΘΕΟϹ ΟΥΚ ΟΛΙΓΟΥ

Apud Hieronymum Miletum ex fchedis Barberinis.

Marcellæ tumulus fum quænam ipfa fit literæ dicent
Nova-nupta puella vigefimum annum agens
D *Ipfa quæ genui & educavi infcripfi*
Angorem habens in corde doloris non modici

454 AENNODIVS VATES LVCIS REDITVRVS IN ORTVM
HOC POSVIT TVMVLO CORPORIS EXVBIAS
E CLARVS PROLE QVIDEM GENEROSIOR IPSE PROPINQVIS
QVOS FVNCTOS LAVDVM IVSSIT HABERE DIE̅
REDDIDIT HOS CAELO VIVACIBVS ILLE FIGVRIS
CVM FECIT FAMAE VIVERE COLLOQVIIS
F QVID MIRVM SI MORTE CARET POST BVSTA SVPERSTES
QVI CONSANGVINEOS RESTITVIT SVPERIS
QVANTVS ILLE FORET MVNDI CELEBRATVR IN ORAS
NEC SILET OCCIDVI CARDINIS OCEANVS
G SCHISMATA CONIVNXIT DVDVM DISCORDIA LEGIS
ATQVE FIDEM PETRI REDDIDIT ECCLESIIS
POLLENS ELOQVIO DOCTRINAE NOBILIS ARTE
RESTITVIT CHRISTO INNVMEROS POPVLOS
H LARGVS VEL SAPIENS DISPENSATORQVE BENIGNVS
DIVITIAS CREDENS QVAS DEDIT IPSE SVAS
TEMPLA DEO FACIENS HYMNIS DECORAVIT ET AVRO
ET PARIES FVNCTI DOGMATA NVNC LOQVITVR
I DEPOS·SVB·D·XVII·KAL·AVGVSTAS VALERIO·V̅C̅·CoS

Ticini ad D. Michaelis.

455 TESSALIVS VICTORIAE COIVGI BENEMERENTI
POSVIT TITVLVM QVE VIXIT CVM COIVGE SVO ANNIS DVO
K M · VIIII · DIES · VI · QVAE REMISIT FILIVM
M · XI · CVIVS FACIEM NON VIDIT

In Cœmeterio Gordiani & Epimachi.

456 EV QVANTIS IMPEDIMVR LACRIMIS MEMORARE SEPVLCRVM
VM SVBITO NOBIS CARORVM TRIVM PROLIS·AVFERTVR AGATON
L MABILIS TEQVE DEFLEAM YPPOLITE DVLCIS NEC NON ET TV OMNI
VS ISTIS CARIOR PETRONALIS O ATRA DIES·A QVA TVMVLVS SVS
EPIT FVNVS GERMANVM HIC REQVIESCENT IN PACE AGATO YPPO
LITVS ET PETRONALIS GGG FFF

Ad D. Mariæ Trasftiberim.

457 FI-

457 FILIAE ❦ DVLCISSIMAE ❦ SABI . . . A
PARENTES ❦ FECERVNT ❦
QVAE PER INNOCENTIA ❦ SVA ❦
AVT ❦ PER CIBO ❦ AVT ❦ PER POTV ❦ TVLI
TA ❦ EST ❦ DE SAECVLO ❦ QVAE VIXIT ❦ ANNIS B
VIII ❦ MENS ❦ IIII DIES XXIII ❦ DISC ❦ IIII NON · M

Effossa inter Appiam & Ardeatinam An. 1640.

458 POSITVS ❦ EST ❦ HIC ❦ LEONTIVS · PRESBITER · HOLYM
CVIVS · NEPVS · LEONTIVS · NVPER · POSITVS ❦ IIII ❦ NON ❦ DECB C
STILLICONE ❦ CONS ❦ II ❦ · QVI · VIXIT ❦ ANN · ❦ VIII · ❦ · M · IIII ·

Ad D. Martini in Montibus, mutila apud Gruterum pag. MLIV. 5.

459 PETRONIO ❦ MERCVRIO ❦ FILIO D
DVLCISSIMO ❦ BENEMERENTI ❦ HA
BES ❦ REQVIEM ❦ IN · NVMERVM · IVS
TORVM · QVI · VIXIT · ANN · XXVI ❦
M · IIII · D · X · DP · KAL · SEPT · IN PACE E

Vinea Puteana Via Latina in pariete Domus.

460 ✣ MORS · QVAE · PERPETVO · CVNCTOS · ABSORBET · HIATV
PARCERE DVM NESCIT SAEPIVS IPSA FAVET
FELIX QVI AFFECTVS POTVIT DEMITTERE TVTOS F
MORTALEM MORIENS NON TIMET ILLE VIAM
CANDIDA PRAESENTI TEGITVR MATRONA · SEPVLCRO
MORIBVS · INGENIO · ET GRAVITATE NITENS
CVI DVLCIS REMANENS CONIVX NATVSQVE SVPERSTES G
EX FRVCTV MATER NOSCITVR IN SOBOLE
HOC PRECIBVS SEMPER LACRIMOSA HOC VOCE PETEBAT
CVIVS NVNC MERITVM VOTA SECVTA PROBANT
QVAMVIS CVNCTA DOMVS NVNQVAM TE FLERE QVIESCAT H
FELICEM FATEOR SIC MERVISSE MORI
HIC · REQVIESCIT · IN · PACE · CANDIDA C · F · QVAE VIXIT P · M
ANN · L · DIE IIII · ID · SEPTEM · IMP · D · N · MAVRICIO · P · P · AVGVSTO
ANNO III · P · C · EIVSDEM ANN · II · IND · QVARTA I

Neapoli ex Capaccio.

461
ALESDRA ☧ *figura* QVE · BIXIT
ANNVS · PLVS *orans* MENVS · XXX K
DEPOSITA · IN PACE · XV K
duo agni ad pedes AVGVSTI

Sub Capitolio prope Hospitium PP. Cistercienfium.

462 HIC REREQVIES ANIMAE MELIOR LARGISSIMA VITA *sic* L
HAEC QVIES ACRYCIAE TVMVLO QVAE CONDITA IACET
ENTI MERVISSES · · MEN QVO · · · TAS SVP VOVIT

In Atrio Coenobii S. Laurentii extra muros sub columnis.

463 CVL-

A 463 CVLMEN OPES SOBOLEM POLLENTIA REGNA TRIVMPHOS
EXVVIAS PROCERES MOENIA CASTRA LARES
QVAEQVE PATRVM VIRTVS ET QVAE CONGESSERAT IPSE
CAEDVAL ARMIPOTENS LIQVIT AMORE DEI
B VT PETRVM SEDEMQVE PETRI REX CERNERET HOSPES
CVIVS FONTE MERAS SVMERET ALMVS AQVAS
SPLENDIFICVMQVE IVBAR RADIANTI CARPERET HAVSTV
EX QVO VIVIFICVS FVLGOR VBIQVE FLVIT
C PERCIPIENSQVE ALACER REDIVIVAE PRAEMIA VITAE
BARBARICAM RABIEM NOMEN ET INDE SVVM
CONVERSVS CONVERTIT OVANS PETRVMQVE VOCARI
SERGIVS ANTISTES IVSSIT VT IPSE PATER
D FONTE RENASCENTIS QVEM CHRISTI GRATIA PVRGANS
PROTINVS ALBATVM VEXIT IN ARCE POLI
MIRA FIDES REGIS CLEMENTIA MAXIMA CHRISTI
CVIVS CONSILIVM NVLLVS ADIRE POTEST
E SOSPES ENIM VENIENS SVPREMO EX ORBE BRITANNI
PER VARIAS GENTES PER FRETA PERQVE VIAS
VRBEM ROMVLEAM VIDIT TEMPLVMQVE VERENDVM
ASPEXIT PETRI MYSTICA DONA GERENS
F CANDIDVS INTER OVES CHRISTI SOCIABILIS IBIT
CORPORE NAM TVMVLVM MENTE SVPERNA TENET
COMMVTASSE MAGIS SCEPTRORVM INSIGNIA CREDAS
QVEM REGNVM CHRISTI PROMERVISSE VIDES
G HIC·DEPOSITVS·EST·CEADVAL·QVI·ET·PETRVS·REX
SAXONVM · SVB DIE XII · CAL· MAIAR · INDICTIONE
II · QVI · VIXIT · ANNOS · PL · M · XXX · IMPERANTE
DNO · IVSTINIANO · PIISSIMO AVG · ANN· EIVS· CON
H SVLATVS·IV· PONTIFICANTE APLICO · VIRO·DOMNO
SERGIO·PP· ANNO·SECVNDO

Fuit in veteri Basilica S. Petri. Gruterus habet, sed mutilam pag. MCLXXIV. 11.

364 AVR · SATVRNINVS · DIAC · SIBI· ET
I AVR · VENERIAE · DVLCISSIMAE
CONI · DE PROPRIO SIBI FECERVNT
ROGO ET PETO OMNEM CLERVM
ET CVNCTAM FRATERNITATEM VT NVLLVS
K DE GENERE VEL ALIQVIS IN HAC SEPVLTVRA
PONATVR

Venetiis in Ædibus Andreæ Lauredani Bernardini fil. Patricii.

465 VRBICE ORFANE
L ET MALIFATIE
Q·VIX·ANN·XXIII·
IN PACE

è Cœmeterio D. Agnetis.

Cùm unius tantùm anni computentur τὰ ORFANE & MALIFATIE appellationes, ipsius Vrbicæ fortasse erunt, itaut MALIFATIA, quasi morti per maleficium adacta fuerit.

466 PE-

466 PETRONIO ✠ MERCVRIO ✠ FILIO A
DVLCISSIMO ✠ BENEMERENTI ✠ HA
BES ✠ REQVIEM ✠ IN · NVMERVM · IVS
TORVM · QVI · VIXIT · ANN · XXVI ✠
M · IIII · D · X · DP · KAL · SEPT · IN PACE B

Vinea Putea in pariete Domus Via Latina.

467 QVINTILIANVS·HOMO·DEI
CONFIRMANS TRINITATE
AMANS CASTITATEM
RESPVENS MVNDVM
REQVIESCET VNA CVM
QVI VIXIT ANN · P M
THEODOSIO AVG ET

Ex schedis Barberinis.

468 DEPOSITA IN PACE
HELPIS XIIII·KAL·IVNIAS
BASSO ET ANTHIOCO COSS
QVE VIXIT DEO ANNIS
XIIII

Apud Gregorium Ammianum.

469 ANIMA
SANCTA
CATA NOMEN *leg.* CASTA
BENEDICTA

Apud Sfortias. Cippus ex lapide nigro.


470 LOCVS·OPPORTV
NI · CIRCITORIS CON
IVGISQ · EIVS ALBI
NAE ATQ · FILIORVM
EORVM PALATINAE
ET VRBICI
REQVIESCENTIVM
IN PACE

In pavimento S. Balbinæ.

471 PARENTES · A
NERIO APHRODISIO
FIL · DVLCISSI C
MO·V·ANN·I·M·I·D·VII
ΑΦΡΟΔΕΙCIΕ ΧΑΙΡΕ

In pavimento S. Ioannis Lateranensis.

472 D
DECENTI INPACE
QVI B ANN XI E




Ex Cœmeterio Divæ Helenæ in Museo Carpineo.

473 ✠ IC RE F
QVIES
CIT BO
NIZZA
CORPO G
REPVL
VEREO

Ex schedis Bibliothecæ Vaticanæ.

474 CLAVDIVS H
CAPITO



In Cœmeterio Callisti. I

475

☧ K

NEGOTIAS COIVGI SVAE · · ·
IVS SE NEMO INMORTALIS N · · · · ·
· · LVS DEVS DOMINE QVI DEDISTI O · · · · · ·
· · · · · · CERSITIONE SVSCIPE ANIMA · · · · · · · · · L
· · · · · · · · · · ANT TV NOMEN TVNT QV · · · · · · · · · · ·
· · · · · · · · · · · QVE FECIT CVM CONI · · · · · · · · · ·
· · · · · · · · · · · · · A XI · D XXV ·

Fragmentum tabellæ alabastritis ex Museo Carpineo.

Facere

A *Facere cum coniuge*, ideſt *viuere*, ſignificare diximus ad Inſcriptionem VIII. Cap.IV.pag.268.ubi aliæ plures; quibus & ſequens addenda venit.

476 DVLCISSIME
NICENI QVE VIXIT ANN · XXXII ET FECIT
B CVM MARITO ANN VIIII ET M · X · ET · D · VII
DEP·VIII·KAL·MAR· GRATIANO ET PROBO
CONS·

Ex Cœmeterio Cyriacæ in Muſeo Carpineo.

C 477 ☧ VANDALICA · RABIS · HANC · VSSIT · MA ··· IS · AVLAM *ſic*
QVAM· PETRVS· ANTISTIS · CVLTV· MELIORI · NOVAVI *ſic*

In Sacrario Templi D. Ioannis Calybitæ, olim in Inſula Portuenſi.

478 PAVPERIBVS · VICTVM · NVDIS · CVM · TEGMINA · CONFERT
D HVNC · HABVIT · PATREM · ORFANVS · ET · VIDVA
HANC · AVLAM · PROP ······· BVS · CONSTRVXIT · AB · IMO
IN · QVA · SANCTORVM ····RIMA · MEMBRA · MANENT
VRBIS · PORTENSIS · SEN ···· VAE · PRESSA · RVINA

E *Fragmentum ibidem.*

479 KARIS SANCTISSIMO KALETICO COMPARI DVLCISSIMO
QVI IN COIVGIO MECVM VICXIT ANNOS XXII
ET OMNEM VITAM COMPLEVIT ANNOS XLV CONCESSIT
F GENESI DIE X KAL SEPTEMBRIVM IN PACE

Ad D. Agnetis Via Nomentana.

480 P QVI VIXIT ANNIS
ANNVM PATRIS SVI INVESTIS

G *è Cœmeterio Calliſti in Villa Carpinea.*

481 ANASTASIVS · ANDREAS · IOANNES · ET · LEO
FILI · PATRI · BENEMERENTI ET MEMORABILI
FECERVNT IN PACE
H CLAVDILIO PATRITIO QVI BIXIT
ANNVS LXVIII
ORAT : G
A ☧ ω

I *Interamne in Epiſcopio.*

482 MODERATO COIVXS ET FILI TVI PA
TRE NOSTRO · QVI · B · ANNIS PLVS MINVS LXX
DVLCISSIMO · PIENTISSIMO BENEMEREN
K TI IN PACE


Villa Carpinea.

483 FL · MAXIMO · V · C · CON
✠ CONCESSVM · LOCVM · PETRO
L ROME · EX · TRIBVNO · VOLVP
ET · CONIVGI · EIVS · IOHANN
PAPA · HORMISDA · ET · TRANSM
DVS · PRAEPOST · BASC · BEATI · PE

Ex ſchedis Barberinis.

In Christiano homine Tribunatum, publicarum voluptatum, ideſt, ludorum & ſcænicorum ſpectaculorum moderatorem interpretamur; non de eo, qui privatis Principum voluptatibus, illicitis plerumque, præfuit, ut diſtinguit Gothofredus in l. ultima Cod. Theodoſ. de Scænic.

484 ✠ POSIDONIVS ✠



In Cœmeterio B. Calliſti.

485 BONIFATIVS INNOX B
LANDIOSVS QVI VIXIT ANNOS II
MESES VII ENOFITVS BENE *ſic*
MERENTI IN PACE
DEPOSETVSS VX KL
IANVARIAS

Villa Carpinea.

486 DEPOSITA CANDIDA·DIE
S·IDVVM MAIARVM
POST·CONSVL·IOHANNIS
ET BARANAE DIE SOLIS



Florentiæ apud Nobb. Guicciardinis.

487 CIRIACVS · FIDILIS
DECESSIT OCTO DIES
MINVS A TRES ANNVS
IIII KAL MAR

Villa Carpinea.

488 SABBATI·DVLCIS
ANIMA PETE ET RO
GA PRO FRATRES ET
SODALES TVOS

In Cœmeterio Gordiani & Epimachi.

489 SINPLICIE VERECONDE



In Cœmeterio Priſcillæ.

A Spoletio prope Diverſorium *le Vene*, ubi Clitumni Fontes eleganter & accuratè deſcribit Plinius epiſt. 8. lib VIII. A
extat Templum, quod idem Plinius Clitumni Genio dicatum fuiſſe tradit, at B
Vibius Sequeſter hoc idem Iovi Clitumno addicit. Ex primitiva & vetuſtiſſima ſtructura, Porticus & facies Sacelli quadrati, flumini, & occidenti Soli obvertitur. C
Primis verò Chriſtianitatis temporibus, parti quæ Viam Flaminiam reſpicit, Altare ad orientem Solem, exporrecto ultra quadraturam ſemicirculari fornice erexerunt; D
ſcalis ex utroque latere applicitis, unde Porticus ad præſens præruptus adiri poſset. Fronti autem Sacelli inſcripſerunt, E

490

✝ SANCTVS · DEVS · ANGELORVM
QVI· FECIT· RESVRRECTIONEM

lateri dextro, F

✝ SANCTVS·DEVS·APOSTOLORVM
QVI · FECIT · REMISSIONEM

oppoſito lateri, G

✝ SANCTVS·DEVS·PROPHETARVM
QVI·FECIT· REDEMPTIONEM

Holſtenius obſervavit in Tabulis Peutingerianis, hunc locum vocatum fuiſſe H
AD SACRARIA; ſed immutationem Templi, & additionem ſcalarum non agnovit; unde aliud à Templo, quod Iovis Clitumni cum Cluverio pag. 702. I
lineâ 29. fuiſſe credimus, conſtituit; novâ formam Templi ejuſdemque à prophano cultu ad Chriſtianum ritum converſionem impugnans: cui tamen vèl invito K
excidit ichnographia, qua exteriorem ſpeciem quadratam falsò exhibet, prout omnibus prætereuntibus patet.

491 L

ERMETES  PASSVS

Ex Cœmeterio Priſcillæ apud Excellentiſſimum D. Ducem Roſpilioſium.

492 LO-

A 492 LOCVS BENENATI ♡ ET GAVDIOSAE
COMPARAES ✠ SE VIVI
CONPARABERVNT
AB ATHANASIO ET ANTIOCHO · F̅S̅

In Roma Subterranea.

B

Vltimam notam F̅S̅ intelligo non de *Fratribus*, ut Reinesius, ſed de *Foſſoribus* cum Boſio harum rerum conſultiſſimo : iſtorum quippe officium verſabatur in excavandis in duro plerumque topho loculis ad cadavera tumulanda; unde apud Arringhum To. II. pag. 283. repræſentatur

C

493 FOSROTOFIMVS

(quod ipſe explicat FOSSOR TROPHIMVS) in ipſo actu loculum cœmeterialem malleo vel ligone effodiendi.

Explicant hoc idem ſequentia Epigrammata;

D 494 FL· STELLICONE V C SVB DIE X KAL
SEPTENBRES EMIT SOTERES SE
VIVA ET MARITO SVO
E VERNACOLO CONPARI SVO EMIT
A CELERINO FOS

Ibidem.

495 EVPANDRIO · FABER · QV · · · · ·
F VIXIT · ANNOS · P · M · LV *instrumentum fabrile*
DEPOSITVS · IMPACE · REFRIGERO
VII · KL · DEC · DIE · MARTIS · COSTASI · · ·
MISSE A FOSSORE SVSTVAVRISO IIII · T · ·

Ad D. Martini in Montibus ex ſchedis Barberinis.

I

496 A ☧ ω

Duo Aviculæ

H

SAN MARTYRIBVS PETR ISPO
QVI VIXIT AN X ET PASSVS EST XIIII KAL FEBR


Ad D. Euſebii.

G 497 FABIANETI CONIVGI DVLCISSIME
ET BENEMERENTI QVAE VIXIT
MECVM MENSES VIIII
CATAERONIVS CONIVX

Ex Cœmeterio D. Agnetis.

K

498 INCITO FILIO KARISSIMO
QVI VIXIT · ANN · XV · IN PACE
INCITATVS ET SILVINA
L PARENTES FECERVNT





Ibidem.

499 QVI CEMITV TRISTI LACRIMIS TE DEFLET IN ORAS A
DVLCI CONIVCIO QVAERITVR SE LVCE RELICTVM
VNA
SOBRIA CAS
MARCIA QVAE VIXIT ANNOS XVIIII ET M X B
DEP · KAL · SEPT · IVLIANO AVG · IIII · ET SALVSTIO

Museo Carpinео.

500 HIC REQVIESCIT FIRMICA · FILIA DEP · IN PACE
QVAE VIXIT ANNOS PLVS MINVS XX · ET AD SVPEROS C
MVNDA TRANSIIT CVIVS ANIMA IN PACE REQVIESCAT

Neapoli apud Hadrianum Guilielmum.

501

COGITATA · VI XIT ANNIS · N̄ · QVINQVE · M ENSES · N · III · D · XIIII

figura orans



PARENTES DO LENTES POSV ERVNT FILIE DVL CISSIME D E F

Ex Cœmeterio D. Agnetis.

502

☧	ΕΝΘΑΔΕ ΚΙ ΤΕ ΑΥΡΕϹω ΠΟϹ ΚΑΔΔΑ ΝωΝ ΤΗϹ ϹΥΡΙ ΑϹ ΖΗϹΑϹ ΕΓΗ Ν ΜΙΥΡΟΤΙω ΕΝ ☧	*Hìc ja-* *cet Aureso-* *pus Cadda-* *non ex Syri-* *a vixit annis L* *in Miurotia*

G H

Verona apud Alexandrum Seratium Physicum.

503 HONAGRA · QVE · VIX · AN · XXV · M · V ·
D · V · IDVS · AVG · IN PACE ♁

Hortis Iustinianeis,

504 LVCIVS · VRSO · FILIO · BENEMERENTI I
QVI · VIXIT · AN · II · MEN · VIII
D · I · VIII · KALE · IAN · IN · PACE

Ad D. Chrysogoni.

Quò evidentiùs exprimam Catervii & Severinæ Christianum tumulum in Tolentinate Canonicorum Regularium Ecclesia asservatum; aliqua interpolatim ad legentium captum sunt premittenda. K

Frons anterior, quæ ambos Coniuges dextris junctis repræsentat, supernè (in operculo scilicet) hanc Inscriptionem asservat, binis exametris versibus in unaquaque linea compræhensis. L

505 QVOS PARIBVS MERITIS IVNXIT MATRIMONIO DVLCI OMNIPOTENS DOMINVS TVMVLVS CVSTODIT IN AEVVM
CATERVI SEVERINA TIBI CONIVNCTA LAETATVR SVRGATIS
PARI-

A PARITER CRISTO PRAESTANTE BEATI

hucusque in ima fascia operculi. Continuatur autem sequens versus in summitate Sarcophagi,

QVOS DEI SACERDVS PROBIANVS LAVIT ET VNXIT

B in cujus medio stat protome mulieris ad dexteram sui viri; & ad ejus latus in extremitate arcæ stat Petrus Apostolorum Princeps; à latere verò catervii Doctor Gentium Paulus, ad cujus pedes, minutulis characteribus legitur

PA INGEMINĀT RVRSVS PDIE P̄CONIA PAV · ·

C Operosior est pars adversa quæ Aræ maximæ obvertitur, & in summitate operculi spatioque ibi adaperto, hæc habet.

FL·IVL·CATERVIVS V·C·EX PRAEF·PRAETORIO QVI
VIXIT CVM SEPTIMIA SEVERINA C·F DVLCISSIMA
D CONIVGE ANNIS XVI MINVS D·XIII·QVIEVIT IN PACE
ANNORVM L·VI·DIERVM XVIII·XVI KAL·NOB·DEPO
SITVS EST·IIII·KL·DCB·SEPTIMIA SEVERINA C·F ❦
E MARITO DVLCISSIMO AC SIBI SARCOFAGVM
ET PANTEVM CVM TRICORO DISPOSVIT
ET PERFECIT

In eodem operculo, & fascia quæ illud Sarcophago jungit, legitur in triplici distichorum serie duas lineas conficiente: parte extremâ

F FLENDE IACES IN BASSO ITERVM DEFVNCTE CATERVI
OCCIDIT ORE GENVS NOMINE POSTERITAS

In medio

TV MEDIVS GEMMA ET GERMANIS CLAVSA METALLIS
G MORTE TVA FRACTVM EST BASSE MONILE PIVM

In alia extremitate

OCTAVVS DECIMVS VIX TE SVSCEPERAT ANNVS
OCIVS ERIPITVR QVOD PLACET ESSE DEI

H Refert hæc omnia, confusè quamvis, P. Mabillonius pag. 223. sui Itin. Ital.; sed dum aliorum errata notat, à propriis non est immunis. In eo autem præcipuè videtur immoratus, ut Catervium & Severinam ab albo Sanctorum expungat. *Sed hæc* (ut ipse ad alia transiens subjungit) *viderint Tolentinates*.

I 506 ΘΕΟΙC ❦ ΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΙ·
ΕΝΘΑΔΕΓω ΚΕΙΜΑΙΟΛΥΜΠΙΑ ΕΤ·
ΚΒ· ΕΛΛΗΝΜΕΝΤΟΓΕΝΟCΠΑΤΡΙC ΔΕ ΜΟΙΗΤΟΝ
ΑΠΑΜΕΑ·ΟΥΔΕΝΑΛΟΙΓΗCΑCΑ ΟΥΜΕΙΚΡΟΥΨΥΧΗΝΟΥΜΕΓΑΛΟΥ
K ΚΡΑΔΙΗΝ·CΓΕΛΗΝ ΔΗΝΕΠΥΗCΑΚΑΤΑΧΘΟΝΑΔΑΚΡΥCΙΘΕΡΜΟΙC
ΠΑΡΘΕΝΟΝΗΝΕΛΑΒΟΝ CωΤΑCΟΛΥΜΠΙΑΔΙΠΕΠΟΙΚΑ·CΤΟΡΓΗ
ΓΑΡΜΕΓΑΛΗΤωΝΑΜΦΟΤΕΡωΝΔΙΕΜΕΙΝΕΝ·ωCΟΠΟΥΦωC
ΤΟΓΛΥΚΥΝΠΑΡΕΜΕΙΝΕΑΚΤΕΙCΙΕΠΙΛΑΜΠωΝ·ΗΔΥΝΑΠΟ
L CΤΟΜΑΤΟCΚΑΙΓΛΥΚΥΝωCΜΕΛΙΤΙΝ·ΤΑΥΤΗΝCΤΗ
ΛΗΝΕΠΥΗCΑCωΤΑCCΕΦΙΛΗCΑC·ΨΥΧΗΔΙΨωCΗ
❦ ΨΥΧΡΟΝΥΔΡω ΜΕΤΑΔΕC ❦
ΑΔΕΦΟCΤΑΥΤΕCΕΠΕΓΡΑΨΕΝ

Quantùm

Qantùm coniici poteſt, Olympiadi huic annorum XXII. ex Apamea, Sotas vir tumulum ſtruxit, animæque illius ſitienti frigidam aquam exoptat. Cæterùm in hac Inſcriptione ita deformata, in qua Author nullo certo ordine ſit locutus, tumultuariè referens ea, quæ ſparſim à diverſis collegerat, centonem in- A
ſulſum agnoverunt Viri docti: egoque ab ea referenda abſtinuiſſem, & ignoratam in Muſeo jacere ſiviſſem; niſi poſtremâ illâ adprecatione, alterius noſtræ In- B
ſcriptionis XIX. Cap. VI. explicationem, adiuvari poſſe crederem.

507 R · FESTVS V · C · DE SE AD DEAM NORTIAM C
FESTVS MVSONI SVBOLES PROLESQVE AVIENI
VNDE TVI LATICES TRAXERVNT CAESIA NOMEN
NORTIA TE VENEROR LARE CRETVS VVLSINIENSI
ROMAM HABITANS GEMINO PROCONSVLIS AVCTVS HONORE
CARMINA MVLTA SERENS VITAM INSONS INTEGER AEVVM D
CONIVGIO LAETVS PLACIDAE NVMEROQVE FREQVENTI
NATORVM EXVLTANS VIVAX ET SPIRITVS OLLIS
CETERA COMPOSITA FATORVM LEGE TRAHENTVR
SANCTO PATRI FILIVS PLACIDVS E
IBIS IN OPTATAS SEDES NAM IVPPITER AETHRAM
PANDIT FESTE TIBI ❦ CANDIDVS VT VENIAS
IAMQ VENIS TENDIT DEXTRAS CHORVS INDE DEORVM
ET TOTO TIBI IAM ❦ PLAVDITVR ECCE POLO F

Villa Cæſarina, olim in Eccleſia S. Nicolai de Forbitoribus.

Suſpicatur Sponius, qui & ipſe hanc Inſcriptionem profert in Miſcellan. pag. 99. R. Feſtum illum eundem eſſe, qui apud Gruterum pag. CDLXIV. 7. Proconſul Græciæ enunciatur; at ego nullus de hoc dubito, cùm lin. 5. de Proconſulatus ejus honore, & quidem duplici, meminerit: atque minimè nobis novum accidit, ſiglam R nomen Rufii ſignificare poſſe, ut oſtendimus Cap. V. ad Inſcr. XXV. p. 372, & XXXVI. p. 381.

Deæ Nortiæ nomine, SORTEM ac FORTVNAM ſignificari, tradit Martianus Capella in libro de Nupt. Philol. cap. IX, cujus, ut *magnam eſſe vim* dixit *in utramque partem, vel ad ſecundas, vel adverſas* Cicero lib. II. de Offic.; ita hæc Florentina Inſcriptio,

508 MAGNAE DEAE
NORTIAE

è ſchedis Barberinis.

MAGNAM fortè Deam hanc appellat.

509 FLORAE
TI PLAVTIVS DROSVS
MAG II G
V · S · L · M ·

Minucius Felix, Lactantiuſque, *Floram* inter propudioſa gentilitatis numina collocant. Vindicat autem hanc infamiam H
Ouzelius ad Minucium pag. 233. ubi ex Varrone & Ennio probat, Romulo antiquiorem fuiſſe Floræ cultum, & Flamines ei datos. Veſtigium igitur hìc rema- I
net, in Sabinis primum Floram coli cœptam, cùm è Sabino agro in lamella ænea inſcriptio hæc nuper eruta fuerit apud Licentiam Vrſinorum Oppidum, quod Di- K
gentiâ rivo alluitur, Licentia quippe à *Digentia* detortũ nomen facilè quis credet.

510 D · M · S · SVFFENATIAE L
PRAEPVSAE FECIT
Q · MVCIVS TANARIV
CONIVGI BENE MEREN

Villa Carpinea in Vrnula o. natiſſima.

Locus

A Locus huic conveniens fuisset post num. 422. Capitis antecedentis inter Gentes Grutero ignotas.

511 C·V·CLODIO·FABATO
B MARITO·OPTIMO
ATILIA·MARCELLA
TERRENVM CORPVS
CAELESTIS·SPIRITVS·IN·ME
C QVO REPETENTE PIAM
SEDEM NVNC VIVIMVS ILLIC
ET FRVIMVR SVPERIS
AETERNA IN LVCE FABATVS
D *Ad S. Abundium sub Ariniano è schedis Barberinis.*

512 D · M
M·IVL·SERANO
ANN·XXXII
IN ITINERE·VR
DEFVNCTO·ET
SEPVLTO COELIA
ROMVLA
MATER FILIO
PIISSIMO
ET COLLEGIVM
SALVTARE
D·D·
è schedis Vaticanis.

513 ....
VSTIAN QVI ....
ETVVS ADE ....
E IR AVG IIII VIRI ....
ENICOS ET ....
T DECVRIO ....
CVM PRIN ....
F MI CVM ....
Sequuntur tres lineæ desperatæ lectionis
AVG DRVSI PATRIS GERMANICI CAESARIS DRVSI CAE
RIPPINAE AVIAE NERONIS CAESARIS GERMANICI ....
G ANTONIAE AVG F ET CLVPEA INAVRATA VI ET .....
TILE VNA CANCELLOS ACERNEOS POD ....
In parietinis Ecclesiæ S. Primi olim Episcopalis Gabiorum.

514 L·TARQVITIVS
H Ↄ·LIB·SEVERVS
FECIT·SIBI·ET
FLAVIAE·SEDATAE
CONIVGI·SVAE·ET
I L·TARQVITIO·L·F·FAB
SEVERIANO·ET
LIBERTIS·LIBERTABVS·ET
M·PVBLICIO·MAGNO·AMICO
K *In Basi apud Cervinos Transtiberim.*

515 DIIS
MANIBVS
Q·IVLI
L Q·IVLI
SECVNDI
LIBERTI
CHRYSEROTIS
In Vinea Nobb. de Roudininis.

516 L·ANNIVS·GENETI
VOS·DECVR·VERON
SIBI·ET·L·ANNIO
ARPAIO
ET·ANNIAE·GENESI
PARENTIB·ET·L·AN
NIO·MARCELLINO
FRATRI
ET·VALERIAE·OEBADI
VXORI
QVAE·FACIVND·CVRAV
Veronæ apud Bartholomæum Frattam.

517 D · M
M·CLAVDIO
MVSAEO·DEC
VIAT·CONSVL·
ALPHIVS·AL
In fronte Sarcophagi cum mensa apparatu apud Allios.

518 D·M

518 D · M
CALPVRNIAE · L · F
NICES
SER · CALPVRNIVS
HELIVS
SCIPIONIS · ORFITI
ATIAS
CONIVGI · KARISSIMAE
Cippo in Vinea Rondinina.

519 C·SPEDIOLEIO·CEREALI
GRAMMATICO · LAT
In Hortis Mediceis sub stemmate viri togati, circa quem signa Zodiaci.

520 D · M
T · AVRELI
CL · CERTI
CEMENELI
FR · LEG·XX· V·V·
IVLIVS SEVERVS
ET AVRELIVS
SEMPRONIVS
H · F · C
Ex schedis Vaticanis.

521 CLODIAE · L · F
AVIENI
MATRONAE MVNICIPES
Ameria.

522 MVSTIAE
FESTAE
MVSTI FESTVS
VRSVS SALVTARIS
TARQVITIA
FILI
In Aventino.

523 IVLIO CELADO
ET IVLIAE MELISSAE
PATRONIS FECERVNT
DVO LIBERTI
C · IVLIVS PHILETVS ET
C · IVLIVS APPOLLONIVS
BENEMERENTIBVS
Hortis Iustinianeis.

524 C · T · TAMVDII
GEMELLVS · ALBANVS
AQVAM · P · S ·
è schedis Vaticanis.

525 TI · CLAVDIVS A
CHRYSOGONI
L · EVPHEMVS
RESTITVTAE · ET
CINCIAE · TALIAE B
FL · IP · S
Cippulo ornatissimo in Vinea Rondinina, sub epigraphe Bos iacens.

526 L · CLAVDIO C
L · F · FAB
SABINIANO
EQVO PVBLICO
COLLEGIA D
FABR · ET CENT
TITVL · VSVS
è schedis Vaticanis.

527 AEGRILIO · FAVS · · · E
CARISSIMO · AEGR · · ·
HILARIO · TATA DO · · ·
VIT · QVI · VIXIT
ANNIS · XXV · MENS · VI F
Fragmentum Sarcophagi in Ædibus Alliorum, ubi Venatio Apri Calidonii.

528 NYMPHIS GEMINIS
SACRVM
C · FVFIVS · GEMINI · F G
POLITICVS
IDEM · AQVAM · PERDVXIT
Firmi.

529 D ❦ M H
M · VLPI · FAVSTI · VIXIT
ANNIS · X · MENSIBVS · V
DIEBVS · XVIII
M · VLPIVS · ANTAS · AEDITVS *sic* I
AEDIS · CONCORDIAE · FILIO
DVLCISSIMO · SIBI · ET
COIVGI · FECIT
Hortis Vaticanis. K

530 TI · CLAVDIO
SALVIANO
HERCVLANO
AVG · GRATIS L
CREATO
DVPLICARIO
Tibure.

531 D · M

A 531 D · M
L·SVLPICIVS·SEVERVS
ET·SVLPICIA·IVSTINA
FILI·L·SVLPLICIO·CLEME
B NTI·IIII VIR·I·D IIII·VIR·ET
QVAESTORI·ARCAE·REIP
NEPESINOR ··········
SEVIRO ·············
C ············· PATRI
OPTIMO · POSVERVNT
Ara in Ecclesia S. Eusebii prope Ronciliomem.

532 D ⏀ M
D EGRILIAE · EVTYCHI
DIS·VIX·ANN·XVIIII·
MENS·VIII·DIEB·VIII
HELIANVS·ET·ACTE
E PARENTES
A·EGRILIO·HELIANO
D EGRILIA·ACTE·CONIV·CARI M
Vinea Sciarra ad Viam Aureliam.

F 533 *Arula cum Modiis, & spicis in angulis, excavata supernè ad lachrymas, seu libationes. Stemma Mulieris.*
I D · M
C·POMPONIVS
PHILADESPOTVS
FECIT·SIBI·ET·POMPONIAE
H EVHODIAE·BENEDICTAE
CONIVGI·CARISSIMAE
QVAE·VIXIT·MECVM
ANN·XXXX·SINE
G QVAERELLA·ET·IN·HOC
SEPVLCHRO·NE·QVIS
PONATVR·NISI
FILI·MEI·ET
K POMPONIAE·HYGI
AE·FILIAE·BENED
Villa Cæsarina.

534 D · M
L CN·CLATI·LVPVS·AEL·
HERMIONE·CONIVGI
In operculo Sarcophagi in Vico dell'Armata.

In ipso Sarcophago expressa est Fabula Meleagri, simili prorsus operæ (itaut eundem Scalptorem agnoscant periti) àc aliud marmor hujus argumenti, quod visitur inter Admiranda Roman. Antiquit. fol. 77., in quo Althæa mater in ultionem fratrum à filio neci traditorum, unde

melior matre fuisse soror

ab Ovidio lib.I.Trist.Eleg.VII. dicta est, fatalem stipitem in ignem coniicit, aversâ ob facti horrorem facie; Meleager jacet in lectulo, Medico adstante, & sororibus frustrà pharmacum admoventibus; Atalanta verò juxta assidens, sponsum jamjam periturum fletu prosequitur.

535 FORTVNAE
SACRVM
OB MVNIFICENTIAM
CVRIATI COSANI
D · D
Spoleti in Columnula apud Nob. D. Sisinium Polum.

De hoc Curiatio Cosano Decurione Cæretanorum, ter meminit Inscriptio apud Gruterum pag. CCXIV.

536 IVNONI·LVCIN
SVLPICIA·SER·F·PRO
PAVLLA·CASSIA
F·SVA
In Museo Ciampino.

537 Q·PETRONI
MELIORIS
COS·MV
Florentiæ in Sarcophago in quo Currus triumphalis.

Videatur, an *Municipalis Consul*, de quo suprà ad Inscriptionem num. 439. adversus Reinesium plura diximus, hic designetur.

538 D · M
LYGIANES
FECIT·DAMA
LAS·PATER
FILIAE
Villa Burghesia.

539 M · AVRELIVS FVLVIVS ANTONINVS A
FILIVS IMPERATORIS CAESARIS T · AELII HADRIANI
ANTONINI AVG · PII · P · P

540 M · GALERIVS AVRELIVS ANTONINVS
FILIVS IMPERATORIS CAESARIS TITI AELII HA B
DRIANI ANTONINI AVG · PII P · P ·

541 AVRELIA FADILLA FILIA IMP · CAE
SARIS TITI AELII HADRIANI ANTONINI C
AVGVSTI PII P · P ·

542 T · AVRELIVS ANTONINVS M ·
AVRELII CAESARIS FILIVS IMP · ANTONINI AVGVSTI
PII P · P · NEPOS D

543 T · AELIVS AVRELIVS M · AVRELII ·
CAESARIS ET FAVSTINAE AVG · FILIVS IMP · ANTO
NINI AVGVSTI PII NEPOS

544 DOMITIA FAVSTINA M · AVRELII E
CAESARIS FILIA IMP · ANTONINI AVGVSTI PII
P · P · NEPTIS

Ex Analectis P. Mabillonii omnes.

545 ΔΙΙ · ΗΛΙω · ΜΕΓΑΛω F
CΑΡΑΓΙΔΙ · ΚΑΙ · ΤΟΙC · CΥΝΝΑΟΙC
ΘΕΟΙC · ΤΟ · ΚΡΙΓΤΙΔΕΙΟΝ · ΛΑΜΓΑΔΑ
ΑΡΓΥΡΑΝ · ΒωΜΟΥC · ΤΡΕΙC · ΠΟΛΥΛΥΧΝΟΝ
ΘΥΜΙΑΤΗΡΙΟΝ ΕΝΠΥΡΟΝ G
ΒΑΘΡΑ · ΔΥΟ
Λ · ΚΑCCΙΟC
ΕΥΤΥΚΗC
ΝΕωΚΟΡΟC ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ H
CΑΡΑΠΙΔΟC
ΥΠΕΡ ΕΥΧΑΡΙCΤΙΑC
ΑΝΕΘΗΚΕΝ · ΕΓΑΓΑΘω
PERMISSV I
C · NASENNI
MARVLLI
PONTIFICIS · VOLCANI · ET
AEDIVM · SACRARVM · ET K
Q · LOLLI · RVFI · CHRYSIDIANI
M · AEMILI · VITALIS
CREPEREIANI · $\overline{\text{II}}$ · VIR

Hortis Iustinianeis. L

Piccartus ad hanc Inſcriptionem, partem latinam omiſit, græcam autem tantummodo Reineſio per Rupertum Epiſt. XLI. pag. 346. tranſmiſit. Sponius contrà jam corpore mutilam in Miſcell. pag. 340. capite privavit: unde truncum inane

inane

A inane nobis componendum relictum est.

Reinesius, qui partem græcanicam ingeniosè explicavit Classe I. num. 199, latinam apud Gruterum repertam pag.
B CCCXVIII. 8, suspicatur *saxa duo diversa fuisse, cùm aliò transferrentur conferruminata esse, ut nunc à minùs attentis pro uno, & continuo habeantur*. Su-
C spicionem tollere potuisset præsenti, & non ex longinquo, ut suus est mos, cavillanti, basis ingentis integræque aspectus, unde egomet bilinguem hanc epi-
D graphen exscripsi.

546 IMP·CAES·L·VALERIO
DIOCLETIANO
PIO·FELICI
E INVICTO·AVG·PONTIF·MAX
BRITANNIC·MAX·GERM
MAX·TRIB·POTEST·II·CoS·II
P·P·PROCOS
F HONORATI·ET·DECVRION
ET NVMERVS·MILITVM
CALIGATORVM

Villa Burghesia.

G *Numerus* hoc loco agmen militare significat, ut in Grutero pag. DXXVIII. 7 & MXCVI. 6.

547 CEIONIO·CALLISTO
H FILIO·DVLCISSIMO
Q·V·A·III·M·VII·D·XI
CEIONII·LAMYRIS
ET·POMPEIANVS
I PARENTES·FILIO·IN
COMPARABILI

Ad D. Agnetis in Vinea.

548 T·ANONIO·MARCELLINO
K V·C·CONS·CAMP·PATRO
NO·DIGNISSIMO·OB·IN
SIGNIA BENEFICIA·QVI
BVS LONGA POPVLI TE
L DIA SEDAVIT VNIVER
SA PLEBS BENEVENTA
NA·CENSVIT·PO
NENDAM

Beneventi in Officina ad Plateam.

549 D N
FLAVIO CLAVDIO
CONSTANTINO
PATRE AVO
MAIORIBVS IMPP·
NATO
CAESARI NOB·
SEMPER·ORBI·TERRAE
PROFVTVRO
V

Lapis milliaris à Forojulii Romam venientibus.

550 IMP·CAES
FL·VAL
CONSTANTINO
P·F·AVG
. . . .
. . . .
NEPOTI
DIVI CONSTANTI
AVG·PII
FILIO
XXXIIII

Alius in Vico Caballa juxta Brinomiam.

Iactantia tertiæ, quartæ, & quinctæ linearum in penultima Inscriptione, huic etiam refundenda, ex origine usque à Claudio Gotthico desumpta, juxta Inscriptionem 4. pag. CCLXXXIII. apud Gruterum, benè declaratur à Ruperto in Synopsin Besoldianam pag. 416, qui etiam nomen & splendorem Flaviæ Gentis adscitum ex Trebellio explicat.

551 BEIVS·II VIR ITER
SVO IN MVNICIPIVM
CVNIA SVA ADDVXIT
S IECIT IN PISCINAM
NDO EST SALIENDAM
EMQVE PROBAVIT
OR SOLI IN QVO BALNEVM EST
EMPTORI DE AQVA
BALNEO FLVERE AQVAM
NEV NE CARERENT
MVNICIPES
LEBEIVS DEDIT

Foronovo in Sabinis.

552 NVMICIA · C · L *protome* C · NVMICIVS A
PAVLLA *viri* C · L · PHILINVS

Atramento calci inscripta, & opere topiario circumdata.

Villa Corsina.

553 ADSCRIPSIT · CALES · COS · CVM B
R · COLONIAM · DEDVXIT · GRAVISCAM

Q · III VIR · A · A · A · F · F · AED · CVR · IVDEX · VENEFICIS · P · R
REPETVNDIS · CVRATOR · VIS · STERNVNDIS · COS · CVM · M · PERPENA

Duo fragmenta ex schedis Barberis olim ad usum liminaris S. Martini in Montibus. C

Duo hìc è Claudia Gente Consules insignes viri memorati videntur, P. Claudius Pulcher, qui Graviscæ Coloniæ deducendæ Triumvir fuit Anno Vrbis DLXXI: & C. Claudius P. F. qui Anno DLXXIV cum M. Perpena Cos. processit.

554 VARIAE · L · F · GESTIANAE D
VXORI
L · CALIDI · L · F · STEL · NIGRINI · IIII · VIR
IVR · DIC · IIII · VIR · QVINQ · II · AVGVR · FLAMI E
NIS · AVG · PARENTIS · ET · PATRONI · MVNICIPI
FILIAE
L · VARI · L · F · QVINTIANI · TRIBVNI MILITVM
LEG · II · ADIVTRIC · TRIBVNI MILITVM
LEG · X · GEMINAE · IIII · VIR · QVINQ · PATRO F
NI · MVNICIPI
MVNICIPES · ET · INCOLAE
D D G

Ex schedis Barberinis.

555 IMP · CAESAR · M · AVRELIVS ANTONINVS · AVG · PONTIF ·
MAX · TRIB · POTEST · XI · COS · III · ET IMPERATOR CAESAR
L · AVRELIVS VERVS AVG · TRIB · POT · COS · TERMINOS · VE H
TVSTATE COLLAPSOS EXALTAVERVNT ET RESTITVE
RVNT R · R · PROXIMO TERMINO PED ·· POSITOS · EX · AVCTO
RITATE IMP · CAESARIS NERVAE TRAIANI AVG · CVRANTE
A · PLETORIO CALPVRNIANO CVRAT · ALVEI · ET TIBERIS · RI I
PARVM ET CLOACARVM VRBIS

Eruta in Clausura Iudæorum Anno 1631.

556 V · A · PAPIVS · A · L · HILARVS · SIBI
ET PAPIAE A · L · SECVNDAE L · SVAE K
ET SVIS · EX · TOTO · PRO · PARTE TERTIA
V · SEX · CAESIVS · SEX · L · ANOPTES · SIBI

Vinea Nobo. ac Nat.is Via Salaria.

557 CLAVDIAE · AVG · L TI · CLAVDIO · QVIR L
QVEITAE *sic* PLOLO · FILIO
HIC · SITA · EST SITVS · EST

In Vrnula bipartita Hortorum Matthæiorum, in Grutero mutila pag. DCX, 11.

558 ASA-

A 558 ASAPHAT IVDEVS TARS· ORIVNDVS OB GRANDEM
NVMMVM E PATRIA PVLSVS ROMAE QVIESCO:
POSTEROS VETO NE QVIS SEPVLCHRVM
INGREDIATVR QVOVSQVE RESVRGAM
B *Ex schedis Ægii extra Portam Portuensem.*

559 *Puella in lectulo Cani assurgenti dexterâ blandiens*
DIS · MANIBVS
C NONIAE · P · F
LARGAE
P· NONIVS·LARGVS
ET · SERVILIA
D FAVSTINA
FILIAE · QVAE·VIXIT
ANNIS ·II· MENSE
VNO · DIEBVS · XV
E *Museo Ciampino.*

560 D · M · CAESIAE
LFBADI · FEC
B·M · M· VLPIVS
IANVARIVS·VXOR
KARISSIMAE·ET·SI
Vrnula elegantissima in Ædibus Nobb. de Acorambonis

561 D · M
C·CALPVRNIVS
C·LIB·BERYLLVS
HIC·SITVS·EST
VIX·ANN·XXI
Ibidem.

562 L · MAECIVS · MARIVS · REFECIT
AETERNA · DOMV · LIB · LIBERTAB·
F POSTERISQVE·EORVM
NON·FVI·ET·SI·NON.ERO·NON·MIHI·DOLET
L·MAESIVS·MARIVS·SE·VIBO·DEDIT
DONAVIT·SOLIVM·INTRO·PARTE
G LEVA·ET·SVPER·OSSVARIA
FELICI·IVN·FELICI·SATYROS·ENGENVA
AERA · NEAPOLITANORVM · CI
TRARIORVM·C·SATVRO·SEIVGO
H SATVRNINO·SATVRO·Q·SATVRO
Q·IVN·SATVRO·ME·VIBO·ITVM·AM
BITVM·DEDI·DONAVI·AB·HEREDES
MEOS·CLAVEM
Museo Ciampino.

I 563 D · M
CAESENNI · EVGENI
MENSORIS
PVBLICI
K FLORENTIVS
LIBERTVS
Inter schedas Comenses Reginæ Christinæ.

L 564 D · M
CORNELIVS
EPAΦRVITVS
VIX·AN·VIII
In Vinea Brunona Via Appia.

565 D · M
M · SOSIO
CAESONIANO
HOMINI·OPTIMO
Ad D. Iacobi Incurabilium.

566 *Vir stans, aliquid in Aram iniiciens. Sinistrâ Arculam tenens.*
TI·CLAVDIVS·AVG·L
DOCILIS
AEDITVS·AEDIS *sic*
FORTVNAE·TVLLIANAE
Hortis Iustinianeis.

567 L·AM-

567 L· AMPIVS L·F· SEVERVS SIBI ET
L· AMPIO · L · F · PATRI
PVBLICIAE SEX·F·PAVLLAE MATRI
TESTAMENTO FIERI IVSSIT
ARBITRATV EROTIS L

Terani, ex schedis Vaticanis.

568 D · M
CILNIAE · IVS
TINAE
CONIVGI · IN
COMPARABILI
QVAE · VIXIT · AN
XXX · · D · XXIX
FLAVIVS · IANNI
ANVS
B · M

è schedis Barberinis.

569 C · CILNIO P · F · POM
PAETINO
LEGAT· TI·CAESARIS·AVG
PRAETORI · TRIBVN
PLEBIS
QVAESTORI·TRIBVNO
MILITVM
PROCONSVLI

Hortis Iustinianis.

Agnosce hîc Mæcenatis Gentem omnium literatorum amantissimi.

570 MONVMENTVM·ET·OSSVAR
ET VSTRINVM
CC·IVLIORVM·FAVSTORVM·ET
EORVM · QVI · SVNT

Terracinæ in pavimento Ecclesiæ prope Portam Maritimam.

571 D · M
Q · LVTAT · C · F · PRAEF
CLAS·COS·DES·OB·RES
DE·POEN·FEL· GESTAS
C · LVTAT · CATVL
FRATRI
PIENTISSIMO

Inter Ephemeridas Parisienses An. 1690.

De hac Inscriptione, dicam, quod Gruterus de alia Q. Fabii Maximi pag. CCCCVI. 7, convenire quidem cum historia, *haud esse tamen ævi Lutatiani, stylum clamare.*

572 D M A
L · POMPEIVS
FELIX · ET · DE
CRIA · VITALIS
FECERVNT B
FILIAE · PIENTIS
SIMAE POMPE
IAE CALLISTENI
Q : VIX · ANN XX C
DIEB · QVADRA
GINTA QVATTOR

è schedis Barberinis.

573 PAVSILYPON D
METTIAE·T·L·HEDONEI

Tabula grandi ad D. Marciani.

574 IVLIAE · AVG · L
PHAE NOMENE E
ET· M·FABI· FAV
STINI·NEPO·EIVS

575 Q · LVRIVS · Q · L F
APOLLOPHANES
HEIC · CVBAT

576 TERTIVS · CAENO
NI · NIGRI · VER G
NA · ANN · VII
H · S · E
L · CAENO
NIVS · NIGER H
ET OPTATA
MATER
POSVERVNT I

577 P·MVMIO· P·L P·HILEROTI
EX TESTAMENTO HS CCIↃↃ
P·MVMIVS· P·L·P·HILARGVRVS
P· MVMIVS · P · L · DEMETRIVS K
P · MVMIVS · P · L · TAVRISCVS

è schedis Barberinis omnes.

578 IOVI · FORINARVM L
A·LARCIVS· A·LIBERT
PRAEF · FABR · ITER
QVINQVENN · S·P·D·D

In Vita Colotii.

579 LV-

A 579 LVCIVS · BOLVMNIVS · SEBERVS
SE · BIBO · COMPARABIT · QVI
BIXIT ANNIS XLVIII · MESI
BVS VIII · DIEBVS XVII · FECIT
COIVX BENEMERENTI CVM
B FRATRE TITO FLABIO
SOSANDRO · LIB · LIBER · POS · EORV

580 L · VIBIVS · FORTVNA
TVS · V · A · LX · IN
C HANC · OLLA
M · CONDITVS

581 AVFIDIA · M · L
BACCHIS
D PIA · IN · SVIS · SEMPER · FVIT
è schedis Barberinis omnes.

582 SENTIAE · RESTITVTAE
E CONIVGI · EIVS
LIBERTIS LIBERTABVS
POSTERISQVE EORVM
FECIT
F ATTIA · DELPHIS
CONIVNX
Vinea Maccarana.

583 VENERI · CAELEST
G L · ANTONIVS L · LIBER
∴ AMPHILVS
P · IVVENTIVS · P · LIBER
TVS GYLIPPVS
H T · FLAVIVS T · LIBERTVS
ARISTOPHON · III · VIR
QVINQVENN · D · D
L · D · D · D
In Vita Colotii.

I 584 ADERENT · CAPITOLIV
STALES · CAERE · DEDVXIT
QVE · RITVS · SOLLEMNES · NE
RENTVR · CVRAI · SIBI · HABVIT
K ERATA · SACRA · ET · VIRGINES
XIT
Ex mea Dissert. I. de Aquis pag. 54.

585 L · P · IL · O · T · A · A · RR · I ·
QS ∴
L *Veronæ, circa operculum Vrnæ sepulchralis.*

Aenigma primo aspectu putavi, & adhuc reputo: Atqui D. Canonicus Blanchinus à quo exemplar nactus sum, hanc interpretationem adiunxit.

Lucius Pater Impuberi Lucilio Ollam Tristis Aptavit Ad Rogi Reliquias In Quo Serventur.

586 L · VALERIO
VALENTI
VETERANO · LEG
VIIII · DEDVCTO · REATE
A · DIVO · AVGVSTO
VESPASIANO
VALERIAE · CALE
L · VALERIVS · FORTVNATVS
PATRONIS · BENE
MERENTIBVS · FECIT
Reate, ex schedis Cameli.

587 D · M
ONOMASTAE
VIXIT · ANN · VII
M · VIII · FE · TRO
PHIMVS · PA · FILIAE
CARISSIMAE
ET · MATRIS
OSSVA · IBI
CONDITA · S
O · P
Q
è schedis Barberinis.

588 CN · OTACILIVS
CN · L · PANVRGVS
PATER PIVS
S. Gregorii in Ædibus Domini Loci.

589 D · M
C · TERENTI · PROCVLI
TERENTIA · GENESIS · ET
ANANCLETVS · LIB
B · M · FECERVNT
Avicula cum baccis
In pavimento Ecclesiæ S. Mariæ de Vultuilla.

590 SANCTISSIMO
HERCVLI · PACIF
INVICTO
SACRVM
P · IVNIVS · P · F · CERI
NVS PRAEF · EQ · SING
V · S · L · M
Antii, ex schedis Barberinis.

591 FOR-

591	FORTVNAE EQ·	*à latere*	A
	SACRVM	VLPIAN	
	M·VLPIVS·M·F·PAL·	VS ET·EV	
	ARRONIMVS·EQ·	TYCHIA	
	ET VLPIA MVSA	NVS·LIB·	B
	PRO SALVTE	EX VOT	
	FIL·S·	PERAGE	
	VOT·SVSC·LIB·MER·	CVRARVNT	

Apud Vrsinos in Campo Martio. C

592 MEMORIA
L·PVBLICIVS·EVTYCHES·SEVIR·AVGVST
IDEM·Q·Q·STIPVLATOR·ARGENTARIVS
ET·PVBLICIA·EPICTESIS·FECER D
Ostiae in Episcopio.

593 TADIAE·C·F·CLAVENIAE·BARBILLAE
PLEBS·VRBAN·L·D·D·D
Pisauri ad D. Claram. E

594 QVI PATRIAS CONSVMPSIT OPES VENTRIQVE DICAVIT
HIC SITVS IGNAVAE GLORIA PRIMA GVLAE
QVIQVE SIBI IVGVLVM SECVIT NE PAVPERE MENSA
FACTVS INOPS TRISTES DVCERET INDE DIES F
SPARGE MERO DAPIBVSQVE IGITVR NON THVRE SEPVLCHRVM
HOC APICI REDEAT PRISCVS IN OSSA CALOR
Ex schedis Peniae.

Fictam Inscriptionem hanc suspicatur idem Author ex quo eam desumpsi; adiuvatque eandem suspicionem Martialis traditio, qui Epig. XXII. lib. III. *Veneni potione* extinctum dicit.

595 D · M
T·FLAVIO·T·L·
CHARITONI
QVI·V·AN·XX
D·XI·EX·OPE
RIS·EROTIONIS
T·FLAVIVS·FYR
MVS·FAC·CVR
Apud Perinum Marmorarium ad D. M. in Vallicella.

596 M · · · · · · · · · · · ·
B·M·CON QVO·VI
XIT ANNIS XXV
In Basi inter rudera Laurentini Plinii.

Locus ubi hoc fragmentum etiamnum prostat, vulgò *Piastra*, & sub Via Litorali ab Ostia Laurentum, medio inter G
utrumque Oppidum itinere; ipsius Laurentinae Villae, quae *non unâ Viâ adiebatur*, Laurentina nempe & Ostiensi, indicium non contemnendum praebet: H
quodque conjecturam auget, extant prope vestigia Vici illius in quo meritoria Balinea Villae suae contigua, describit Plinius Ep. 17. lib. II. I

Pleniorem probationem me dedisse credidi quaesitus per Epistolam de hoc Laurentini Pliniani situ à Laurentio Panciatico, illo dum vixit memoriae & K
omnigenae doctrinae prodigio: cujus epistolae in summam redactae, haec potissima sunt contra Holstenium, ad Turrim Paterni Villam collocantem, argumenta. L

Primò, rudera ingentia circa Paternum, non privati alicujus viri, & in Laurentino agro delicias, sed Laurentum ipsissi-

A ipsissimum Oppidum, uti optimum maximum fuit indicant: imo & ipse Holstenius pro termino Viæ Laurentinæ, Laurentum ipsum congruenter statuit
B pag. 173. suarum Annotat. ad Cluver. Atqui Viam Laurentinam per *Decimum*, perque Tabernam *la Santola* ad latus dexterum veteris Aquæductus ad Pater-
